AD XISTVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

OPVS IN TERTIVM SENTEN. A MAGISTRO Christophoro Siluestrano Brexano Carmelita Theologiæ Doctore in Gymnasio Patauino.

Dum Regentiæ munere fungebatur elaboratum. Vbi omnium ferè Doctorum, Conciliorum, & potissimum Tridentini, nec non Ioannis Bachonis inuenies dicta Lectoribus, disceptatoribus ac concionatoribus perutilia.



VERONAE, M. D. LXXXX.

Apud Sebastianum à Donnis.

Permissu Superiorum.

AD XISTVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

OPVS IN TERTIVM SENTEN. A MAGISTRO Christophoro Siluestrano Brenzono Carmelita Theologiæ Doctore in Gymnasio Patauino.

Dum Regentiæ munere fungebatur elaboratum. Vbi omnium ferè Doctorum, Conciliorum, & potissimum Tridentini, nec non Ioannis Bachonis inuenies dicta Lectoribus, disceptatoribus ac concionatoribus perutilia.



VERONAE, M. D. LXXXX.

Apud Sebastianum à Donnis.

Permissu Superiorum.

XISTO QVINTO
PONTIFICI MAX.
S.

IVSTISSIMA, iuſtiſſimo, dicari, inſcribiq; iuſtiſsimè, debent. Cum igitur Pa. Beatiſsime ac iuſtiſsime in hoc Magiſtri ſent. libro Tertio de Incarnatione, Paſſione: Morte: meritis, ac Virtutibus Redemptoris Noſtri, agatur, ac diſceptetur, quę omnia à Iuſtitia emanant: in iuſtitia fiunt: & propter iuſtitiam perſeuerant: Iure meritiſsimo Sanctitati Veſtræ Iuſtitiam Iuſtitia piè, ac optimè tuenti dicare, ac inſcribere decreui. Deus Optimus Max. Iuſtiſsimuſq;, hoc inſpirauit: Chriſtus Iuſtitiæ fons inclinauit: Maria Virgo Iuſtitiæ parens excitauit: Et voluntas mea Iuſtitiæ obſequentiſsima, ſanctitatiq; Veſtræ addictiſsima, ſtatim dedicauit, inſcripſit, ac donauit. Incolumen conſeruet Beatitudinem Veſtram Creator æternus, quem rogaui, obſecro, & deprecabor.

Veronæ Die Quinto Martij. M. D. L X X X X.

Sanctitatis V.

Seruulus humilis

F. Chriſtoforus Silueſtranus
Carmelita Regens.

Doctorum nomina, quorum doctrina in hoc opere atteſtatur.

Alexander de Alex.
Ambroſius.
Anſelmus.
Auguſtinus.
Auerrois.
Auicenna.
Aureolus.
Betnardus.
Bonauentura.
Cardinalis Cameracenſis.
Concilium Tridentinum.
Damaſcenus.
Dionyſius.
Ægidius.
Gabriel Biel.
Girardus Carmelita.
Godofredus.
Gregorius.
Hieronymus.
Henricus.
Hoſtienſis.
Hugo.
Iacobus de Valentia,
Ioannes Bachonus Carmelita,
Ioan. Gerſon.
Ioan Scotus.
Magiſter ſenten.
Mercurius Hermes Trimegiſtus.
Michael Bono. Carmelita.
Occam.
Odoardus.
OlKot.
Origenes.
Paulus Corteſius.
Paulus de Peruſio Carmelita,
Petrus de Auliaco.
Richardus.
Thomas de Aquino.
Thomas Vualdenſis Carmelita.
Valſigan.

Auditores primarij, & ordinarij Lectionum fuerunt iſti Doctores in ſacra Theologia.

S.

Magiſter Cyrillius Lugienſis.
Magiſter Albertus Pedemontanus.
Magiſter Hieronymus Nouarienſis.
Magiſter Paulus Senenſis.
Magiſter Carminius Neapolitanus.
Magiſter Angelus Velletranus.
Magiſter Ioan. Petrus Patauus.
Magiſter Gregorius Venetus.
Magiſter Nicolaus Cremonenſis.
Magiſter Iulius Veronenſis.
Baccalaurus Dominicus Cęſenas.
Baccalaurus Bartolhomeus Nouocomenſis.

LECTORI PRVDENTISSIMO

VLTA (Lector candide) dum laborem noſtrum legere, dimetiriq; volueris inuenies notatu digna. Æquidem polliceor te omnia hæc inuenire, nempe.

Doctrinam. *Doctrina eſt Chriſti Ieſu.* *Doctrina eſt infallibilis.*
Theologiam. *Theologia ſanctorum patrum,* *Theologia ſublimis veritas clariſsima, Intentio optima, Utilitas maxima, Labor voluntarius, ordo nouus, & Forma elegans.*
Veritatem. *Veritas ſpiritus afflantis.*
Intentionem. *Intentio Ioannis Bachonis,*
Vtilitatem. *Vtilitas omniũ lectorũ, ac Concionatorum.*
Laborem. *labor Chriſtophori.*
Ordinem, & Formam. *Ordo Silueſtrani, & Ferma Brenzoni.*

Doctrina laudatur, Theologia declaratur: Veritas demoſtratur; Intentio explicatur; vtilitas deguſtatur: labor præmiatur; Ordo commendatur: & forma amplectitur.

In doctrina dignitas ſplendeſcit, *In doctrina prouectos obſerua,*
In Theologia Maeſtas clareſcit, *In Theologia Mendicantes intuere,*
In veritate quies ſentitur, *In veritate ſimplices imitare,*
In intentione bonitas micat, *in intentione Carmelitas tene,*
In vtilitate fructus emittitur, *Inutilitate deuotos meditare,*
In labore patientia probatur, *In labore diligentes ſequere,*
in ordine ſapientia videtur, & *In ordine Philoſophos contemplare, et*
In forma ingenium conſpicitur. *In forma præſtantiſsimos honora.*

In Doctrina Ioannem Bachonitanum agnoſces: In Theologia ſanctũ Thomam admiraberis: In veritate Michaelem Bononienſem inuenies: In Intentione S. Bonauenturam concordabis; In vtilitate Egidium videbis: In labore Scotum; Henricum; Et Paludenſem extolles; In ordine Girardum, et Paulum Carmelitas ſublimabis: Et in forma, Ioannem Gerſonem, Bielam, & Illuſtriſsimum Cardinalem Cameracenſem laudabis. Suſcipe igitur conſcientia recta; Intellectu purgato: ſpiritu defecato: animoq; Chriſtiano lege: collige, perpende, contẽplare, meditare: et conſerua. Suſcipe opus: lege doctrinã; perpende Theologiam; collige veritatem; contemplare intentionem; meditare vtilitatẽ: aggredere laborem; conſerua ordinem: & formæ venuſtatem ama. Nam in ſuſceptione operis eris per gratus, in lectione eruditus: in Doctrina iocundus: In Theologia ſapiens: in veritate certus; In intentione harmonicus: inutilitate di-

ues, in labore ſtrenuus, in ordine Iuſtus, & informa perilluſtris. Et licet non ignorem hoc meos labores morſibus detractatorum ſubitiendos fore (noui.n. multos ſibi multum aſcribere ſi alienis factis optime allatrent) tamen hoc flocifacio. Quoniam ſi indoctis non placebo, hoc non quæſiui, ſin a doctis non probabor, doleam, ſed non admirer, cum latinæ linguæ fontibus, ſcilicet, Ciceroni, Virgilio, ac Homero iſti rabidi canes, crudeleſq; Tigrides haud pepercerunt. Senſum enim Theologicum in præſenti negotio ſum dimetitus, & non grammaticæ elegantiam, omnia verbo illi Pauli innitẽs. Prædicatio mea non in peruſa ſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus, & veritatis. Elegantia multoties veritatem ſenſus auffert, & expellit, vanitatemq; & ſapiſſime mendatium inducit.

Vale, et Deum pro me ſupplica: Prote autem ſemper præces, ſacrificiaq; Deo op. Max. Virginiq; Mariæ à Spaſmo: ac Diuis noſtris Heliæ, HELISEOq;, ac Cyrillo effundam.

INDEX OMNIVM QVÆ CONTINENTVR IN HOC volumine. 3: ſent. ab eodem Auctore ordinatus.

A

ACTVS duplex in vnoquoq; ente. c. 13 & c. 77.
Actus formales non differunt à formis. 82.
Actus amoris an ſit ſub præcepto. 194
Actus ſalutis tres. 199. 237
Additio duplex. 94.
Adoptio quid ca. 72
Adoptio duplex 75
Adequatio duplex. 110
Adoratio quid, & quot. c. 67
Adoratio latriæ debetur humanitati. 161
Adoratio Imaginum crucis: Beatiſsi. vir. ſanctorum. c. 69
Adulterium. 245
Acciden. non conſtituunt excepta rela. c. 22.
Acci. dup. 83
Actio triplex. 203
Actiones quadri. 99
Angeli ſunt adoptiui filij 75
Alietas dup. 83
Agens duplex. 132. & 200
Amare reſpicit ſex. 194
Anima quid 2
Anima quot ibidem.
Animæ genus triplex ibi
Animæ facultates. ca. 3
Anima quibus aſſimilatur. ibi.
Anima vna altera ſit ne nobilior? 106
Anima ſenſi. quadrifariam ſumitur. 107.
Anima extenditur ne. 117
Anima Int. non eſt caporeitas. 128
Animæ potentiæ ſeptem 210
Animæ duplex. principatus. 206
Actus multiplicantur tripliciter. c. 61
Anihilare dup. 153
Appetitus dup. 169
Archa quid ſingnificat. c. 29
Arduum dup. 168. & 170
Arrij mors. c. 78
Arrogator quis dicatur. c. 74
Articuli neceſſarij. 161
Aſſumptionis humanæ naturæ cauſa. c. 12.
In aſſumptione quatuor concurrunt ca. 25.
Aſſumptio amplectitur corpus, & animam ca. 86
Aſſumptio an potuerit eſſe alterius hominis q; Adami. 86.
Aſſumptio dup. 136
Attributa Dei. 232
Auctio triplex. 173. & 174

B

BIBILIA Hebreo. corrupta. c. 51. A.
Beati an videdo Deũ, videãt ſimul omnes creaturas. 97
Beatitudo quatuor requirit. 166
Beati dup. 217
Beatitudo non diſtinguitur a fructibus.
Bonitas dup. 181
Bonitas duodecim requirit. 236
Bonum maius altero dup. 186
Bruta carent eſſe ſubſiſtentiæ. c. 21

C

CAVSA ſumitur dupliciter ca. 58
Certitudo dup. 167
Certitudo gratiæ, & charitatis. 186
Certitudo quid. 188
Charitas quid. 171
Charitas ſumitur quadrifa 170
Quæ requiruntur ad chari 171
Charitas an poſſit augeri 172
Charitas an ſit infinita 174
Charitas relatio. dup. habet 183
Charitas 189
Charitas perdi poteſt. 189. & 191
Charitas dup. 211
Charitas ſumitur dup. 189
Charitas dup. 190
Charitas triplex 190
Chyrographum quid 127. 28
Cognitio dup. 101
Cogni. dup. 179
Conceptio Beatiſſimæ Virginis. c. 29
Conceptus ſingularum rerum ſunt decem. 76.
Conſequentia formalis. 92
Conſuetudo dup. 223
Contrarietas. 163
Cõuerſio valet ſolum in eſſentialibus. c. 49. ad ſecundum.
Corporeitas an ſit idem quod Anima intellectiua. c. 128
Corruptio habet terminum c. 25
Corruptio duplex. 112
Creaturæ præcedunt generationem ſily. 103
Credere dup. 153. 157
Crux ſumitur quinq; modis, c. 70. & c. 71. 72.
Culpæ gradus 104
Culpa dup. 132

D

DECIMA quid, quot & cui. c. 31
Defectus quot. 104 & 230
Dæmones quomodo ſint diligendi. 176. 77.
Denominatio duplex. c. 18. ad. 4. 222
Derelinquere dup. 236
Deſiderium dup. 160. & 166
Deus cognoſcit omnia c. 52. B.
Deus diligit creaturas. 196
Deus idem & diuerſus 102
Deus eſt obiectum charitatis ſub ratione boni. 180
Dicere dup. 89. & 102.
Differentia quadruplex. c. 76
Differre nomine 230
Dilatatio dup. 192
Dilectionis obiecta 159
Dilectio inimicorum. 176. 77
Dilectio dup. 177
Dilectio Dei an ſit maior propriæ. 177.
Dilectio maior reſp. maio. dignitatem 179.
Dilectionis ordo, & obiectorum. 181
Dilectio inimicorum. 183. Filiorum. ſuppſius.
Dilectio dup. 183
Dilectio Dei. 195
Diſtinctio à quo ſumitur. 223
Diuerſitas dup. 102
Diſpenſatio quid. Quot Cur. 234
Diuiſionis vtilitas maxima. c. 4.
Diuiſio ſumitur ſex modis c. 5.
Diuiſio libri eſt in quatuor partes.
Dona multa 208
Donationis gradus. 209
Donum quid, & quot 209.
Dona ſpiritus ſancti 210
Dona an euacuabuntur in patria. 212
Dona Deicoronantur in cœlo 212
Dona ſunt medicinæ 213
Dona quomodo à virtutibus diſtinguantur 214
Donorum diſcrimen. 1217.
Dona dup. 225

E

ECCLESIA offenditur tripli. 184
Effectus dup. 96
Elementa an maneant in miſto. 109. & 111.

Entia quædam sunt per se, quæ per accid. c. 64. 83. 142.
Æquali tas trip. rela. 228
Esse quadr uplex c.21
Esse triplex. c.59.77.& 107
Esse in alio stat dupliciter. c. 20. ad 2.
Essentia humana, & suppo. humanum sunt idem. c.14.
Essentia, & esse an sint idem 75.76.
Æternum dup. 143.
Eucharistia adoratur latria. c. 71.
Excessus duplex. 168
Excitatio duplex. 91
Exemplum pulcherrimum. 50
Extensio quid. 107.& 118 119.

F

FACTVS tripliciter c.49 ad primum.
Fides quid sit. quot. 148
Effectus 150
Fidei Necessi. 151.
Fides informis. 153
Fides non stat cum gloria.
Fides corrumpitur. 159
Fides Christi necessaria. 161
Fides magna 161
Fides cum gloria 163
Figuræ sunt formæ 85
Filiatio in Christo est vnica. c. 61.
Filius dicitur per modum tenendi naturam. c.64.
Finis nil agit realiter. 91
Finis hominis dup. 210
Fluxus, & ref. 141
Fomes quid, & quot? 30.c.& c. 88
Formarum dupl. est series. 107 129.
Forma. gradus tres tres. 111 & 112.
Formæ dup. consi. 130.& 146
Formæ plures an possint esse in eodem suppo. 128
Formæ dup. 221
Fructus dicitur quadri. 216
Fundamentum triplex. ca. 27
Fundamentum dup. 191

G

GENERA diuersa stant simul 157
Generatio tria includit. c.23
Generatio duplex. c. 65
Genera. termini duq. 84
Gloria, & fides an simul stare possint 163
Gradus salutis sex, c.52. B. & 225.
Gratia triplex. 92
Gratia quomodo moueantur? 145
Quomodo generantur. ibi: Causæ gra. 146

H

HABILITATES quid. 221.
Habitus dup. 90 & 201
Habitus animæ. 94
Habitus fidei, & scientiæ possumus habere 156
Homicidium 242
Hominis operatio quadruplex. 199
Homo est factus Deus est falsa. c.48
Homo perfectus quis? 142
Homo tria bona accipit. 209

I

IDEA quid, & 99
Inuentor. 100
Ideæ: An præcedant filij generationem in patre? 102
Idem dupli. 216. 218. & 223
Ignorantia dup. 155
Imagines adorantur c.69.
Imago quadruplex. 70
Impossibile dup. 134
Incarnatio facta fuit in plenitudine temporis c.6
Incarnationis causa. c.15.ex omnibus Doctori. 69
Incarnatio congruentiori modo conuenit magis filio, quàm patri, ac spiritui sancto. c.7
Incar. causæ 104
Indiuiduum an addat super spetiei naturam? c. 64.
Quid sit ratio indiuidui. 161
Indiuiduum habet quatuor 82
Indiuidu. principium. 83
Indiuiduatio dup. 85
Inimici sunt diligendi. 176. & 184. & c.
Inimicorum dilectio est maioris mequam ami. 189
Instans dicitur quadrifariam c.55. A & 123.
Intentio dup. 195
Intellectuale trip. 203
Intellectus agens quare ponitur? c.65
Intellectus dupli. 143.159.201
Intelligere an sit pati? 91
Iurare an liceat? 243.244
Ius naturale dup. 235
Iustificationis ordo 124
Iustitia triplex c.130

L

LEX Dupli. sumitur. 233 246.
Liberum arbitrium stat cũ præscientia. 52. A.
Liberum arbitrium quid? c.53.A
Locus animæ Christi post separ. à corpore. 143.
Loquutio Dei quomodo semel c.62
Lumen triplex 156
Lux duplex c. 18. ad vltimom.
Lymbus est lo.pœnę. 145

M

MAGIS & minus.107
Magnitudo quintup. 94
Malum maius dupli. 240
Maneries disciplinæ amplectitur quinque. c 4
Maria fuit concepta sine originali c.29
Maria adoratio c.71
Materia sumitur dupliciter c.70
Materia quomodo seipsa differat. 81.85
Maximum duplici. 117.& 228.
Medium quid, & quot. & dicitur modis duo decim. c.19
Medium ad pondus non datur 161. & 126 536
Medium duplex 167.& 210
Mendatium quid, quot. 238
Mensura triplex. 266
Meritum. 121. Meritum multiplex 161
Meritum maius altero 186
Meritum Christi. 198
Messias quadrupliciter cognoscitur. 161
Mistio sumitur quadrifariam. 109
Mistio differta generatione, cor. 110
Mors Christi habuit sex causas. 131.137
Mortis causæ. 137
Mortuum dup. 155
Motus non est in passione c. 27.
Motus dup. 145
Motus grauium, & liuium. 161
Motus à tribus nominatur 172
Motus aquæ sursum est magis natur. quàm Deorsum 177
Motus triplex. 213.& 193
Multitudo reducitur ad vnum perse. c. 66
Mundus est animatus. 100
Mutatio duplex. 47. ad sextum.
Natiuitas Christi duplex. 61
Natura sumitur pro persona c.62
Naturæ, suppositi, subsistere discrimẽ 81
Naturæ gradus. 173
Necessitas triplex. c.54.& 99
Negationes, quomodo sint in Deo? c. 14
Nescientia dup. 188
Nihil dup. 102
Nobilitas ex quibus sumitur? 106
Nomen Dei absconditum 162
Nomina Tetagrammaton, Adonay, eloy. c. si A.B.
Notio dup. 101

O

OBIECTA dilectionis 159.
Obiectum dup. 101 & 116.
Obiectum volunt. trip. 206
Operatio dup. 203
Opiniones hæreticorum circa incarnationem c. 17
Oratio multum iuuat Theologiæ. c. 3
Oratio sumitur dupliciter c.69
Ordo multiplex c.13.
Ordo naturæ, quid c.13.
Ordo duplex. c. 55. A & 115

P

PARTES materiales & specificæ. 107
Passio, & propassio. 106.& 124.
Passio dup. c.132
Passio quid, & quot 219
Passiones extremæ quid 219
Peccata comeduntur. 89
Peccatum orig. dup. 135.
Melius est eligere mortem quàm peccare. 177
Peccatum non est propter præceptũ. 195.
Peccatum dup. 161
Paccatum dup. 225
Pœna tri. 125
Penitentia dup. 134
Perfectio triplex. & 236.242 211
Periurium quid, & quot 240
Per se, & per accidens, quid. c.21
Perturbatio trip. 106
Plenitudo sumitur nouem modis. 6.6.& 92.
Plenitudo gratię dicitur modis diuersis. 161
Potentia duplex. 86.89.99
Poten. obedientialis. 90.91.& 147 248.
Possidere est dup. 141
Potestas duplex c.6.
Prædestinatio quid, & quot. 55.A. & c. 56.6
Prædestina. Christi c.57
Prædicatio quinq; modis sumitur. c. 46
Prædi. in materia remota falsa. 161 & 47. ad primum.
Prædica. de Christo quadrup. c.57.
Præceptorum perfectio 236
Præceptum quid, & quot. 194.& 230.
Præcepta Eccleśiæ. 231
Præcepta Iudicialia. 231. cære.
Præcepti dispensatio 233
Præscientia quid? c. 52. B.
Præscientia quadrup. 161
Principium dup. 193
Priuatio triplex. 164.& 189
Productio quadruplex. c.7
Proprietas personalis an det esse supposito diuino, vel humano? 20
Proportio duplex. 179
Prudentia dup. 120.&.226. Quid. Quot.
Prudens septem debet habere. 226
Proximus duplex. 72, & 159.
Pugnantia duplex. 80
Pulchritudinis exemp. 207
Puritas mentis maxime confert scientiæ. c.3.

Q

QVALITATES mediæ an induãt gra. virtutum. 221
Quantitas dup. 84
Quanti. est principiũ indiui. 84
Quatuor ante mundi creationem. c. 51
Quodquid est est idem eum, & cuius est 82

R

REDEMPTIO fuit magis in miseri. quàm in iust. 130
Relatio duplex. intinseca, & ex. c.22
Relatio habet duplex esse. In & ad.
In constituit, & ad distinguit. 161
Relatio formalis, & materialis. c.62
Relatio formalis. 82
Relatiuorom Gradus 163
Relationis trifariam. 207
Relationis est motus. 207.& 208
Repugnantiæ fundamentum. 163
Res sunt in quadruplici serie. c.53.B 235.
Resurrectio fuit in genere causarum. 124

S

SAPIENTIÆ ratio. 217
Sanctificatio quid? c. 28
Sæcli dicitur quinq; modis. c. 28
Sanctitas duplex. 57.C.A.
Satisfactio respicit nouem. 132
Satisfactio. potuit homo purus? 133
Sanguis Christi duplex c.71.& 124
Sanguinum diuersitas. 139
Scientia quid? 95
Scientiæ quot, Visio, & sim. intelligẽtiæ.
Scientia dup. 98.& 156.157.
Scientia viæ habet tria, 192
Scientia non est in Intellectu subiecti ue 205
Scientiarum diuersitas. 833
Scribi in Deo dup. 189
Segregatio dup. 87
Sepulchrum glorio. 139
Seruitus duplex. c.75
Simile triplex. 164.
Similatio dup. 240
Singulare nil addit supra naturam specificam. c.64
Singulare est idem cum spetie. c.66
Solum sumitur dupliciter c.68
Spes dup. 155.& 159.& spes quid 165.quot.
Spes an sit in voluntate? 168
Speties an generet? c.66
Speties an sint subiectiue in Intellectuo. 202
Status hominis quadru. 105
Studiosum dup. 200
Subiectum dup. 230
Substantia dupli. sumitur. c.117. & Tripli. 150
Superfluitas ex tribus. 140.
Suppositum quid sit? c.8
Supposi. an addat aliquid supra naturam humanam. 80
Suppo. an præcedat accidens. 83
Susceptio magis, & minus. 107.109 & 112
Syllogismus hyppoteticus per naturã quid. c.4
Synthomata septem hominis. 209

INDEX.

T

TEMPORALE duplex. c.16.B.
Tendere in Deum dupli. 155
Tentari respicit tria. 125
Terminus quinque modis sumitur c.26
Esse intermino stat dup. 123
Tetagrammaton dupli. sumi. c.51
Timor multiplex. 106
Timor an sit in Christo; & in sanctis? 212
Timor multiplex. 212
Totum dup. 89
Tractatus duplex. c.56
Transmutatio est dup. 112
Tristitia dup. 136

V

VACVVM non dari c.5
Verbum in Incarnatione primũ actum, & non secundum assũpsit. 82
Verbum habet triplicẽ relationem. 239
Victoria triplex. 90
Virginia soror mea. 98.166
Virtutes quot 109
Virtus duplex. 167.& 211. Virtutes sunt à Deo. 199
Virtutes an sint connexe? 225
Virtutes in quo sint. 204.222
Visio habet tria. 99
Visio triplex habet obiectum. 154. 159.& 191.
Viuentia quatuor 168.& 190.
Viuentia triplici. 190
Viuificare duplex, ad vltimum. c.18.
Vitium dup. 221
Vltimum dup. 91.
Vltimum trip. 12.11
Vnio dicitur modis vndecim. c.9
Vnio Dei ad hominem an fuerit possibilis? c.11.& 13.
Vnio Dei adhominẽ an sit absolutum, vel respectiuum? c.9.
Vnio diuinæ naturæ cum humana est terminus ad quem in incarnatione c.26
Vnio duplex. c.47. ad tertium.
Vnio decem modis c. 48.& 137
Voluntas quid 115.
Voluntas tripli. 204
Vsus duplex c.56

X

Christi aduentus quatuor attulit. 143
Christi anima an sine gratia fuerit beata? 90.
Anima Christi An uideat omnia quæ Verbum? 94
An Anima Christi fuerit nobilior anima Iudæ? 106
Anima Christi fuit semper vnita diui. 135

D

Christus quos defectus assumpsit? 104.
Christi descensus ad inferos. 144

H

Christus An in triduo fuerit homo? 141.
Christus humilis. 144.
Christus est Deus c. 50
Christus mediator 126
Christus non est filius adoptiuus c.73

M

Christus meruit sibi, & nobis 121. Quinque meruit. 161
Christus habet tres lineas. c.48
Locus ani. Christi. 143
Christus habet plura esse c.59
Christus habet duas natiuitates, & vnicam filiationem. c.61. 61.64.
Christus nobilissimus. 107

Christus est Prædestinatus. c.57
Christus non est creatura. 78
Christi mors. 131

P

Christi passio 131
Christus non potuit peccare. 88
In Christo quomodo sit peccatum respectiue. 89
Plenitudo Christi. 98
Christus proficiebat. 93. Quot proficere & quid? 94

S

Christus totum reassumpsit sanguinem. 139

S

Christi sepulchrum glori. 139
Christi similitudines. 93

V

Christus habuit duas voluntates. 92 & 116. habuit quatuor volun.
Quæstio 13. An ratio assumendi naturam humanam in Verbo fuerit essentia vel Relatio? c.24
Quæstio 14. De termino, & de nominatione naturæ humanæ assumptę à Verbo. c.26
Quæstio. 15. An Maria Virgo, Ante Verbi Incarnationem fuit sanctificata. c.28

ERRORES.

Errores non sunt ab errore, sed sunt in errore propter errorem, & cũ errore. Nam Typographus In maximo erroris periculo impressit cum negotij altiß. Theologiæ nullam posßideat intelligentiam, nullusq; sit super intendens Magister. Scietia igitur sapietis relinquitur absq; Auctoris lactratione, iuditiũ. Quoniam qui maiora altiora, & præstantiora disputat sustinet, defendit, declarat, & elucidat, minima ista quomodo committet? Valete.

FINIS.



EXORDIVM IN LECTIONES SVPER MAGISTRI SENT. TERTIO, VBI AGITVR.

DE INCARNATIONE VERBI, DE PASSIONE, Et de Morte Saluatoris N. Iesu Christi Benedicti: quem humiliter oro & supplico vt meis votis, sua inenarrabili bonitate, gratiaq; vbertate, faueat, auxiliumq; præstet,

NEC NON VERGINEM BEATISSIMAM PATRONAM singularem Carmelitici instituti Rogo vt pro me Trinitati Sanctissimæ, preces effundat sine quibus incassum est omnis labor, studium, ac doctrina.

LECTIO PRIMA.

In qua agitur, de Anima quid sit: quot sint animæ: quot facultates: et quòd puritas est illi pro maximè necessaria, quoniam ad hanc Theologiæ scientiæ dignitatem magis Spiritus candorem, quàm studij laborem inspicimus.

EXPLICATVRVS hoc anno Deo concedente: Christo coadiuuante: Beatissima Virgine impetrante: vobisque attentè: benignè, studioseque audientibus tertium librum Magistri sententiarum omniaque ad Doctoris nostri scopum & mentem: in quo libro Magister de quatuor præcipuis agit, nempè.

1	2	3	4
De reparatione, De lapsu, De reparatore & De Salute. vnde explicat	Causam reparationis Casum Medium & finem, & inquit quòd	Causa fuit amor Dei. Casus, Mors hominis Medium Verbum Dei, & Finis Redemptio hominis Imago Dei,	Causa fuit infinita: Casus profundissimus: Medium immensum, Et finis dulcissimus.

5

Causa est in Deo:
Casus in Adamo,
Medium est in Deo & in homine, &
Finis est in solo homine.

De causa loquitur. Ioan. dicens. Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. *Ioan. 3.*

De casu Ecce Paulus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines per transijt. *Rom. 5.*

De reparatore inquit Apostolus Colo. In ipso complacuit omnem plenitudinem habitare: & per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. *Coloss. 1.*

De salute dicit Idem Paulus. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauachrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti quem effudit in nobis abunde per Iesum Christum dominum nostrum: Idcirco duxi antequam aggrediar negotium istud: Opere pretium fore, aliqua prius præmonstrare: prædeclarare, enucleare & prelibare tanquam radices: fundamenta, & bases dicendorum. Et quoniam agitur de Incarnatione Verbi in nostra carne quam assumpsit, & non de omni muliere sed solum de Maria Virgine: De Maria illibata: Maria purissima qua nulla fuit, non est, nec erit nitidior, purior, & formosior: vnde puritas inter alias causas huiuscemodi vnionis & assumptionis fuit ratio potissima. Idcirco vt & vos mysterium istud maximum intelligere possitis uolo quædam tangere de puritate spiritus: At quia Spiritus puritas tanto magis optari videtur, quanto magis Spiritus præstantia & excellentia præguſtatur: & tanto magis præguſtatur, quanto magis

ro magis præcognoſcitur. Nam quis turpibus,& fœcibus præcioſas immiſcebit Margaritas? Nullus equidem. Sic certe; ſic certe ſi animæ rationali præſtantia; elegantia; excellentia; & dignitas cognoſceretur. Opprobrio, Vilopendioq; haud traderetur. Hinc vt ordinate, & ſucinctè procedam ſeptem vobis affero.

Primo Quid Anima. } Quo ad primũ quid ſit anima dicam q̃ diffinitur.
2 quotuplex anima. } à Ph. & à Theologo { Phs 2 de Anima dicit Actus corporis
3 facultates cuiuſcunq; animæ: } { phyſici: organici: vitam habentis in
4 diſcrimin animarum quo ad facultates. } potentia. Nam cum ſit perfectio prima dans eſſe
5 puritates animæ, } principale corpori, neceſſario dicitur eſſe actus.
6 Impuritas, & } Nam ſine anima corpus caret omni perfectione.
7 modus acquirendi ſcientiam Theologicam. } Ideo Phyſicus aſſignans etiam deſcriptionem dicebat. Anima eſt qua viuimus: ſentimus: intelligimus & ſecundum locum mouemur. De Anima Theologi etiã dãt ſuas finitiones. Caſſiodorus inquit. Aĩa eſt ſubſtãtia ſpiritualis à Deo creata proprij ſui corporis viuificatrix. S. Auguſtinus in lib. de cognitione veræ vitæ inquit. Anima eſt ſubſtantia incorporea corporis ſui vita inuiſibilis: mutabilis: paſſibilis: illocabilis: nec quantitatis menſuræ: nec qualitatis formæ ſuſceptibilis: memorabilis: rationalis & Immortalis. Vbidicit duodecim conditiones, ac perfectiones, videlicet quod ſit.

1	2	3
Subſtantia	Mutabilis,	Non receptibilis,
Imcorporea	Paſſibilis,	Memorabilis,
Vita,	Illocabilis,	Rationalis, &
Inuiſibilis,	Non ſuſceptibilis.	Immortalis.

4 Dicitur ſubſtantia quia eſt pars conſtitutiua,
Incorporea, quia caret dimenſione,
Corporis vita, quia dat functiones, corpori,
Inuiſibilis, quia caret ſimilitudine,
Mutabilis non ineſſentia, ſed in voluntate, quia libera,
Paſſibilis, non corruptiue, ſed perfectiue,
Illocabilis, quia ſpiritualis,
Non ſuſceptibilis menſuræ, quia non augetur,
Non receptibilis formæ, quia eſt ſimpliciſſima,
Memorabilis, quia conſeruat ſpecies,
Rationalis, quia diſcurrit,
Immortalis, quia in eſſentia caret contrario,

De hac anima agit Doctor noſter in primo ſent. in pro. q. 1. ar. 2. In 2. d. 9. q. 1. ar. 1. D. 17. q. 1. ar. 2. in. D. 37. In 3. d. 17. & 18. D. 33. q. 1. ar. 4. ibi poteritis ad plenum videre: aliaq; audietis publicè ab ordinarijs Ideo volui ſolum innuere. Nunc verò me ad ſecundum propoſitum de multiplicitate animarum conuerto.

Animarum genus triplex eſt.

Primum amplectitur negetatiuas, } Primum genus eſt in plantis } Primum genus ſuas functiones
2 ſenſitiuas, & } 2 in animalibus, & } exercet per qualitates corporeas
3 Intellectiuas. } 3 in homine. } quæ ſunt calor: frigus: humidum & ſiccum. Nam nutritio fit per organum ſtomaci, & per qualitatem corpoream, videlicet per calorem. Hinc diſtinguitur ab in animatis, quia ſuas functiones ſunt à generante. Nam operatio in graui, & leui eſt à generante, ſicuti motus cœli ab Intelligentia.

Secundum genus ſuas exercet functiones per principium internum per organum corporeum, nõ tamen per qualitates corporeas. Nam ſentit anima ſenſitiua & licet indigeat oculo, aure, nare, lingua, & tactu ad hoc opus perficiendum: tamen non indiget qualitatibus corporeis. Nam viſio: auditio, olfactio, &c. non ſunt receptæ in anima ſub qualitatibus calidi, & frigidi, humidi & ſicci: ſed ſolum recipiuntur intentionaliter, & ſpiritualiter. Quoniam ſolum ſpecies dicitur eſſe in ſenſu, & non res, vti d. Ariſt. 3. de anima ſpecies lapidis, ligni, corporis eſt in anima, & non lapis. Tamen intelligit, vel vt rectius loquar, recipit ſub conditionibus indiuidualibus.

T. 38. Tertium genus animæ differt à præcedentibus in quatuor. Nam differt ab inanimatis ratione principij Inanimata exercent ſuas functiones per principium externum. Homo autem per principium internum, quoniam Intellectus eſt forma informans.

Differt ab ipſo vegetatiuo, quia vegetatiua exercet non ſolum per organum ſuas functiones, ſed per qualitates corporeas: Homo vero ſine organo & qualitatibus corporeis.

Differt vltimo à ſenſili. Nam non ſolum indiget organo, ſed recipit indiuiduliter, ſub conditionibus materialibus. Nam dum recipit lapidis ſpetiem recipit ſub his conditionibus vt eſt hoc in loco, vt eſt in tali tempore: Vt habet tantam & talem quantitatem. Intellectus autem intelligit ſuum obiectum ſine organo corporeo ſine qualitatibus corporeis: & ſine conditionibus materiæ: ſed ſolum vniuerſaliter. Vnde quando capit lapidẽ intuetur & ſpeculatur vt ſunt naturæ cõmunes & vniuerſales ad plura particularia. Et in hoc aſſimilatur ſubſtantijs immaterialibus, quæ nullo indigẽt corpore. Hæc quo ad diuiſionẽ. Quo ad tertium de facultatibus. Sed vt clarior appareat ſermo preſens ſimulq; breuibus ſuccinctam habeatis animæ ſummam perlegi totum opus Ariſto. de Animarum functionibus & collegi quod animæ habent quinq; facultates.

Prima eſt vegetatiua } Vegetatiua habet tres functiones. Nutrit: auget & generat. Apparet in plantis:
2 ſenſitiua } herbis, & floribus fructibusq; Nutriuntur augentur & generantur. Vlterius ſingulæ iſtarum facultatum habent ſuas operationes. Nam nutritiua.
3 motiua
4 Intellectiua } Attrahit: retinet, digerit, & expellit. Attrahit cibum.: retinet ſubſtantiam: digerit ad ſubſtantiam: & expellit ſuperfluum. Augmentatiua nullam habet ſubſeruientem quia eſt eadem cum nutritiua, & eaſdem operatur.
5 Appetitiua.

Generatiua habet tres vires deſeruientes videlicet. Senimatiuam: Immutatiuam: & formatiuam: ſeminatiua data eſt vt ſpecies rerum perpetuentur. Nam quoniam non poteſt indiuiduum perpetuari ſolicitudo diuina miſeratione quadam inquit Auer. 2. de ANIMA: cum non potuit indiuiduum ſemper facere per manere vnum

vnum numero communicauit illi vim perpetuandi in ſpetie. Ideo ex alimento ſuperabundanti colligit ſemen in vaſis genitalibus vt inquit Auicenna, & poſtea communicat. Com. 34.

Immutatiua data eſt vt fiat debita permixtio ſeminum maſculi & fœminæ, & ita contemperentur, vt ſint apta ad formandas omnes partes corporis. Ideo in hoc mirabilis, & ſtupore plena apparet natura, quòd ex vno ſemine tot partes diuerſę generentur. Vnde aliquæ ſolum caro: Aliæ ſanguis: Aliæ venæ: Aliæ Arteriæ: Aliæ medulla: Aliæ oſſa. Aliæ duriſſimę: Aliæ molles: Aliæ molliſſimę. Aliæ liquidiſſimę: Aliæ obſcuræ: Aliæ clariſſimę. Mirabilis æquidem natura.

Virtus vero tertia quæ dicitur formatiua habet hoc munus, quòd eſt ſeminibus ita permixtis, & contemperatis, format, & figurat partes corporis. Hæc quo ad primũ genus vegetalium. Modo ſequitur de ſenſitiua.

Senſitiua eſt dupliciter.

Exterior & } Exterior partitur in quinq; ſenſus exteriores ſcilicet. Viſum: auditum: Olfactũ: guſtũ & tactum. Interior diuiditur in ſenſum communem: Phantaſiam: eſtimatiuam, cogitatiuam: & memoriam.
Interior.

Senſus communis eſt ſedes, & centrum omnium ſenſatorum colorum, videlicet ſonorum: odorum: ſaporum, & tangibilium. Phantaſia producit Imagines rerum intellectualiter, vel ſpiritualiter.

Eſtimatiua iudicat diſtinctè Imagines rerum quomodo alia ſit Leonis: Alia Camaleonis. Cogitatio recipit has Imagines rerũ, & ad examẽ, & iudiciũ diſcurſus reuocãtur. Hinc aliquibus ad hæret: alias vero fugit.

Memoria vero conſeruat eas Imagines vti penus, vt cellarium Theſauruſq; animæ. Vt quando animæ neceſſe erit intelligere, vel reminiſci rei illius, vel illius habeat mediũ promptum & præmanibus ad agendum.

Quo ad motiuam ſecundum locum reptando Vermis, quæ dicitur eſſe tertia facultas, eſt.

Progreſſiua: } Progreſſiua amplectitur greſſum, volatum, natationem, vel aliam quamuis mutationem localem. Iſte motus ſolum eſt in animalibus perfectis. Nam cum non habeant
Dilatatiua & } neceſſaria ſibi vnita, indigent mutatione locali: & de hoc motu loquitur. Phylo. 2. de
Conſtrictiua. } Anima. tex. 27. & 29.

Motiua dilatatiua & conſtrictiua, amplectitur apertionem, vel clauſionem animalis ſine loci mutationẽ. Iſte motus reperitur in oſtreis & Conchilijs quæ ſunt animalia imperfecta. Et iſte motus eſt dupliciter

Alter naturalis, & } Naturalis dicitur eſſe in corde. Et dicitur naturalis quia non ſequitur Intellectum, nec phantaſiam nec appetitum ſenſitiuum, vel intellectiuum, ſed complexionem, vitamq; naturalem. Animalis vero motus cauſatur, à phantaſia, & ab appetitu imperante. Nam precipit, vt moueatur corpus ad talem locum propter talem effectum. De hac in 3. de Anima t. 48.
Alter animalis.

Quo ad potentiã Intellectiuã, & appetitiuam dicunt Phy. q̃ habet quatuor vires Pręcipuas. Dicitur nanq;.

Paſſibilis } Paſſibilis, quia recipit intellectiones:
Agens, } Agens, quia abſtrahit phantaſmata à conditionibus materialibus. } 3. de anima.
Voluntas & } Voluntas, quia vult obiectum vt bonum & conueniens.
Arbitrium. } Liberum arbitrium, quia conatur vt eligat, immo actualiter eligit hoc bonum.

His ſic diſpoſitis accedo ad puritatẽ animæ. Nam nulli dubium eſt quòd anima noſtra, teſte phyloſopho, eſt veluti Tabula raſa, & quædam papyrus: vel vt alijs placet eſt veluti.

1. Oculus, } 2. Tabula raſa, oculus purus } 3. Tabula non ſolum quia dicitur nuda, & ex
Speculum & } Speculum mundum, & ager } ſpoliata in ſui primi ſtatus cõſideratione omni
Ager ſecundum } pinguis. } cognitione ſed etiam quia poteſt deturpari, & pollui, vnde nõ ita facile poſtea recipere põt Imagines optime depictas, & ſcientiarũ veritatẽ: ſic & papirus.

Ita vocatur oculus, quoniam ſi laborat morbo lyppoſo non facile inſpicit rerum imagines, ſic ſpeculum pollutum non accipit perfecte Imagines: Sic ager ruderibus: ſpinis, & tribulis plenus ſemina non recipit, & ſi recipit ſuffocantur. Idcirco ſicuti omni curã purgatur. Ager: tergitur ſpeculum: ſanatur oculus: ſic æquidem diligenti ſtudio animam ipſam à fœcibus peccatorum lauare: mundificare: purgare, & tergere debemus. Omnia quæ à Magiſtris dicuntur ſunt veluti ſemina. Anima purgata eſt ager & campus fœcundiſſimus. Hinc, ſicuti ager purgatiſſimus vno ſemine facit 30. 60. & centum grana, ſic æquidem anima à ſordibus & ſpinis peccatorum mundificata vnica lectione, immo vnico conceptu multas parit cognitiones. Apparet in Adamo, in primo Innocentiæ ſtatu, cui omnium rerum reuelatio facta fuit. paret in Aropheis qui ſine ſtudio, non tamen ſine munditia ſpiritus myſteria cognoſcebant.

Apparet in Salomone qui ex infuſione ſecreta omnium edoctus fuit. Apparet in piſcatoribus Apoſtolis qui, facta purgatione ſordiũ & peccatorũ loquebãtur ſtatim varijs Sydiomatibus licet fuiſſent ſolũ piſcationi, & Telonio aditi. Ideo Oratio vobis auxiliũ præſtabit. Sic ait D. Chriſ. inter cultores præſtantiſſimus.

Sic legitur de Baſilio S. in Eremo. Nam oratione græci ſermonis vſum impetrauit. Poſtea Epiſcopus creatus fuit. Sic legimus de D. Antonio etiam & ipſe oratione factus fuit Doctiſſimus inter ſapientiſſimos. Sic legitur de N. Ioanne Baccono. Ideo ſemper laudes Deo nec non Beatæ Virginĩ in calce cuiuſcunq; operis refert. Sic legitur de S. Thoma. At quinate. Vnde fecit orationem illam pulcherrimam. Creator ineffabilis. Lib. 1. cap. 6.

Et quid dicam? Non ne legitur etiam apud gentiles, quòd Deo permittente ab impijs ſpiritibus obtinerunt hunc furorem? Non ne Socrates ſe iactauit a bono Dæmone hoc obtinuiſſe? Heſiodus à Muſis?

Nonnè dicitur quòd Thymicus his dem afflatus numinibus Poeta euaſit, & ſtatim abſolutiſſimum compoſuit hymnum? Euages Paſtor quidam diuino numine repente Comicus factus fuit.

Nec reticenda ſententia viri præſtantiſſimi qui cum Abecedarius & analphabetus eſſet, factus eſt diuino ſpiritu omnium rerum & futurorum apprimè ſcientiſſimus.

Ratio eſt perſpicua. Nam proportio, & ſimilitudo hoc declarat. Certum eſt quòd moles corporea, infirmitatibus affecta ſuas non poteſt exercere functiones. Hinc ceſſant motus: ceſſant voluptates: ceſſant negotia: ceſſant gubernationes, & omnia domeſtica, & familiaria. Sic certe & anima ſuas patitur infirmitates vnde ad ſtudia maxime ſunt impedimento. Infirmitates iſtæ ſunt.

Voluptates, } 2. Voluptates carnis, & } 3. Voluptates faciunt homines irrationales, & brutales
Solicitudines } Solicitudines mundi. } Solicitudines faciũt homines implicitos & perturbatos.

4. In voluptatibus, Deus fugit, In ſolicitudinibus Dyabolus vocitatur.
5. In voluptatibus, ſumus turpes, In ſolicitudinibus, ſumus viles.

Ideo anima his affecta infirma, & morbida circa rerum diuinarũ contẽplationem minimè vacare potest. Idcirco ex antiquis qui cognitionem excellentem nacti sunt omnibus temporalibus, & caducis, vt Philosophiæ expeditius vacarent renuntiarunt,& tantũ palliolo contenti erant. Hinc Diogenes Dolio inclusus Alexandrum contempsit. Bias omnia secum portabat. Alij in mare iactarunt diuitias. Alij procùl turba prophana se separarunt, vt altius ad Creatorem mentem traducerent. Sic vos oro circuncidere terrenorum voluptatumq; affectiones, vt studio summo ad hærere possitis. Et quia inter omnia media potentissima & accommodatissima oratio. Ideo semper ante lectionem & post lectionem orate; Clauditeq; domum sensuum vestrorum, ideſt Ingredimini cubiculum cordis vestri. Sic dicit S. Ioan. Chrisostomus inter eximios præclarissimus, & melliffluus.

Hæc pro præsenti, quæ longiori sermone quàm excogitaueram protuli. In sequenti Magistri Distinctionem aggrediar. Habuistis vt repetam breuibus.

LECTIO SECVNDA,

Super Distinctione prima Magistri inqua agit de temporis plenitudine: De incarnatione verbi: & cur Verbum naturam humanam assumpsit non autem pater, vel Spiritus Sanctus.

MOS & consuetudo est omniũ exponentium in initio cuiuscunq; libri declarare quædam tanquã semina: fundamenta, radices, & bases dicendorum videlicet. Nomen libri: Nomen Autoris: Vtilitatem: Diuisionem: viam doctrinæ: maneriem disciplinæ, & alia quæ ab Auerroe in principio Physicalium traditionũ enumerat: Tamen quia anno Elapso hæc latissime, & vberrime explicaui, ideo dicam tantum modo circa instrumentum maxime necessarium nempè de Diuisione libri. Assumamq; hæc capita videlicet.

Quomodo sit vtilis,
Cui sit necessaria,
Quòd sit multiplex,
Quod fiunt paralogismi, &
Quomodo liber presens in
Quatuor partes scindatur.

} Circa primum propositum scire oportet quòd diuisio maximã affert vtilitatẽ vt desumitur ex Boetio Arist.& Auerroe. Nam.
Diuisio } Præparat Auditorum mentes vt inquit Boetius.
Præparat } Nam reddit auditores dociles, ansietatemq; mentibus Scholarium, & audientium maximam ingerit sciendi orationis decisionem. Idcirco in
Aperit & Conducit. }

exordio vestrarum contionum hac methodo vti debetis, vt atentiores sint Audito.

Aperit etiam diuisio ea quæ sunt occulta, non dico simpliciter occulta, sed aliquo modo. Ideo Auerrois ex primo Colliget cap. 1. inquit ꝙ Diuisiones non sunt necessariæ in scientia ex natura scientiæ, sed inducitur ab Authoribus propter debilitatem discretiuę scholarium.

Hinc in primo Cęli, & mundi com.22.& 6.Phy.com.41.Vtimur de ipsa, manerie disciplinę ad declarationem eorũ, quæ sunt minoris latentiæ quàm ignota naturaliter: & sunt minus nota quàm primæ propositiones quæ sunt per se notæ. Vt omne totum si ab æqualibus æqualia demas. Non contingit de eodem simul asserere & negare. Latius explicans seipsum colligit, ꝙ maneries disciplinæ amplectitur ista quinq; scilicet.

Inductionem,
Exemplum,
Syllogismum hyppoteticum per naturam.
Enthymema, &
Diuisionem.

} Nam ista instrumenta versantur circa ea quæ medium tenet inter naturam & primas propositiones & axiomata. Hoc modo demonstratur subiectum in scientia; ideſt innuitur, quia nil notius debet esse in scientia ipso subiecto vt subiectum est. Nam in superiori potest esse quæsitum, impropria vero est principium notissimum, potest tamen innui. Non potest demonstrari, quia subiectum dicitur a subijcio, subijcis in scientia nil aliud est quàm concedi & præsupponi. Hoc autem est quod inquit Auer.1.Phy. com. vltimo.

Ideo inquit Aristo.primo Posteriorum de subiecto præcognoscitur, quia est, & quid est. Potest tamen demõstratione signi ostendi. Vt patet de prima materia & de primo motore, quæ sunt principia corporis mobilis quod est subiectum in Physica doctrina. Nã materia ostenditur per transmutationem & primus motor per motum. Et si dicas. Principia demostrantur, ergo & subiectum. Respon. quòd non valet quia de ratione subiecti est vt concedatur in scientia propria: vel sumatur, vt notum in superiori, principia vero vt principia subiecti non semper conceduntur. Immo quæruntur. Ideo scotistæ tenent quòd non principia sed subiectum potest ostendi à posteriori, via signi. Vt anima supponitur esse subiectum in lib. de anima, tamen signo & operationibus ostenditur esse. Sic Aui.6.suarum naturalium.

Syllogis Hyppo. per naturam.

Ista autem demonstratio dicitur esse per inductionem. Vt hæc res transmutatur, & illa, ergo materialis. Exem. Vt Gracchus à Scipione occisus fuit, ergo Cathilina à Cicerone, consule occidi debebat. Dicitur esse Syllogis. Hypposi. per naturam qui Syllog. sic vocatur ab Auerroi primo priorum in digressione. Quia tria sunt notissima. Primũ est antecedẽs notisimũ, secundũ consequens, tertiũ tota illatio. Vnde nil simpliciter probatur per hunc syllogismum, sed tantum facit inuitionem & modicam fidem. Idem asserit 7. Physi. com: 3. vt si translatio est, ergo materia est. Vel si motus est, ergo motor. ista sunt clarissima Ideò non ostendunt rem esse simpliciter, quia non sunt causæ, sed ostendunt quo ad cognitionem. Hoc pacto etiam diuisio dicitur esse medium non ad ostendendam rem simpliciter quia hoc pertinet ad causas essentiales, sed facit ad cognitionem rei. Nam ex diuisione generis in species, vel totius in partes, vel huiuscemodi de claro quomodo entia dicuntur multiplicia. Vnde verum apparet, quòd ipsa aperit rem ipsam.

Tertio Diuisio dat diffinitionem. Nam per diuisionem generis species apparent differentiæ essentiales & substantiales: ex differentijs substãtialibus à & generibus patent species: ex speciebus oriuntur diffinitiones adeo ꝙ ex diffinitionibus datur mediũ demonstrationis, & ex demonstratione scientia. Hoc habetur ab Aristo.7.diui.t.com. 43. & 2. Poster. Maxima ergo diuisionis ostenditur vtilitas.

Quo ad multiplicitatem. Diuisio attestante Boetio, & alijs phy. dicitur esse multis modis quos si vellem omnes numerare sermo prefixum excederet tempus. Idcirco assumo quòd dicitur sex modis.

Primo

Primo Generis in speties: } Generis in speties, & fit per differentias essentiales, specificas, & constitutiuas, & dicitur esse vera, propria, & absoluta diuisio.
2. Totius in partes, } Totius in partes, & fit per partium emmerationem. Hoc modo diuidit domus in tectum: Parietes, & fundamentum: sic homo in caput, pectus, manus, ac pedes.
3. Vocis in significationes
4. Accidentis in subiecta
5. Subiecti in accidentia,
6. Accidentis in accidentia. } Vocis in significationes. Hoc modo diuiditur: hæc vox Canis in animal latrabile, in Sydus cœleste: in piscem marimum.

Doctor nu. 2. sen.d.ij.d.quòd diuisiuè 3.substantialis extentiua inuentiua substantialis à formaex à quæstione iure, à qualitate.

Accidentis in subiecta. Vt accidentium alia sunt in anima vt scientia: ars: sapientia: & qualitates spiritales. Alia sunt in corpore, vt colores, rubedines, & omnes qualitates, secundæ, & reliquæ species.

Subiecti in accidentia vt animalium, lapidum, & lignorum alia magna alia parua: Alia fera, alia mitia. Accidentis in accidentia. Vt accidentium quædam mollia, quædam dura, quædam alba quædam nigra. Hæc dicitur.

Diuisio } Diuisio prout respicit genus diuisum in species
Partitio & } Partitio pro vt respicit totum in partes integrales, & quatitatiuas,
Enumeratio. } E numeratio, prout respicit significationes vocis.

Hæc oportet non solum scire sed necesse est præmanibus habere. Multi sciunt, quia intelligunt, sed possumus dicere etiam nescire, quoniam non habent in promptu quæ sciuntur. Sed omnia guttatim admodumque distillantis dicunt. Nam ex hoc decipiuntur in disputationibus, nec non in lectionibus. Hinc axioma illud fit. Quod qui nescit distinguere, nescit soluere. Ideo Aristo. primo Topicorum dicebat. Omne multiplex, prius est distinguẽdum subinde diffiniendum. Distinctio à diff. diff. à diuisione. ergo necessaria.

Ex ijs modo accedo ad nostrum Magistrum sen. & dico quòd præsens liber tertius diuiditur, quatuor in partes.

Prima pars amplectitur vnionem verbi. } 2 Vnionem naturarũ diuinæ, & humanę in vno suppositio.
2. Conformitatem Christi. } Conformitatem nostrarum infirmitatum,
3. Mortem. } Mortem in cruce ex Iudæis.
4. Habitus. } Habitus virtutum in anima Christi.
3 Ex vnione attulit mundo gratiam: } 4 Ex Gratia remisit culpam
Ex conformitate amicitiam, } Ex amicitia assumpsit pœnam,
Ex morte satisfactionem, & } Ex satisfactione placauit iustitiam, &
Ex habitibus exemplum. } Ex exemplo ostendit Gloriam.
5 Hinc fit quòd vnio dicitur infinita: } 6 Hinc ex vnione homo acquisiuit vitam spiritualem,
Conformitas mirabilis, } Ex conformitate vitam nobilem
Mors immensa, & } Ex morte vitam æternam &
Habitus inex cogitabiles, } Ex habitibus vitam glorioſam. Ecce, ergo pulcherima ratio cur in quatuor has diuisit partes.

Prima pars amplectitur, vndecim primas Distinctiones.
2. Incipit à 12. inclusiue, & tendit vsq; ad decimam nonam.
3. A 19. vsq; ad 23.4. vsq; ad vltimam Distinctionem, quæ est quadragesima.

Hæc sufficiant pro presenti. In sequenti aggrediar Distinctionem Magistri, & examinabo circa plenitudinem temporis quomodo sit facta in hac profundissima Incarnatione.

LECTIO TERTIA.

Super Distinctione prima sent. de plenitudine temporis, & gratia. Inqua exanimatur quòd plenitudo.

Dicitur multis modis. } Quo ad primum de plenitudine. Sciẽdum est ex Aristo.4.Phy.tex.co.6.& 30.vsq; ad Comm.69.& 4.cœli.
2. Quòd verè in Incarnatione apparet, } com.20.quod vacuum non datur, sed omnia Iouis
3. Difficultates, & solutiones. } plena sunt. Nam si daretur vacuum sequerentur multa incommoda.

Primum quòd non esset motus localis. Probatur est Aristo.tex.co. 66.

In omni motu requiritur resistentia mobilis ad motorem. } Maior est Ph. Nam semper mobile re-
Sed in vacuo non datur resistentia, ergo non datur motus. } sistit motori tanquàm passiuum actiuo, sed resistentia pendet ex medio rariori, vel densiori, ergo ni si sit medium non erit motus. Minor clarissima, quia est locus non repletus corpore.

2. incommodum esset hoc, quòd si vacuum daretur motus fieret in instanti, Patet, quia nulla datur resistentia. Sed hoc est falsum, ergo Probo. Proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate est secundum proportionem medij in subtilitate, & grositie medij. Exem. in acqua, & in aere. Nam certum quòd cum aer sit subtilior acqua in duplo quòd motus in aere erit velocior motu in acqua in duplo, quia partibilior, & diuisibilior. Sed in uacuo non datur nec subtilitas, nec grossities, ergo nec resistẽtia, ergo nec motus.

3. Incommodum est, si daretur vacuum, ergo æque velociter mouerentur in ipso corpora grauia, & minus grauia, & corpora figuræ acutæ cum corporibus figuræ obtusæ. Patet quia ratio cur vnum mobile velocius moueatur, quàm alterum pendet ex quatuor.

Primum, quia mobile leuius, vel grauius, } 3. Quia medium est subtilius, &
2. Quia motor est fortior. } 4. Quia in mobili figura dicitur esse acutior & per consequens magis apta ad scindendum medium. Igitur si uacuum esset, æqualiter corpora acuta mouerentur sicuti obtusa. Sed hoc falsum, ergo vacuum non datur, ergo conclusio sit firma quòd omnia plena sunt Iouis. Idcirco ad primum caput accedo quòd plenitudo sumitur nouem modis.

Prima est plenitudo essentiæ
2. Naturæ
3. Mensuræ
4. Gratiæ
5. Excellentiæ
6. Singularitatis,
7. Sufficientiæ
8. Copiæ
9. Infinitatis,

} Plenitudo essentiæ dicitur esse Dei optimi Maximi qui est ens à se, in se & perse, independens: & à quo cætera habent esse sed non plenarie & integre sed participatiue, & secundum quid.

} Plenitudo naturæ est perfectio mundi in quo sunt omnes partes. Id circo quando dicitur Gen. 2. Compleuit Deus die sexto opus suum, ideſt fecit omnes species rerum cœlestium, & terrestrium & impleuit mundum. De hac plenitudine inquit Dauid, Domini est terra & plenitudo eius.

Gen. 2.

} Plenitudo mensuræ est æternitas in qua est omnium temporum mensura. Nam dicitur esse interminabilis vitæ tota simul possessio. Et ista plenitudo reperitur in Deo solo. Nam omnia à Deo esse receperunt, & de hac Boetius,

Plenitudo Gratiæ dicitur esse cumulus omnium perfectionum: omnium donorum: omnium virtutum & meritorum. De hac plenitudine loquuntur scripturæ Sanctę & Doctores. Hinc dicit Alexan. de Ales q plenitudo gratiæ dicitur esse perfectio æquiuoca. Ideo vocat.

3. Par. q. 12. memb. 3.

Plenitudinem supereffluentis, & abondantis gratiæ, excellentiæ
Singularis,
Sufficientiæ
Copiæ &
Infinitatis.

} Plenitudo superfluentiæ & super abundantiæ dicitur esse in anima Christi. Nam ita excellebat alias animas sicuti caput omnia membra sic Christus omnes animas Sed obseruare oportet vnum quòd non dicitur esse in plenitudine super effluentia hac de causa quòd eadem gratia aut aliqua pars fuerit translata à Christi anima in membra Christi, Sed dicitur super effluentiæ, quia effluit causaliter & meritoriæ. Nam per gratiam suam meruit nobis gratiam, & peccatorum remissionem. De hac dicit Ioan.

Ioan. 1.

Vidimus Gloriam, gloriam quasi vnigeniti, plenum gratiæ & veritatis. Et de plenitudine eius nos accepimus gratiam pro gratia.

Ista plenitudo etiam à multis doctoribus vocatur plenitudo excellentiæ, vt à Sancto Ambrosio, & alijs, quia excelluit omnes, quia erat verbo vnita.

Lucæ. 1.

Plentiudo singularis dicitur esse Mariæ virginis de qua dixit Ang. Aue gratia plena dominus tecum. Dicitur singularis, quia non solum recepit omnem cumulum gratiarum super omnes Sanctos, sed per hanc gratiam fuit immunis ab omni peccato actuali, mortali: veniali, & originali. Deinde capax Dei optimi maximi ideo omnibus donis ac priuilegijs illam decorauit. Dicitur.

Ach. 6.

Plenitudo sufficientiæ respectu animarum sanctarum. Nam à Deo vnicuiq; animæ confertur tanta gratia, totq; dona quantum est necesse ad opus beatificum consequendum. De hac dicebat scriptura. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, Nam per illam meruit auream, & aureolam. De hac etiam Paulus 1. Corin. 13. Diuisiones gratiarum sunt, vnus autem spiritus. Alij datur sermo sapientiæ. Dicitur.

Plenitudo copiæ respectu totius Ecclesiæ. Nam licet in singulis membris Ecclesiæ non sint omnes gradus gratiæ; omnia dona; omnes virtutes; & omnes perfectiones: Tamen simul sumptis reperiuntur omnes istæ perfectiones, Hinc licet, vt quedam afferam, in Abraham non fuerit magna Innocentia sicut fuit magna, fides, fuit tamen magna in Adamo & Abele; licet in Isaac non fuit magna pacientia sicut magna obedientia, fuit tamen magna in Iob; sic in aliis membris. Ideo solemus extollere sacrificium Melchisedeh: confidentiam Noeh; fortitudinem Iacob; Sacerdotium Aaronis; Ducatum Moysis: Zelum Eliæ; Spiritum Elisei: Prophetiam Esaiæ; Planctum Hieremiæ; contemplationē; Ezzecchielis; Reuelationē: Danielis: Penitentiam Baptistæ; Potestatem; Petri: feruorem Pauli; sapientiam Solomonis: scientiam Cyrilli: Doctrinam Augustini: & Ingenium Bacconis; sinceritatem Thomæ: subtilitatem Scoti: & Acuitatem Enryci. Vnde quæ defuerunt in vno quo ad excellentiam supplentur in alijs: & sic apparet quòd in Ecclesia sunt dona, gratiæ, virtutes, perfectionesq; omnes ac diuitiæ quibus ambulat, ditatur & regitur

4. Ephe. Actuum. 1.

De hac plenitudine habetur illud Pauli ad Ephe. Vt impleamini in omnem plenitudinem. De hac dicitur Actuum primo. Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, Ideo dicimus quòd in Ecclesia sunt duodecim sportæ plenæ, ideſt sunt omnes gratię, & dona panis & piscis Christi. Dicitur deniq;.

1. Par. de potest. Eccl. conf. x

Plenitudo infinitatis ratione potestatis Ecclesiasticæ. Nam inquit Gerson. In Ecclesia reperitur duplex Potestas à Christo supernaturaliter Petro suo Vicario, & successoribus collata est. Videlicet.

Altera ordinis &
Altera Iurisdictionis.

} Dicitur Ordinis, quia constituit gradus sacerdotij: Episcopatus: Cardinalatus & similiū. Quæ omnia licet nō sint propriè ordines tñ ad ordinē faciūt.

Dicitur Iurisdictionis, quia confertur in Iurisdictione potestas, siue facultas dicendi: exercendi, siue administrandi Ius. Et hæc non solum est in Ecclesia sed in mundo. Non solum in Pontifice, & Episcopis, & Parochis, sed in Regibus, & Principibus. Hæc quo ad secundum caput, Modo accedo ad Mag. conclusionem desumptam à Paolo Quod incarnatio dicitur esse plenitudo temporis; Cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum de muliere: factum sub lege, vteos qui sub lege erant redi. vt adoptionem filiorum Dei reciperemus.

Probat hanc conclusionem, quòd in Incarnatione fuerit plenitudo temporis. Nā de mente Philosophorū certum est quòd plenum dicitur esse id quod habet omnes suas partes integras, & absolutas: quia plenum idem est quòd perfectum: Perfectum de mente Aristotilis dicitur esse ens cui nihil deest; & nihil deest alicui, quòd omnibus partibus constat. Igitur fuit in Incarnatione sextuplex plenitudo.

Prima figurarum,
2. Vnionis
3. Amoris
4. Dignitatis
5. Productionis
6. Gratiæ,

} Prima plenitudo fuit figuratum. Nam ex Incarnatione implenit, & terminauit omnes figuras veteris Testamenti in quibus promiserat Deus verbum carnem humanam assumpturum; Hinc dicebat Dominus Iesus. Non veni soluere legem sed adimplere.

Matth. 5.

} Secunda plenitudo fuit vnionis. Nam Cum in mundo dantur extrema oportet, & medium dari, & loquor de extremis positiuis. Nam cum inter colores detur, Album, & nigrum datur etiam viridis color; sic cum detur calidum, & frigidum, datur & medium nempè tepidū. Tunc sic. Vnio diuina & vnio humana sunt extremū quia prima infinita, & secunda finita. ergo oportet dari mediū quod participet extremorū naturam; Hoc autem dicitur esse vnio verbi diuini cum humana carne. Nam est Diuinitas, & humanitas, verbum, & caro cum anima. Vt verbum dicit naturam diuinam, vt caro, & anima dicit naturam humana, ergo sequitur plenitudo vnionis.

3. Plenitudo

3. Plenitudo dicitur esse amoris, & charitatis. Plenitudo amoris, & charitatis attingit suas partes: & suos gradus extensiue & intensiue. At amor potest intendi in infinitum, ergo ne sit frustra oportet assequi suum finem, sed in vnione attingit suum finem, & terminum, quia infinitum vnit sibi hominem finitum, & communicat Idiomata infinita. Quia ille homo dicitur Deus: omnipotens: Immensus, & saluator, quæ omnia infinitatem arguunt, ergo fuit plenitudo charitatis.

4. Plenitudo est dignitatis. Illud dicitur plene dignum cui nulla potest fieri additio dignitatis, & honoris: At homini nulla pōt assignari nec maior, nec æqualis dignitas q̄ sit vnio diuina, ergo fuit verè plenitudo.

5. Plenitudo est Productionis. Illud dicitur esse plenè productum quòd habet omnia sua productibilia: sed in Incarnatione dantur omnia productibilia, ergo plenitudo temporis. Probo minorem. Nam quadruplex est productio.

Prima productio est viri sine viro, & muliere,
2. productio est mulieris de viro sine muliere,
3. productio est viri, & mulieris de viro, & de muliere, ergo oportebat dari quartam de muliere sine viro.

} Prima fuit Adami, à Deo solo,
2. fuit A Deo per Adamun de Eua,
3. fuit Abelis, & Chaym de Adamo, & de Eua,
4. est ista de Muliere sine viro, videlicet Christi: sed hæc facta fuit in Incarnatione. Prima dicitur Plasmatio: secunda extractio: 3. generatio: & quarta incarnatio. Igitur cùm omnes suas habeat partes dicitur pleni. & cum plenitudo sit intempore sequitur, quòd sit temporis plenitudo.

6. Plenitudo est gratiæ. Gratia tunc dicitur esse in sua plenitudine quando nulla alia potest esse maior. At nulla gratia potest esse maior gratia infinita, ergo erit plenissima. Modo sub sumo. Vnio verbi cum humana natura est gratiæ infinitæ, ergo nulla alia maior. Patet quia est vnio æterni cū tēporali: Creatoris quę cū creatura. At quia fuit in tempore, iure merito inquit Paulus, Cumuenit plenitudo temporis. Hæc sunt quæ dicenda erant pro conclusionis diuisione. Modo adduco argumenta & erit finis. Contra determinata.

Hæc repugnant scripturæ sacro sanctæ, ergo falsa. Probatur Antecendens.

Arg. 1.

D.S. Paulus ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus. Tunc sic.

Vbi datur tantum modo pars & non totum ibi datur non plenitudo. Sed in Incarnatione datur pars, & non totum, ergo nec plenitudo. Nam datur pars cognitionis.

Gala. 8. 1. Corin. 13.

D. Glossa super Dictum Matthei. simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare quàm cum imp. esset. quòd impletio ista non erit nisi in fine seculi. Sed incarnatio non est finis seculi, ergo non est plenitudo. Respondeo, quòd plenitudo temporis respicit non visionem claram diuinæ essentiæ: Nec sapientiæ: sed vnionis, amoris & gratiæ, & hoc sufficit.

Ar. 2. Matth. 13.

Et Melius plenitudo dupliciter considerari potest.

Primo vt respicit suppositum naturæ humanæ in vniuersali.
Secundo vt respicit suppositum diuinum in natura humana.

} Primo non datur ista plenitudo cognitionis & sapientiæ

Secundo datur quoniam Deus animæ Christi communicauit omnem sapientiam, gratiam, & gloriam, & sic d. Paulus cum uenit plenitudo temporis. In sequeti videbimus aliam partem in qua quærit. Cur filius humanam naturam assumpserit & non Pater, vel Spiritus Sanctus.

LECTIO QVARTA.

Inqua quæritur. An sicut filius assumpsit carnem humanam, sic pater vel Spiritus Sanctus potuerit ne assumere? Respon. Magister quòd de possibili non solum verbum, sed pater, et Spiritus sanctus potuerunt assumere naturam humanam: de congruo vero, et de decenti solum verbum debuit humanam assumere naturam. Hanc conclusionem probat multis modis, et præcipue octo rationibus, & primò quo ad patrem.

Primo ratione originis.
2. ratione constitutionis.
3. ratione sapientiæ.
4. Ratione. Medij.
5. Rōne interceſſionis.
6. Ratione ordinis.
7. Ratione hæreditatis.
8. Ratione honoris.

} Primo ratione originis. Nam congruentius est mittere illam personam quæ est ab Alia persona, quàm illa quæ à nulla est persona, filius est à patre pater à nullo, ergo filius mitti debuit & non pater. Hęc ratio corroboratur à Diuo Augusti. in lib. de Trini. Pater generat & non generatur, ergo nec mittitur.

} Secundo probatur ratione. Filius, & nō pater assumpsit naturam humanam ne fieret confusio. Nam nisi filius assumpsisset naturam humanam sequeretur q̄ alius esset filius in diuinis, & alius in humanis: ex hoc sequeretur maxima confusio credendo multoties filium in diuinis esse filium in humanis. Vt, ergo tollatur omnis confusio factum fuit vt verbum, & non pater carnem assumat.

3. Ratione sapientiæ. Nam Deus omnia in sapientia creauit dicente psalmista. Omnia in sapientia fecisti domine quę in cœlis, & quę in terris sunt. Sed cum creatio, & restauratio proportionem habeant adinuicem, quia alterum est alterius conseruatio. Nam restauratio conseruat creationem. igitur debuit in eadem sapientia fieri. Nam Artifex inquit S. Thomas. 3. p. q. 3. ar. 8. per eandem formam per quam construxit artifex ciuū suum, si accidit vt collabatur ipse eadem forma restaurat. Igitur cum per verbum omnia produxit, vnit, & per verbum reficere, ac restaurare, ergo.

Psal. 104.

Hoc innuit etiam Euangelium apud Lucam cap. duodecimo. Vbi dicitur quòd mulier accendit lucernam, & dragmam decimam quę perdita erat quęsiuit & inuenit. Dragma erat humana species. lucerna fuit diuina sapientia, sapientia est verbum, ergo congrue filius assumpsit.

Luc. 12.

4. Ratione Medii. Oportebat pacem facere inter Deum & hominem: sed pax non fit sine medio, ergo oportebat medium inuenire: sed medium in diuina essentia est verbum, ergo congruetius assumpsit, naturam humanam quàm pater.

5 Ratione Intercessionis. Nulli dubium est quòd magis conuenit filio patrem supplicari: quàm e contra quòd pater supplicet filium. At persona incarnata debebat patri supplicare, ergo magis filius quàm pater debebat incarnari.

6 Homo est secunda persona creata (prima est Angelus, secunda est homo) igitur magis filius debebat incarnari cum sit persona secunda quàm pater & Spiritus Sanctus, cum pater sit persona prima, & Spiritus Sanctus persona tertia Idcirco ad Virginem non fuit Missus Michael qui est primus nominatus in scripturis nec Raphael qui est tertius, sed Gabriel qui est secũdus. Quoniam secũda persona erat incarnanda. Igitur.

7 Hoc pendet ab hæreditate, Dicunt legistæ quòd regnum non debetur nisi filijs naturalibus & legitimis, vel ijs qui sunt similes legitimis,

Igitur cum Deus vellet dare hominibus regnum cœlorum cuius caput est filius, oportebat quòd homines essent similes filio. At similitudo non potuit esse nisi in propria natura. Igitur cum homines non potuerint ascendere ad diuinam naturam ~verbum descendit ad humanam naturam, & quod erat impossibile per adeptionem diuinæ naturæ, cuius non est capax homo, possibile factum fuit per assumptionem humanæ naturæ.

8 Filius & non pater humanam assumpsit naturam ne maximus committeretur, error. Inter maximos & incredibiles errores est iste quòd pater sit filius filij: Nam repugnat rationi & experientiæ. Quia sequeretur quòd idem esset simul & semel prius, & posterius, causa & effectus, principium & principiatum: hoc autem est absurdum, sed probatur. Si pater assumpsisset naturam humanam pater quo ad animam fuisset filius filij. Quia in Incarnatione anima creatur. Anima dicitur creatis filia: igitur si assumpsisset naturam fuisset anima creata à filio: ergo in hoc pater esset filius filij: ergo principiũ principiatũ, ergo prima persona simul & semel esset prima & secunda producta & producens. Iure ergo merito nõ humanam assumpsit naturam. Hæc sunt rationes quæ faciunt ad conclusionis corroborationem, Modo insurgunt difficultates non nimoris ponderis quas oportet diligenter examinare,

Qui ex damnato coitu sunt nõ possunt instituere patet de incestuosis nuptijs, sic nec heretici.

RATIONES IN OPPOSITVM.

Quibus probatur quòd Incarnatio magis ad Patrem & ad Spiritum Sanctum quàm ad filium spectat.

Arg.1. QVOD magis patri conuenit Incarnatio. In quod est principaliter, & immediate offensa ab illo debet esse immediate vindicta: sed in patrem offensa immediate fuit ab Adamo, ergo à patre debet esse vindicta & vltio, Sed, vltio fit per incarnationẽ ergo à patre debuit principaliter esse incarnatio.

Sylueſtranus.

Patet maior. Nam quando Rex, Imperator & Prefectus (vt in isto casu de liberatione facta Paduæ in campo nostro sacro Augustinianorum à Carmelitis) offenditur, quærit ipse primum ~vindictam & vltionem: & licet congreget exercitus & milites, nihilominus si per seipsum possit vlcisci nullum congregaret exercitum: ergo cum peccatum & iniuria principaliter facta fuerit in diuinitatem. Nã dixit Serpens Eritis Dij scibo. & diuinitas sit principaliter in patre sicut fons, ergo ab ipso vindicta, ergo Incarnatio. Minor patet quia Incarnatione Dæmon fuit factus exul à quo peccatum inceperat, ergo.

Arg.2. Finis Incarnationis est hominem liberare à Tyramnide Sathanica & potestate, quæ fieri non potest nisi per maiorem potestatem. Sed attributum potestatis infinitæ patri propriè ascribitur: ergo congruentius erat patrem incarnari quàm filium.

Sylueſt.

Confirmatur. In incarnatione fit absolutio à peccato. Absolutio arguit potestatem: ergo à patre.

Arg.3. Præterea. Ista tria se consequuntur in eodem agente principium, medium, & finis. Nam anima cũ sit principiũ vitæ est etiam medium conseruans vitam, & finis vitæ in corpore. Sed patri ascribitur principium omnium rerum quod est creatio: ergo & incarnatio quod est recreatio ascribetur.

Arg.4. In Incarnatione fit generatio filiorum; ergo patri conuenit. Patet, Quia pater propriè generat ergo magis patri quàm alijs.

Bona.

5.Tho.Arg.5. Illa persona debebat magis incarnari ex qua tollebantur errores in Ecclesia, ergo pater magis quàm filius. Nam ex Incarnatione filij, secta Arrianorum decepta fuit, quia ex verbis Ioannis credidit quod filius esset minor patre. Pater maior me est. Vnde non potuit credere quod in diuina natura esset æqualis patri, At si pater assumpsisset humanam naturam, nullus estimasset minorem etiam filio, ergo.

Isa 14.

Arg.6.

Ioan.20. Quòd S.S. debebat incarnari. Nam in Incarnatione donatur gratia: gratia à spiritu Sancto Accipite spiritum S. quorum remi. peccato. re. ergo magis Spiritui Sancto compecebat.

RESPONSIONES ARGVMENTORVM.

Dico quòd congruentius fuit verbum assumere carnem humanam quàm reliquæ personæ, quia dicitur esse ~.

Imago, Verbum & Filius. Vt } Imago, quia sic respondebat Imagini. Nam homo ad Imaginem factus est: & factum per imaginem restaurari debuit per imaginem. Vt Verbum. Nam verbum In incarnationes patris, manifestat mentem patris sed non potest manifestare nisi vniatur signo sensibili, voci, & sono, ergo cum filius sit verbum oportuit vniri carni. Vt filius, quia pater cupit filium suum honorare: sed in Incarnatione est max. honor. In nomine Iesu omne genuflectatur cœle. Te. & in fer. ex ijs dico.

Ad

Ad primum. Offensa à principaliori vlciscitur. Respon. quod in Incarnatione non fuit principalis scopus vltio: sed fuit ostensio amoris: At amoris manifestatio est in Dono maximo: & nullum donum & munus dicitur esse æquale illi inquo donatur filius. Igitur Deus vt summum amorem homini ostenderet filium misit ad incarnandum. Patet Responsio ex Ioan. dicto Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. Vt omnis.

Ad 2. vbidicitur quod in Incarnatione vtitur potestate. Responsio, Vti aliquo stat dupliciter.

Vel principaliter. } Dico quod non vtitur potestate principaliter sed vtitur ipsa sapientia: At cum filius
Vel secundario, } sit sapientia, merito debuit incarnari.

Ad 3. Pater est principium creationis ergo. Responsio. Esse principium stat dupliciter.

Vel singulariter } Non fuit singulariter, quia non sine verbo: sed fuit consocialiter, quia per verbum d.
Vel consocialiter. } Io. omnia per ipsum facta sunt. Ita in Incarnatione omnia per verbum restaurauit.

Ad 4. In Incarna. fit filiorum gen. &c. negatur quòd fiat generatio propriè, quia est à non esse ad esse: sed fit regeneratio quæ est ab esse malo ad bonum &c. Ideo dicitur formaliter quod generatio sumitur dupliciter,

Vel vt dicit esse simpliciter } Primo modo conuenit patri. } Prima fuit increatione. }
Vel vt bene esse. } Secundo conuenit filio. } Secunda dicitur esse in Incarnatione. }

Ad 5. Non fuisset ortus error Arrianus. Respon. Negatur. Nam humana malitia potest etiam, maginari quod non sit filius in diuinis ~vt Sabel liana, & Iudaica secta.

Ad 6. Remissio peccatorum est ex dono: Donũ est ex S.S. &c. quod donum est per medium Nam non donatur nunus nisi sit medium per quod donatur, Hoc autem dicitur esse filius: Nam per passion. filij datus fuit S.S. Et sic concluditur, quod congruentissima ratione filius humanam assumpsit naturam. In sequenti lectione videbimus ea quæ d. N. loc. Bacconus.

LECTIO QVINTA.

In qua quæritur de mente Ioa. Bacconis. An Vnio inter Deum & hominem sit relatio vel sit quid absolutum? Ideo antequam respondeam oportet obseruare aliqua necessaria, nempe quid.

Vnio,
Quot modis dicatur Vnio,
Deinde respondebimus
Conclusiue.
Probabitur conclusio, &
Subinde opiniones aduersas remouebo. } Quo ad primum de Vnione. Nulli dubium est quod Vnio significat concordiam & coniunctionem duorum ad inuicem. Hinc Margarita quæ in conchis nascitur à naturalibus vnio vocatur. Ideo dono datur sponsę à sponso vt vnionem perpetuam vitæ ostendat. Quo ad secundum sciendum est de mente Theologorum quod ~vnio apud illos dicitur multis modis prout spectat nostro negotio. Nam dicitur.

Vnio amoris
Vnio in hæsionis,
Vnio informationis
Vnio illapsus,
Vnio essentialis.
Vnio gratuita,
Vnio Beata,
Vnio personalis,
Vnio suppositalis,
Vnio hyppostatica &
Vnio substentificabilis, } Vnio amoris ~vt inquit S. Bona. lib. 4. D. 12. q. 3. est concordia duorum ratione naturæ: proportionis & conuenientiæ. Et dicitur esse maior & minor vti caritas, amor, & beneuolentia dicitur esse ardentior, & firmior. Hinc exemplificat de his qui digne accedunt ad Eucaristiæ sacramentum. Nam cum in sacramento sit maximus amor, vt incarbone accenso maximus ignis, sic anima calescit & feruescit circa Christi amorem magis, & maxime.

Vnio inhæsionis vt inquit Gerson Parte 3. de Mystica Theologia, speculatiua parte 8. consi. 40. est eadem cum præcedente. Est Vnio amicorum, Vbi idem est velle, & idem nolle, & spiritus vnus efficitur. De hac vnione intelligi potest deprecatio Saluatoris Nostri dicentis. fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. De hac eadem quando dicebat. Rogo vt vnum sint nobiscum. Idest per amorem.

Vnio informationis dicitur esse materiæ & formæ, actus & potentiæ de qua Ph. 8. & 9. metaphy. & dicitur essentialis. Vnio illapsus dicitur esse quando aliquod ens ita intimũ est alteri quod habet dominum plenum intus & extra: & ista vnio solius Dei est in homine, de qua Ioa. Bacco. 1. Dist. 3. q. 1. ar. 3. Et sit nec homo; nec Dæmon: nec Ang. dicitur illabi, quia nullam plenariam habent potestatem super creaturas. *1.D.3.q.1.ar. 3. Lib.3.d.1.q.1.*

Vnio gratuita dicitur (vt inquit Brulefer) Esse immediata, & summa repletio diuinæ gratiæ quam verbum communicauit animę assumptæ.

Vnio Beata fuit eleuatio animæ Christi ad videndum, & clarissime contemplandum Verbum diuinum. Vnde sic clarissime videbat in vita mortali, & in cruce diuinum verbum vt modo intuetur & fruitur in cœlo. Igitur non fuit simpliciter viator: sed simul & semel ~viator & comprehensor.

Vnio personalis dicitur esse assumptio alicuius naturæ ab aliqua persona completa ex qua Vnione nõ multiplicatur persona assumens sed remanet eadem, & fungitur officio quo fungeretur propria persona illius naturæ assumptæ & ista est solum inter Deum & hominem & vocatur.

Indiuidualis:
Suppositalis
Substentificabilis &
Hyppostatica. } Indiuidualis. Quia à verbo sumitur natura humana non in specie sed solum in singulari. Non prout respicit omnes homines sed tantum vnicum hominem.
Suppositalis: quia verbum assumit naturam quæ per se poterat esse suppositium perfectum in se, & absolute.

Substentificabilis: quia Verbum terminat omnem eius dependentiam: ideſt omnis virtus animæ & carnis assumptæ à Verbo dicitur oriri ab ipso Verbo. Vti dicitur vulgariter. Magister talis substẽtur à Generali

ideſt

ſideſt omnis operatio: honor & vita talis eſt in manu Generalis. Sic omnis virtus humanitatis Chriſti à verbo erat. Dicitur demiq; Vnio hypoſtatica.

Tum quia Verbum quod ab æterno fuit hypoſtaſis in diuina natura, in ipſa fit hypoſtaſis humanæ naturę.

Tum, quia eſt hypoſtaſis non accidentis ſed ſubſtantiæ. De hac autem vnione loquitur noſter.

Doctor in hac prima D. & q. in qua quærit. An iſta Vnio naturæ diuinæ cum humana ſit relatio, an ſit quid abſolutum? Vbi reſpondens Doctor inquit quòd Vnio non dicit relationem, ſed quid abſolutum.

Hanc concluſionem probat contra ſcotum ſic.

Inter illa non datur relatio quorum alterum dependet ab altero ſolum per inhæſionem, aut per ſubſtentificationem: ſed humana natura dependet ſolum in Incarnatione à verbo per ſubſtentificationem, ergo non erit relatio vera & realis. Minor eſt clariſſima. Probo maiorem.

Ariſto 5 diui. tex. co. 20. inquit ꝙ inter ſcientiam, & ſcientem non datur relatio, quia ſciens, & ſcientia nõ ſunt oppoſita, ſed ſunt vt perfectio, & perficiens: & relatio vera dicitur eſſe inter terminos oppoſitos, vt inter patrem, & filium, Dominum & ſeruum. Hoc modo apparet in Incarnatione. Nam verbum humanam naturam ſubſtentificat, & terminat ſuam dependentiam & perſonalitatem ergo non eſt relatio.

Ratio formalis Prædicamenti, } Dicit Doctor quòd ratio formalis cuiuſlibet entis prædicamentalis eſt ſimplex, & non duplex. Igitur cum ſcientia dicatur ad ſcibile, vt effectus ad cauſam, & menſuratum ad menſuram, dicetur vnica ratione, & non bina. Igitur non poteſt dici ad ſcientiam quoniam duplicem haberet rationem.

Dicit Doctor ſicut ſe habent partes ad totum: Accidentia ad ſubiectum: & relationes ad fundamentum, ſic ſe habet natura humana ad naturam diuinam: ſed inter iſta non datur vera relatio realis: quia non ſunt oppoſita niſi denominatiue, cum pars non ſit totum, nec accidens ſit ſubiectum, nec relatio ſit fundamentum, & iſta eſt quædam negatio nominis, & non rei, ergo nec inter diuinum verbum, & humanam naturam erit relatio realis. *Arg. 1.*

2. Præterea Inquit Doctor. Relatiuorum certum eſt quòd vnum non poteſt dici alterum. Nam pater vt relatiuum filij, nullomodo pòt dici filius, quia idem eſſet cauſa, & effectus, primũ & vltimum. Sed natura humana ſic vnitur Verbo diuino ꝙ Deus eſt homo, & homo eſt Deus, ergo nullomodo poſſunt eſſe relatiua.

3. Præterea Maior eſt vnio inter illa de quibus poſſumus dicere ꝙ hoc eſt hoc: q̃ inter illa de quibus dicere poſſumus hoc eſt in hoc. Sed inter illa de quibus dicimus, quòd hoc eſt in illo, vt pars in toto, accidens in ſubiecto, & ſcientia in ſciente, eſt tantum modo relatio ſecundum quid, & relatio nominis, vt patet in prædicamentis vbi Ariſt. exemplificat de capite, & de capitato: de ala, & alato, de temone, & ſimilibus ergo cũ in Incartione dicimus, quòd hoc eſt illud nullomodo poterit eſſe relatio nec realis, nec ſecũdũ dici.

4. Præterea Impoſibile eſt quòd aliqua actio terminetur ad puram relationẽ. ergo Vnio quæ fit in Incarnatione non poteſt terminari ad relationẽ cum ſit actio ſumma, & ineffabilis. Probatur Antecedẽs. Nã quod eſt minimæ entitatis non poteſt terminare id quod eſt ſummæ entitatis: ſed Incarnatio, & ſummæ entitatis, relatio minimæ entitatis, ergo non poteſt terminare, ergo non eſt relatio.

5. Præterea. Vnio dicit perfectionem ergo non poteſt eſſe relatio, quia dicit imperfectionem. Aſſumptum probatur. Nam illud dicit perfectionem cuius contrarium dicit imperfectionem, & cuius finis eſt nobiliſſimus: ſed amotio vnionis verbi naturæ humanæ dicit imperfectionem, & finis vnionis eſt maximæ perfectionis quia eſt humana redemptio: igitur non eſt relatio.

6. Præterea vt res clarior appareat quærit Doctor quid ſit iſta vnio? & reſpondens inquit.

Eſt quid abſolutum. Eſt entitas totius, & Eſt ipſum totum. } Eſt abſolutum, quia eſt ſuppoſitum completum in ſe, & non dependens ab aliquo per ſubſtentationem. Eſt entitas totius: quia eſt concordia duarum naturarum ad inuicem. Eſt ipſum totum, videlicet Chriſtus Ieſus. Nam ſicuti partes collectiue ſumptæ ſunt ipſum totum: ſic verbum, & humana natura dicitur eſſe Chriſtus. Idcirco Dicit S. Thomas quòd differt vt compoſitum, & non componens.

Idem deducitur ab Ariſt. 7. diui. tex. 60. Vbi quærit. An partes ſint totum? Idem primo Phy. Tex. com. 17. & 4. Phy. Tex. com. 43. Totum nil aliud eſt quam ſuæ partes. Hinc concludit quòd ſicut totum integrale eſt idem cum partibus quoniam ex illis componitur, ſic totum ſpecificum eſt idem cum genere, & differentijs quoniam ex illis coaleſcit. Patet etiam. 8 Diuinorum. Inueſtigat Ph. Quare dicimus vnum eſſe hominem, & vnam eſſe ſpheram? Reſpond. Doctor ratione partium. Quia hoc materia illud forma: Hoc potentia illud actus: Hoc æs; illud forma: Hoc potentia illud nempè rotundum forma actualis. Sed illud quod conſtat ex materia, & forma non dicitur relatio ſed productum abſolutum per ipſum agens. ergo & vnio cum dicat naturam diuinam, & humanam non relationẽ, ſed abſolutum dicent. *8. Diui. 9. com. vlt.*

ARGVMENTA.

Contra hanc opinionem à Scoto, & à Sancto Thoma.

Ar. 1. Vbicunq; datur reſpectus vnius ad alterum ibi dicitur eſſe relatio. Sed in vnione datur reſpectus naturæ diuinæ ad naturam humanam, ergo relatio.

2. Præterea vbicũq; datur ordo diſquiperantię ibi datur relatio, quoniam ordo reſpicit extrema. Sed in vnione diuinæ & humanæ naturæ datur ordo diſquiperantiæ, ergo relatio, Probo maiorem & minorem. Nam inquit Scotus ordo dicitur eſſe.

Similitudinis } Similitudinis, vt inter duo alba,
Potentiæ } Potentiæ vt inter materiam & formam,
Cauſæ, & cauſati } Cauſæ cauſati, vt inter efficientem cauſam.
Cauſati poſterioris, & } Cauſati poſterioris: vt inter agens proximum & remotum.
Diſquiperantiæ, ordo } Diſqui. vt inter magis & minus dependens.

Modo

Modo in Incarnatione non datur ordo ſimilitudinis, quia naturæ ſunt ſubſtantiales. Non potẽtię & actus, quia ſunt perfectę in actu. Non datur cauſę & cauſati, quia Verbum non dependet cauſaliter à natura humana: nec humana natura à verbo ſolo ſed à tota Trinitate. Nõ datur poſterioris, quia verbum nullomodo dicitur eſſe cauſatum. ergo erit diſquiperantię vbi vnum magis dependet ab altero, vt natura humana à verbo, quàm eſt contra, quia non dependet niſi extrinſece.

3. Præterea Doctor declarans ſeipſum inquit, ꝙ dicitur eſſe ibi talis dependentia qualis eſt inter ſubiectũ, & accidens. Accidens dependet à ſubiecto dupliciter. Vel ut

Informans ſubiectum. Vel vt ſubſtentificatum à ſubiecto } Primomodo ſubiectum dicit imperfectionem, quia informatur ab accidente, informatio arguit perfectionem, & ſic dicit imperfectionem, quia ab accidente dependet. Secundomodo, vt accidens eſt ſubſtentificatum à ſubiecto, & hoc modo dependet à ſubiecto; & ſubiectum dicit perfectionem, quia ſuſtinet accidens. Sic natura humana ſubſtentatur, à verbo, & dependet maximè à verbo, ergo relatio, quia dependentia dicit relationem.

4. S. Thomas lib 4. contra Gentiles cap, 5. inquit quòd hæc vnio eſt relatiua, ſed non ad modum accidentis, ſed vt inſtrumentum, & organum coniunctum. Quia non eſt inſtrumentum ſeparatum ſed vnitum verbo non vt dolabra fabro, ſed vt manus brachio, & brachium corpori, quo Deus operatur, ſed iſta dicuntur relatiue ſaltem ſecundum dici, ergo, Nec ſequitur quòd Natura diuina ſit forma naturæ humanæ, quia licet lingua ſit inſtrumentum intellectus non tamen ſequitur, quod intellectus ſit forma linguæ, ſed dicitur eſſe forma totius, ergo cum inter inſtrumentum, & principale operans, ſit reſpectus ſequitur, ꝙ in iſta vnione erit relatio,

RESPONSIONES ARGVMENTORVM.

Ad primum, vbicunq; datur reſpectus vnius ad alterum ibi datur relatio. Reſpon. quòd natura diuina, & humana dupliciter poſſunt conſiderari.

Vel in ſe Vel in vnione } Si primodo, vt in ſe ſunt, & ſic humana natura dependet omnino à verbo, & datur relatio, & hoc modo non eſt ſermo præſens. Vel conſiderantur, vt vnitæ ad vnum tertium, & ſic certum eſt quòd nullomodo dicunt relationem.

Ad 2. dicimus quòd eſt ordo proportionis, ſicuti eſt inter actum & potentiam, vbi non eſt relatio vera. Quoniã relatiua ſunt eiuſdẽ generis, quia ſunt oppoſita, ſed iſta non ſunt eiuſdẽ generis, nec oppoſita igitur.

Ad 3. & ad illud S. Thomæ, dico quòd falſum imaginatur. Nam hic agitur de vnione hypoſtatica quæ non poteſt conuenire accidentibus, vt exemplificat Scotus, Præterea Exem. non poteſt facere ad rem. Quia ſemper accidens dum à ſubiecto ſubſtentatur informat ſubiectum.

Sic dicendum eſt Thomæ de Inſtrumento. Nam inſtrumentum non eſt natum hypoſtaſiari à verbo. Præterea non poteſt eſſe tanta vnio inter inſtrumentum, licet coniunctum, & hominem quòd vnum dicatur alterum & alterum alterum, ſicuti in vnione Hypoſtatica. Nam non poſſumus dicere quòd manus ſit homo, vel homo ſit caput, & nihilo ſectius ſunt inſtrumenta coniuncta; tamen dicere poſſumus quòd Deus eſt homo, & homo dicitur eſſe Deus; Ecce igitur quomodo non ſit inſtrumentum, & quomodo non ſit relatio. In ſequenti Examinabo ſecundum Articulum in quo Baccon. agit de poſſibilitate vnionis naturæ humanæ cum diuina, & ſcotus diſputabit ſuam concluſionem. *Peccat dupliciter primo quo ad ſuppoſitum. 2. quo ad denominationem.*

LECTIO SEXTA.

Super Art. ſecundum primæ Diſt. &c. In qua quærit. An vnio diuinæ naturæ cum humana fuerit poſsibilis? Vbi quatuor examinabo.

Primum erit de poſſibilitate vnionis.
2. De modo aſſumptionis
3. De Doctorum diſcrimine,
4. de dubijs occurrentibus, & præcipue inter Diuum Thomam, & excellentiſſimum Scotum,

} Quo ad primum quod fuerit poſſibilis patet. Nã Deus poteſt plus facere quàm homo poteſt dicere petere, & credere. Sed homo poteſt credere, & credendo dicere, & dicendo petere Incarnationis Myſterium, ergo Deus poteſt facere. Maior eſt clariſſima. Nam dicit Lucas quo ad credere, & dicere. Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum creditum, & dictum. Sed verbum Incarnationis dici poteſt, ergo credi: ergo fieri.

Quo ad petitionem inquit Paulus. Deus qui poteſt facere ſuper abbundanter quàm petimus, aut intelligimus, ergo fuit poſſibilis.

Præterea. Minus eſt in potentia corpus ad animam, quàm ſit caro & anima ad verbum: Sed cum vnio animæ ad corpus ſit poſſibilis, ergo magis poſſibilis erit vnio diuinæ naturæ cum humana. *Bonauen.*

Patet minor, & maior probatur. Quia anima eſt limitatæ virtutis, & verbum infinitæ potentię, ergo.

Præterea. Si vnio iſta eſſet impoſſibilis hoc proueniret. Aut quia,

Deus mutaretur, Aut quia eſſet Improportionatus, cum magis diſtent quàm oppoſita, } Sed non eſt impoſſibilis ratione mutationis. Quia ſicuti Deus creando non mutatur. Sed immobilis remanet, ſic etiam in Incarnatione nullo pacto mutatur, Mutatur forſitam Rex quando nunc induit veſtem rubram quàm prius non habebat? non. Mutatur forſam ignis qui nunc vnitus eſt ligno cui primo vnitus non erat? Mutatur forſan ſol qui modo cinctus eſt nube qua prius nullomodo erat cinctus? Non æquidem, Sic nec Deus in carnis aſſumpſione minime mutatur.

Non arguit etiam impoſſibiliratem ex improportione. Nam licet inter diuinam naturam, & humanam non ſit proportio quantitatiua, eſt tamen proportio ordinis, & proportio participationis, & hæc ſufficit ad propoſitum noſtrum.

Non

Non dicitur deniq; impossibilis ex parte afflictionis, & passionis. Quoniam passio consurgit ex ijs quæ communicant in eadem essentia, natura, & materia. At licet verbum vniat sibi naturam humanam non tamen dicitur pati, Quoniam sunt diuersarum substantiarum.

Et hæc quo ad possibilitatem. Quo verò ad modum istius vnionis ⌄variæ sunt opiniones inter, quas principem sedem tenent Ioa. Bacconus & Scotus. Ideo has solum examinabo, & explicabo. N. Doctoris sententiam. Doctor igitur, quærens modum possibilitatis istius vnionis ex parte diuinæ naturæ ponit hanc conclusionem aduersus Thomam, & scotum. Nam S. Thomas ponit, quòd causa assumptionis fuit infinitas, verbi, diuini. Scotus ponit, quòd fuit inde pendentia, ⌄vnde nil distant abinuicem. Doctor autem dicit ꝙ causa præcisa substentificationis naturæ humanæ à diuina persona verbi dicitur esse. Quia Verbum diuinum est actus sufficiens respectu illius potentiæ, qua humana creatura, est in potentia vt subsistat, & non vt dicit perfectionem infinitam sicuti ait S. Thomas.

Probatur: Ad hoc, quòd aliqua potentia reducatur in actum siue sit potentia naturalis: siue potentia artificialis: siue obedientialis: non requiritur necessario, quòd actus illi sint perfectionis infinitæ, sed sufficit, ꝙ sint actus proportionales, & tantæ virtutis ⌄vt possint terminare illam potentiam dependentem, ergo verbū non erit terminatiuum potentiæ naturæ humanæ prout dicit perfectionem simpliciter infinitam⌣. Patet quia inter potentiam passiuam, & actum debet esse conuenientia, & non excedentia, ergo non ⌄vt est infinitas perfectionis. Quoniam infinitas dicit perfectionem simpliciter, in verbo.

Præterea. Ponit hoc axioma. In diuinis nihil dicit perfectionem simpliciter, & infinitam, nisi illud sit essentiale⌣.

Sed persona, & suppositum verbi non est essentia, alioquin essentia incarnata esset: & sic omnes hypostases: ergo non subsistentificat vt dicit perfectionem simpliciter, & infinitam, sed vt dicitur esse actus sufficiens illius potentiæ.

Ideo facit hoc collorarium, quòd si Deus ⌄vellet, non solum verbum potest assumere, & terminare subsistentiam naturæ humanæ, sed Angelus etiam potuisset hanc subsistentiam terminare, quia dicitur esse actus sufficiens, & de hoc Dist. 3. ar. 1.

Præterea subsistentificatio naturæ humanæ à persona verbi dicitur esse per modum formæ: sed forma respectu potentiæ materiæ non dicitur esse infinita, ergo nec verbum erit subsistentificans naturam humanam vt infinitum, sed vt est actus formalis, & sufficiens.

Præterea, quòd non possit esse causa vt infinita, &⌄vt independens. Illud non est prima, & præcisa causa alicuius effectus, quod habet causam sui. Sed quod aliquid sit independens, & infinitæ perfectionis habet causam sui, ergo non poterit esse causa alicuius effectus. Maior clarissima est, quia quicquid est causa causæ, est etiam causa causati, & ideo non est causa principalis. Minor probatur. Nam Omnis negatio præsupponit affirmationem causam sui. Exem. Dicimus, quòd homo non est lapis, vnde negamus lapideitatem ab homine. Quia præcedit hanc negationem hæc affirmatio, quòd homo est rationalis, & risibilis, quæ est causa negationis: sic dicimus quòd quando negatio arguit aliquam perfectionem tunc dicitur supponere⌣ affirmationem. Exem. in Deo sunt istæ negationes.

Immortalitas:	Immensitas,	Indicibilitas	Et similia, sed omnes istæ negationes cum dicant perfectionem supponunt affirmationem, quæ dicitur esse causa illarum.
Impassibilitas:	Infinitas,	Inexcogitabilitas	

Negatio dupliciter 1. Negans habitum 2. Negans perfect. onem. & vtraq; supponit affirmationem.

Nam Immortalitas dicit hanc affirmationem, quòd Deus est actus purissimus, & ens à se, & perse. Impassibilitas dicit hanc affirmationem quòd Deus est actus eminētissimus & sublimis, Immensitas quòd est actus sufficientissimus. Infinitas quòd est actus perfectissimus: Indicibilitas, quòd est actus excedens omnem sermonem creatum: & In excogitabilitas: quòd est actus transcendens omnem mentem humanam, & Angelicam. Vnde vides quomodo iste negationes, quæ dicunt perfectionem, supponunt affirmationem causam sui. Idcirco cum verbum sit immensum, & infinitum, non potest sub hac relatione esse causam vnionis, quoniam dicit negationem, & negatio dicit priuationem, & priuatio imperfectionem. Igitur erit sub affirmatione quatenus est actus sufficiens, absoluensque dependentiam humanam. Si ergo conclusio quòd verbum assumit, & terminat dependentiam naturæ humanæ prout est actus sufficiens, & accommodatus proportionaliter vt d. Doc. N. Tamen S. Thomas & Scotus videntur aliam assignare rationem. S. Thomas dicit quòd infinitas fuit ratio; Scotus, quòd fuit ipsa in dependentia.

Sanctus Thomas 3. P. q. 3. ar. 1. ad 3. Inquit, quòd verbum, vt infinitum terminat dependentiam naturæ humanæ. Nam cum sit infinitū potest recipere concursum naturarum non accidentaliter, aut substantialiter: sed substenficabiliter. Ratio est in promptu quàm ego imaginor & est ista⌣.

Infinitum in perfectione dicitur esse id quod habet omnem virtutem aliarum rerum, siue quo ad essentiam, siue quo ad existentiam, & dependentiam, ergo persona verbi cum sit infinita, omnes has habebit perfectiones, ergo vt infinita, ergo hoc modo poterit substentificare naturam humanam.

Scotus, & ipse inquit, quòd vt dicitur independens potest terminare naturam humanam. Ratio autem huius positionis assignatur a scoto. Nam inquit, quòd forma independens, & entitas personalis, vt independens est ratio terminandi dependentiā alterius naturæ illi subiectæ, igitur natura humana sub hoc respectu à diuina terminari potest. Tamen istis respondere, & per instantiam satisfacere possumus omnibus suis rationibus hoc pacto. Si vera esset scoti ratio, quòd independentia Diuini verbi sit in causa istius terminationis, ergo dicam. Si valet hæc ratio, sequeretur, quòd magis independens deberet terminare, igitur cum essentia sit magis independens, cum nec generet, nec generetur, Verbum autem licet quo ad subſtantiam non dependeat: tamen quo ad generationem dependet, ergo essentia deberet magis terminare. Sed essentia non terminat cum sit in dependens: ergo nec verbum. Nec valet dicere, quòd non est par ratio. Quia dependentia naturæ humanæ non est essentialis, sed est personalis, ergo solum diuinum verbum vt personale⌣ respicit. Respon. Immo valet. Et responsio fundatur super illa proporsitione si de quo minus videtur in esse & in est, ergo & de quo magis: sed si pro te independentia verbi est in causa huius terminationis, ergo magis conueniet essentiæ, cum magis sit independens. Sed essentiæ non conuenit, ergo nec personæ sub hoc respectu.

Ad S. Thomā eodem modo dicam, quòd etiam infinitas non sit causa. Quia essentia est infinita, ergo erit terminatiua⌣.

Præterea.

Præterea. Non potest esse sub ratione, qua dicit perfectionem infinitam. Quia hæc perfectio est simpliciter. Et perfectio simpliciter est essentialis & non personalis, ergo hoc pacto essentia & non persona humana assumpsisset naturam, quod est erroneum. Et sic assertio Doctoris remanet in concussa, quòd vt est actus; sufficiens terminauit hanc dependentiam humanæ naturæ. Hæc pro præsenti. Insequenti examinabo Ar. 2 certium.

LECTIO SEPTIMA.

Ex Ioa. Baccono super ar. 3. D. prima in qua quaritur. An vnio diuini verbi cum humana fuerit possibilis ex parte humana natura?

Ex prima Di. q. ar. 3.

VBI Respon. Doctor absolutè ꝙ fuit possibilis ex parte naturæ humanę, & ratio potissima est. Quoniam inter illa datur assumptio inter quæ reperitur ordo naturæ. At in natura humana assumpti bili datur ordo naturæ, ergo datur assumptionis possibilitas. Ideo profaciliori intelligentia exa minare oportet quinq; potissima quæ faciunt maximè, ad rem. scilicet.

Quid	sit ordo naturæ.	Quo ad primum de ordine⌣.
Quoti	modis dicatur,	
Quom	odo detur in natura humana	Quomodo sit contra scotum. Difficultates pulcherimas & solutiones.

Scire oportet, quòd ordo ex natura rei includit prius & posterius, vt inquit Doctor. Et dicit quòd ordo dicitur tot modis, quot modis dicitur, prius & posterius.

Idem asserit Auerrois 5. diui. com. 16. cap. de Priori. Vnde prius & posterius sunt differentiæ ordinis. Idē scribit in primo De physica auscultatione com. 41. Idem in prædicamentis, ⌄vbi dicit, quòd quantitates carentes positione habent ordinem, quia habent prius & posterius. *5. Metaphy. cā. 16.*

Ideo 8. physi. T. co. 15. ponitur, quòd ea quæ sunt à natura sunt ordinata: quoniam inter illa dantur perfectionum gradus: & quæ sunt perfectiora sunt magis ordinata. Idcirco vegetabilia excedunt corporalia: sensilia vegetabilia: Intellectualia animalia: Angeli homines: et Deus omnes, cum perfectionum sit origo, fons, Oceanus; Hinc elicitur talis descriptio, quod ordo naturæ est dispositio, quædam inter causam & effectum principium & principiatum. Et vocatur ordo naturæ à quo non conuertitur subsistendi consequentia in capited e Priori. Nam ⌄valet consequentia ab effectu ad causam, sed non est contra à causa ad effectum. Valet socrates est, ergo homo: sed non retrocedinus, homo, ergo socrates. Sic valet numerus est, ergo quantitas tempus ergo. Tempus, ergo æternitas linea, ergo punctus, sed non e contra⌣. Ratio est quia homo, & quantitas sunt causa socratis, & numeri, sed non econtra. Ideo dicunt Doctores quòd In hoc ordine vnum ordinatorum potest esse sine alio. Nam animal potest esse sine homine: substantia sine animali: fides sine charitate: Virtus sine prudentia: sensitiua sine intellectiua, sed non conuerso. Hæc quo ad quid. Quo ad secundum de multiplicitate. Sciendum est quòd iste ordo naturæ contingit multipliciter accipi, sed præcipue, sumitur duobus modis. *8. Phy. sit. com. 15.*

Primo modo dicitur ordo generationis.		Primus ordo generationis naturæ continet vniuersalia. Exē plum, continet in substantiæ prædicamento primum subſtantiam: secundo corpus animal & sic descendendo vsq; ad species & indiuidua, sic inqualitate. Primum qualitas secundum dispositio & habitus, sic in reliquis. Ratio, quia ista sunt causæ, & principia aliorum: & natura primum meditatur prima, ergo causas & principia. ergo vniuersaliora.
2. dicitur ordo perfectionis.		

Ideo naturaliter prior est materia: Priuatio: elementa & Motor supremus omnibus alijs, quia sunt principia essendi. Materia est principium in esse, & in fieri: Priuatio in fieri tantum elementa in ⌄vtroq;: Primus motor in efficere, quia ratione motus cœli omnia producit⌣.

Secundus ordo naturæ qui dicitur perfectionis continet principaliter producta à natura vniuersalia. Vt species. Dicitur ordo naturæ quia sunt à natura intentæ. Nam natura non fundatur nec terminatur in genere, sed in specie in indiuiduo. De hac Ordinatione loquitur phs. de mente S. Thomæ primo Physi. t. co. 2. Innata autem nobis ⌄via à notioribus nobis. Nam procedimus ab ijs quæ sunt magis sensata: sed ista sunt magis composita. Nam species sunt magis in actu quàm genera. Et iste ordo sapient. obseruatur ab Aristo. ⌄vt docet Auerrois. 5. Diui. Tex. Com. primo. Principium doctrinæ non est semper rei, & primorum principiorum vniuersalium, sed multoties principium est vnde quis facile cognoscit. Hoc modo licet plantæ & vegetatiua precedant secundum naturam animalia, tamen primo agitur de animalibus: Sit secundo de Anima primo agitur de sensu visus quàm de tacta: quia sicut notiora sunt animalia plantis per suas operationes, & organū: sic & visus est perfectior sensu tactus, qui est primus quo ad esse animalis. Et ideo inquit Zimara. Sicuti ea quæ sunt à natura: quædam sunt semper, & quæ dam sunt frequenter. Sic propositiones naturales. Quædam sunt veræ semper, quædam frequenter. Ideo non semper eodem modo est procedendum. Hæc quo ad secundum propositum. Quo ad tertium in quo probatur dari ordinem naturæ in substantia humana quàm ⌄verbum assumpsit. Nam vbicunq; datur prius & posterius, ibi datur ordo naturæ. Sed in natura humana datur prius & posterius, ergo datur ordo naturæ. Maior est iam probata ex præmissis: Probatur minor. Nam indubitatum est quòd incomposito sunt duo esse. Primum est esse essentiale⌣; secundum est esse suppositale. Vel primū est esse essentiæ, secundum est esse subsistentiæ: ergo est ordo naturę.

Tunc sic. Vbi est ordo naturæ inter naturam suppositabilem, & suum esse suppositale⌣. Vel esse subsistere, vel esse personale potest vnum assumi, & terminari sine alio, & sine proprio supposito, & persona, ergo cum in natura humana quàm verbum assumpsit, erant duo illa esse essentię, & subsistentiæ: Verbum assumpsit primum esse, & non secundum.

Confirmatur à simili. Nam inquit Doctor. Certum est quòd in vnoquoq; ente dantur duo actus principales. Nam exempli causa, in Quantitate dantur illi duo actus. Alter qui dicitur extensio. Alter qui di-

citur

citur in hæsio in subiecto: sed licet Deus non possit à, quantitate suspendere actum primum qui est extensio in longum: latum, & profundum, cum sit de essentia sua, alioquin non esset quantitas, potest tamen suspendere secundum actum qui est in hæsio in subiecto.

Sic in proposito, licet Deus non possit suspendere primum actum humanæ naturæ qui est humanare, causa q̃ sit de specie eius: Tamẽ potest suspendere secundum actum qui est per se stare: & personari, & per aliud suppositum sufficiens, terminari.

Præterea. Quando sunt aliqua duo quæ licet inter, se sint realiter idem, sed non sunt realiter respectu tertij: Vnum potest assumi sine alio: sed licet natura humana, vel essentia naturæ humanæ, sit idem quòd suppositum humanum: tamen respectu tertij, hoc est respectu diuini verbi differunt. Nam non est idem diuino verbo esse naturam humanam & esse suppositum naturæ humanæ. Quia esse naturam humanam est impossibile, sed esse suppositum naturæ humanæ est possibile & de facto, ergo ~vnum potest assumi sine reliquo. Explicat dictum suũ exẽplo naturali & Mattematico. Certum est quòd locus & superficies sunt vnum, & idem realiter, & mãterialiter; tamen si comparentur corpori contento, vt vni tertiò, non sunt idem. Nam superficies dicitur esse solũ respectu corporis cuius est superficies: sed locus dicitur esse respectu alterius corporis contenti. Exemplum. Concauitas manus dicitur superficies quia est superior pars manus. Dicitur etiã locus quia continet pecuniam, & aquam, ergo alio, & aliomodo potest considerari: sic de humana natura respectu diuini ~verbi.

Ex 7. diui. T. com. 27. Corroborat Doctor per modum generationis. Certũ est (inquit, doctor) quòd generatio non terminatur nec ad naturam, nec ad formam, quia præcesserunt: sed generatur terminatur ad suppositum, vel ad compositum. Nam in tex. & com. 28. eiusdem libri diuinorum dicitur q̃ illud, quod generatur, est hoc aliquid vt calias, sed compositum ex natura rei præcedunt partes: & partes sunt essentia, & primus actus, ergo potest assumi sine actu secundo.

Hæc quo ad partem Doctoris. Scotus autem dicit quòd natura humana, & personalitas, ita sunt vnum quòd suppositum nil addit supra ipsam naturam: sed hoc falsum, quia nullum discrimen esset inter esse terminatum, & interminatum. Ideo concludit quòd personalitas nil aliud dicit nisi negationem actualis, & aptitudinalis dependentiæ; & cum sit illa dependentia geminas actualis, & aptitudinalis, potest Deus vnam terminare sine alia: & ~vicem alterius terminare. Quia omnia sunt Deo in perfecta obedientia, sed cum parum distent in conclusione, accedo ad difficultates pulcherrimas.

DIFFICVLTATES, CONTRA

Arg. 1. *Doctorem Carmelitam. Dicit in ~vna probationum, quòd essentia humana, & suppositum humanum sunt idem. Contra.*

ILLA non sunt eadem quorum generatio non est eadem. Sed inter illa quæ admittunt ordinem naturæ non est eadem generatio, ergo Natura, & personalitas non sunt eadem. Maior est Aristo. 5. diuino T. ex com. 20. eadem sunt illa quorum substantia vna, & perconsequens generatio & diffinitio, sed minor probatur. 5. Diui. T. 0.2.

Inter naturam & suppositum datur ordo naturę. Sed in ordine naturæ datur prius & posterius, sed prius & posterius sunt opposita, ergo non erunt idem.

Arg. 2. Præterea. Quæ repugnant primo principio complexo, non sunt admittenda: Sed dicere essentiam, & personam humanam, esse vnum & idem realiter, repugnat primo principio, ergo non est admittenda. Maior vera, probatur minor. Dicere aliquid esse & non esse simul, repugnat primo principio sed dicere essentiam esse idem quòd persona & supposituũ est dicere esse & non esse. Idem patet. Quia quando essentia est, persona non est, ergo patet quia essentia est prius, subsistere posterius: sed posterius non est prius, ergo nec essentia est persona.

Arg. 3. Præterea Si idem essent, ergo Verbum assumpsisset personam, ergo persona, personam, ergo duę personæ in Christo. Hoc falsum, ergo.

Arg. 4. Præterea si idem essent, ergo ~vera esset ista prædicatio. Hæc natura humana est homo: sicut hæc sortes est homo, sed hoc falsum est. Quia ista prædicatio competit solum indiuiduo, & personæ humanæ. In hac non datur ista persona, ergo non sunt idem persona, & essentia.

RESPONSIONES ARGVMENTORVM.

Ad primum illa non sunt eadem quæ non sunt simul. Respondetur. Esse aliqua simul stat dupliciter. Primo modo vt dicunt ordinem essentialem. Secundo modo vt dicunt ordinem gradualem. } Primo modo nos dicimus, quòd illa quæ dicunt ordinem essentialem sunt simul, & ~vnum non potest esse sine alio, Vt patet de subiecto & de propria passione: & de relatione & fundamento. Nam certum est quòd passio & fundamentum sunt eadem, & relatio cum fundamento. Et ideo ~vna productione generantur & sic intelligitur phy. Secundo modo vero vt illa dicunt ordinem gradualem, asserimus quòd licet non sint simul sunt tamen eadẽ. Ratio, quia transferuntur de vno esse, graduali ad aliũ gradualẽ esse: Vt homo in potentia ad hominem in actu. Vt de forma in potentia ad formam in actu. Vnde est vna & eadem res essentialiter homo in potentia & in actu: & forma, in potentia & in actu. Ideo dicimus quòd illa propositio famosa, non est ~vniuersalis, quòd illa quæ sunt eadem sint simul.

Sic susfacer e possumus secundæ & tertiæ argumentationi de principio primo & complexo: quòd non repugnat nostræ conclusioni quia possunt esse simul ea quæ sunt in actu respectu vnius esse, & non esse respectu alterius. Vt homo in potentia est, sed respectu actus non est. Vnde diem est, & non est.

Ad

Ad quartum si idem, ergo Christus personam assumpsit: vel non assumpsit totam perfectionem naturæ. Respon. non accepit personam, quia solum naturam hanc. Quia non sunt idem vt dicunt ordinem essentialem sed ~vt dicunt ordinem gradualem: & sic vnum sine altero sumi potest.

O' non accepit omnem perfectionem negatur. O' non accepit personam. Respon. omnis perfectio stat in partibus essentialibus quas accepit. Subsistere dicit solum perfectionem gradualem. Quæ cum possit esse aliunde quàm à propria à natura, non arguit imperfectionem. Immo maxima est perfectio ibi: Cum magis suppositatur à verbo quàm si à propria persona suppositaretur.

Ad quintum si eadem essent natura & persona, ergo homo prædicaretur de persona, ~vt de: Socrate: sed hoc falsum, quia homo solum secundum speciem prædicatur de indiuiduis quæ subsistunt in seipsis.

Respon. negando falsitatem. Ratio. Prędicatio specifica indiuiduorum est quia reperitur in indiuiduis causa essentialis: Quare prædicatur homo de socrate? Non est ratio: quia Isocrates sit indiuiduum: sed quia in socrate est humana natura, quæ est causa essentialis: Igitur cum in Christo sit natura humana hæc, potest homo prædicari, dicendo. Hæc natura humana est homo: sicuti Isocrates est homo.

Præterea dupliciter est prædicatio. Essentialis, & accidentalis. Essentialis vt dicit naturam: accidentalis vt dicit subsistentiam. Hæc pro presenti, In qua habuistis quid ordo: quotuplex ordo: quid ordo naturæ. In sequenti accedam ad Magistrum sen. & ~videbimus distin. 2. in qua Mag. ostendit, quòd verbum assumpsit corpus & animam: & etiam declarat modum vnionis.

LECTIO OCTAVA. Diſt. 2.

Super distinctione secunda.

IN qua duo potissima quæruntur. Primum respicit causam incarnationis: secundum respicit assumptionem integram & perfectam ipsius hominis, quòd videlicet assumpserit humanam naturam scilicet Animam & corpus. Ideo in præsentiarum dimissa continuatione cum sit facilis. Nam cum in prima distinctione egisset de Incarnatione consentaneum est reddere rationem huius Mysterij: assumo tantum modo primam conclusionem ~videlicet causam assumptionis, & Incarnationis, quæ est, quòd propter curationem & sanctificationem humanæ naturæ facta fuit incarnatio, & assumptio. Et ita apparet quomodo multi ex scholasticis recedunt à scopo Magistri, tenentes quòd etiam licet non interessisset culpa, tamen assumpsisset naturam nostram. Hanc conclusionem Magistri probo multis rationibus desumptis à præstantissimis Doctoribus.

Prima ratio fundatur super dictum Pauli Apostoli dicentis ad Ecclesiam Galatarum. Cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muli. factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, ergo ratio principalis fuit nostra redemptio, ergo culpa fuit occasio. Gala. 4.

Idem asserit glossa super psalmo illo. Infixus sum in limo profundi D. Aug. Si homo mansisset in eo quod Deus fecit, non in limo infixus fuisset quem Deus genuit, ergo si non peccasset homo non fuisset incarnatio Idem asserit Aug. super Ioa. 11. cap. examinans verbum illud. Ecce quem amas infirmatur. Si peccatores dominus non amaret, ad terram decelo non descenderet, ergo peccatum fuit in causa Incarnationis. Ps. 68.

Idem asserit Glossa super illud prima ad Thi. primo. Christus venit in hũc mundum peccatores saluos facere: D. Glossa nulla alia causa veniendi Christi fuit nisi culpa, ergo. Micha. D. 2. Ps.

Ratio est S. Thomæ 3. p. ar. 3. Sacra scriptura vbiq; locorum nullam aliam causam assignat huius incarnationis nisi redemptio humana, ergo illa vera & ~vnica erit. Patet. Quia ea, quę sunt ex sola diuina voluntate supra omne debitum creaturæ; nobis innotescere non possunt nisi per reuelationem & per sacram scripturam: sed scriptura non d. aliam causam quàm culpam, ergo culpa fuit causa. 2. 3 p. 1. ar. 3. nu. cog.

3. Ratio est Michaelis Bononiensis. Inquit ipse Doctor. Assumptio.

Aut dicitur esse propter dignitatem Verbi.
Aut propter vtilitatem Verbi
Aut propter necessitatem nostram.

} 2. Si fuisset propter dignitatem, Verbi, ergo magis Angelus assumpsisset cum sit nobilior, sed nusquam angelus apprehendit ergo non propter dignitatem.

Si fuisset propter vtilitatem verbi &c. verbum indigens, quod est absonum cum bonorum nostrorum non indigeat.

Si fuit propter necessitatem, necessitas arguit pœnam: pœna arguit peccatum, ergo peccatum fuit in causa.

Idem asserit Aug Super Ioa. Non merita nostra sed peccata nostra traxerunt Deum de cœlo ad terram. Idem super Ioannem. Peccauit vnus homo in quo totum erat: Ideo venit vnus homo sine peccato qui omnes saluos faceret. Idem super Matth. 1. Saluum facit populum S. a. peccatis eorum. Si homo inobediens Deo non fuisset virgo non peperisset.

Idem Grego. in beneditione cærei. Nihil nobis profuit nisi, redemptione profuisset. Idem Anselmus de conceptu virginali. Ideo Deus factus est homo: quia homo ad redimendum non sufficiebat sibi. Idem capite. 9. Si homo in obediens Deo non fuisset: nusquam filius Dei homo fuisset.

Idem Leo Papa Sanctus in Ser. de Penth. Si homo ad imaginem Dei factus legem diuinam seruasset, creator creatura non fuisset factus.

Idem Damasce. in lib. 3. ien. c. 4. Quærens rationem incarnationis filij Dei Respondet. Vt natura quæ peccauerat & corrupta erat liberaretur à corruptione. Sicut per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

Idem S. Hiero. super Matth. cap. 1. Querit cur in Genealogia Christi scriptura facit mẽtionẽ, solum de mulieribus peccatricibus & non de sanctis? Nam commemorat solum Bersabeam, & Raab meretrices, cur non Annam? cur non Elisabeth? cur nõ alias Lucæ. 19. Resp. Quia solũ propter peccatores venerat. Hinc depeccatoribus nascens omnia peccata deleuit. Ideo dicebat. Veni saluum facere quod perierat. Et sic de mente ferè omnium Doctorum apparet quòd Incarnationis ratio sit propter peccatum. Ex aduerso sunt opiniones negantes esse istam solam causam: Imo dicunt quòd licet non fuisset præuaricatio nihilominus, facta fuisset incarnatio. Huius opinionis fuit Scotus & Michael Bononiensis cum multis aliis. Nec in hac parte contradicere intendo Doctori nostro sed solum explicare Magistrum & declarare Doctorem. Mattithei. 1.

ARGV-

ARGVMENTA

Contraria, huic positioni.

Ar. 1. Si solum incarnatio facta fuisset propter culpam, sequeretur, quòd homo gauderet de peccato Adami: sed hoc est falsum, quòd debeat gaudere cum sit ibi Dei offensa: ergo non est solum propter culpam.

Micha. can. 3. Minor est clara: Probo maiorem. Vbi est maxima gratia ibi est maxima lætitia: sed in Incarnatione est maxima gratia, cum Deus fit homo, & homo Deus: ergo maxima lætitia, ergo si ista vnio est propter peccatum, oportet delectari, & gaudere de peccato.

Arg. 2. Si verbum non assumpsisset humanam naturam licet non interfecisset culpa homo non fuisset perfecte beatus: sed hoc est falsum, ergo. Probatur sequela. Nam cum in homine sint duæ potentiæ Altera intellectiua, & altera sensitiua: sic etiam sunt duo obiecta respectu Beatitudinis, nempe Diuinitas, & humanitas: diuinitas est obiectum Intellectus, & humanitas sensus, ergo oportebat etiam incarnari. Ideo dicebat Aug. de spiritu & Anima. Totum hominem assumpsit vt totum beatificaret, ergo sine culpæ causa facta fuisset incarnatio.

Tho 3.p. ar.3. Argum. 3. Prædestinatio Dei est æterna, ergo necessario fieri debebat incarnatio sine peccato. Patet Añs. D. Paulus Roman. primo. quòd Christus prædestinatus est filius Dei, ergo debebat impleri.

Gen. 1. Ephe. 5. Asseritur, ex reuelatione diuina. Nam Adamus intuens Euam dixit. Hoc os de ossibus meis & caro, de carne mea S Paulus explicans dicit sacramentum hoc magnum dico autem in Christo & in Ecclesia ecce igitur, quòd erat fienda Incarnatio absq; peccati occasione.

Bona. d. 1. lib. 3. 4. 2. Arg. 4. Certum est quòd Christus est caput Ecclesiæ non solum vt Deus sed vt homo inquit Aug. super Ioa. ergo si non fuisset incarnatus Ecclesia quo ad humanitatem fuisset acephala, sed absurdum, ergo.

Arg. 5. Bonum maximum non dependet ex occasione alterius, vel alicuius priuatiui, sed ex principali causa, & pendet ab agente propter se, ergo si incarnatio facta fuisset solum proptet culpæ reparationem anima Christi optima inter omnes fuisset creata occasionaliter, & per accidens: hoc falsum, ergo. Hæc sunt potissima.

Arg. 6. Dicunt isti Doctores, quòd omnes auctoritates oppositæ loquuntur secundum quid, sed non simpliciter: Vel loquuntur, quòd non assumpsisset naturam humanam, vt Redemptor, sed vt glorificator. Ideo explicant Dictum illud Gregorij. O certe necessarium Adæ peccatum. Respondent, quòd si Christus debebat esse Redemptor, supponebatur peccatum, non vt glorificator.

Arg. 7. Principium vniri debet fini licet nullus sit error, vt patet in Matthematico vbi principium circuli vnitur fini vt sit perfectus. At Deus est principium rerum, Homo finis, ergo. Patet maior. Salomon. probat minorem. Sapientia attingit à fine vsq; ad finem, idest à Deo, vsq; ad hominem, & dist. sua. per incarnationem. Ratio vna est peccatum, sed non omnes.

ARCVMENTATIONVM

Responsiones.

AD. 1. sequeretur quòd homo gauderet de peccato Adami. Negatur hoc. O'gaudet de Incarnane; Transeat, ergo de peccato negatur, gaudeo de sanitate quam recuperaui per medicũ, ergo & de infermitate, non sequitur. O'Grego. d. felix culpa quæ talẽ ac tantũ. me. ergo Respon. quòd dicitur esse locusio impropria.

Ad 2. Homo non fuisset perfecte Beatus. Negatur ò sensus careret obiecto. Respondetur quòd obiectum suum dicitur esse corpus in quod redundat claritas ab anima & sufficit. Nonne Angeli sine corpore Christi erant beatissimi; sic, & omnes fuissent sine Incarnatione.

Ad 3. Christus prædestinatus est filius Dei, ergo incar. R. S. Thomas. Quod sicut prædestinatio præsupponit præscientiam futurorũ: eo modo prædestinauit, quo præsciuit: Præsciuit Adamum peccaturum: ideo prædestinauit ad peccati deletionem.

Ad confirmationem de reuelatione. Hoc os de ossibus meis. Respon. quòd non inconuenit reuelare alicui effectum sine causæ reuelatione. Non ne medicus reuelat sanitatem, & tamen non reuelat medicamẽta & causas. Secũdo dicã ego, reuelauit quia præuidit causam: sed nõ explicauit casũ quia erat contingens.

Ad 4. ergo Ecclesia esset Acephala & sine capite? Negatur, & quando dicitur. Aug. dicit hoc, quia caret humanitate. R. Caput sumitur dupliciter.

Primomodo prout dicit confirmitatem membrorum. } Primomodo dico quòd careret capite: quia careret conformitate illa
Secundomodo prout dicit influentiam donorum in membra. } in membris: sed non careret secundo modo. Nam Deus ipse semper influit, & hoc sufficit · Fuisset Ecclesia sicut Ecclesia Angelorum cuius caput est Deus.

Ad 5. ergo occasionaliter max imum bonum factum fuisset. Respon. quòd Incarnatio habuit causam duplicem.

Prima causa fuit amor } Prima causa fuit Amor. Nam ex infinito amore & charitate qua deus dilexit
2. Peccatum. } suam Imaginem in homine, voluit illum liberare ab inimicis & peccato: Ideo incarnatus fuit: Secunda causa fuit peccatum. Ideo assumpsit hanc carnem, quia peccauerat: quia hoc medio liberare decreuerat: decreuerat quia erat in illo summa sapientia, infinitaq; pietas, & sit concludit, quòd peccatum fuit occasio, sed Imago in homine quæ captiua erat fuit causa principalis, & amor. Dei. Hæc pro præsenti. In seq. tangam aliam conclusionem Magistri Vbi asserit quòd verbum verè & realiter assumpsit totum hominem, videlicet corpus & Animam.

LE-

LECTIO NONA

Super distin. eadẽ in qua quæritur cum Magistro An Verbum assumpserit totũ hominẽ, scilicet corpus & Animam? Et respõdet quòd vtrunq; assumpsit verè. s. Animã & corpus. Sed ante quã aggrediar probationẽ scire oportet quòd circa hãc veritatẽ fuerunt tres secta, et hoc quo ad corpus.

1 Prima fuit pessima. } 3. Prima fuit Manichæi } Prima dixit quòd Christus habuit non verum corpus sed phantasticum, & similitudinem corporis. Nam indecens erat Deum actum purissimum vniri naturæ corporeæ, & imperfectissimæ.
2. mala & } 2. Valentiniani.
3. Optima. } 3. Catholicorum.
2. Prima blesphemat. } Prima negat
2. Errat. } 2. Affirma
3. Benedicit. } 3. Declarat. } 2. Fuit Valentiniani quæ dixit quòd habebat verum corpus & veram carnem, sed caro illa non fuit terrestris, sed cœlestis. Nam omnis caro terrestris peccato affecta est, ergo. Ideo Paulus dicebat Pri. hõ de terra terrestris & secundus homo de cœlo cœlestis Ideo caro cõcupiscit aduersus spiritum, qa Dyabolus fuit Auct. Confirmatur. Qui de cœlo venit super oẽs est. *P. Corin. 15. Gala. 5. Ioa. 3.*

3. Opinio est magistri & catholicorum quæ recte asserit habuisse veram carnem.

Circa Animam pariter sunt tres ordines.

Primus est pessimus } Primus est ordo Arrij } Primus ordo Arrij & cum eo Eunomius dixit q Filius carnem assumpsit sine anima, sed ipsum verbum fuit carni loco animæ vnde sequebatur, quòd in Christo vna sola fuit natura, quia natura humana, ex anima & corpore constituitur, ergo si solum carnem assumpsit & non animam, ergo solam vnam naturam scilicet diuinam. *Arrius. Aug. in libr. de Hæresibus*
2. Est malus. } 2. Appollinaris
3. Optimus. } 3. Sanctorum.

2. Ordo fuit stulta Apollinaris, vt habetur in Histo. Tripartita lib. 5. c. 44. quæ tenuit q in Christo erat anima, sed nõ anima intellectiua, sed solũ anima sensitiua: quoniã psona verbi oẽs actus rationales exercebat.

3. Ordo catho. qui tenet quod vtrunq; accepit nempe animam, & corpus, quam conclusionem sic probo. & primo quo ad corpus. Christus assumpsit animam & corpus.

Christus est summa veritas, ergo debuit assumere veram carnem. Idcirco dicebat Apostolis. Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere, ergo si post resurrectionem habebat, ergo magis ante Resurrectionem habere debuit? *1. Ratio. Lucæ. vlt.*

Præterea Dicit Damascenus. Omnia quæ in natura nostra plantauit Deus, assumpsit verbum: scilicet corpus animam intellectiuam, & horum idiomata. Totũ me totus assumpsit, vttoti mihi salutẽ gratificet.

Præterea dicit Damas. Quod erat inassumptibile erat incurabile, ergo quod erat curandum fuit assumptũ sed caro & anima erant curanda ergo assumptibilia, ergo de facto assumpsit totum hominem.

Ideo dicit Paulus ad Roman. Christus fuit ex semine Dauid secundum carnem qui natus fuit de Maria Virgine. Hoc apparet in Matthei Genealogia.

Præterea si veram carnem non assumpsisset, ergo nec verũ sanguinem, ergo nec dolores, ergo Redemptio nostra erit apparens, sed hoc hereticum est, ergo veram assumpsit. *5. Tho. 3. p. q. 5 ar. 2.*

Præterea si Christus non habuisset verum corpus sed phantasticum vt dicunt Manichæi, aut cœleste vt aiunt Valentiniani, sequeretur quòd esset impassibile & immortale, vt dicitur primo de cœlo, ergo nulla fuisset in eo esuries: sitis: lassitudo, & alij defectus naturales: sed hoc repugnat Euang. dicenti: Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem, ergo habuit verum corpus. Quo ad Animam non solum corpus assumpsit sed & animam. *Ioa.* *Matth. 22.*

Nam inquit Euangelium. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Præterea in manus tuas Domine commendo Spiritum meum. *Ioa. 10.*

Idem Ioannis decimo. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumam.

Idem Esaias si. præuidit. Ecce intelliget puer meus. Idem Isaias cap. 1. odiuit calendas vestras, & sabbatha vestra anima mea. *Isa. c. 1.*

Idem Damasenus. Idem Athan. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana car. subsistens. Patet ratione Christus admiratus est, sed admiratio pendet ex ratione, quæ uidet effectum & nescit causam, sed quærit causam vt dicitur in principio Diuinorum sed ratio arguit animam, ergo habet animam. *Matth. 8.*

Præterea Christus mortuus est & descendit ad inferos. Tunc quæro. In morte aut separata fuit anima à diuinitate aut à corpore sed non est dicendũ quòd fuerit separata à diuinitate, Nam dicitur quod semel assumpsit nunquàm dimisit, ergo à corpore. *Bona.*

Præterea descendit ad inferos ratione corporis, quia remansit in sepulchro. Ratione diuinitatis quia non mutat locum, ergo ratione animæ, ergo assumpsit animam.

Præterea Inquit S. Tho. In Christo erat plenitudo gratiæ: sed gratia nõ est in homine propter corpus: quia non est capax. Nec propter diuinitatem quia Diuinitas non dicitur recipere gratiam, sed dat, ergo necesse est dicere quòd sit propter animam. *P. 3. 9. ar. 4.*

Ideo dicit Magister de mente Augustini. Nisi Christus esset vere Deus, & verè homo non esset verè mediator inter Deum & hominem, sed est verè Deus quia habet diuinitatem, ergo erit vere homo: At verus homo dicitur quia habet verum corpus, & veram animam, ergo certum est ipsum animam habere. Hæc dicta sint pro probatione conclusionis: Modo accedere oportet ad difficultates.

ARGVMENTA

Contra conclusionem Quòd non habuerit verum corpus.

Hæc positio repugnat Paulo dicenti. Pri. homo de terra terrenus idest Adamus factus de terra, & secundus homo scilicet Christus de cœlo cœlestis, ergo non corpus carneum, *Arg. 1. 1. Corin. 15.*

1. Cori. 16. Gallo. 5. Præterea Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt, ergo cum Christus sit Princeps regni, nõ erit caro ne affectus. Præterea dicit Paulus. Caro concupiscit aduersus spiritum. In Christo nulla fuit rebellio, ergo nec caro.

Ioan. 3. Idem asserit Ioannes. Qui de terra est de terra loquitur qui de cęlo venit super omnes est, ergo Christus non habuit corpus terrestre, ergo nec ⌣vera caro.

Tho. 2. Arg. Omne optimum Deo ascribendum est. Sed inter omnia corpora cęlum optimum, ergo Deo ascribendum est.

Bona. Arg. 3. Si assumpta fuisset caro & corpus, ergo communicata fuissent carni idiomata diuina, ergo possumus dicere caro est Deus; sed hoc non potest dici, ergo nó assumpsit carnem nec verum corpus, Quo ad animam, quòd non assumpserit, probatur sic.

Ar. 4. Verbum caro factũ est dicit scriptura, & nullã fecit mẽtiorem de anima, ergo animam non assumpsit Probatur cons. Nam denominatio semper fit à præstantiori; Homo non denominatur ab anima sensili sed à rationali quia dicitur esse nobilior, ergo si in Christo fuisset assumptio animæ ab illa & non à carne fuisset denominatus.

Bon. Ar. 5. Phs. inquit. Natura non facit per plura quod potest facere per pauciora, sed in Christo diuinitas poterat dare carni non solum intellectionem, sed sensum & ⌣vegetationem, ergo superuacaneum erat assumere animam. Maior est clarissima & minor probatur ex psalmodi. Domine apud te est fons vitæ. Deus & natura nil faciunt frustra⌣.

Primo de cœlo. Arg. 6. Lux maior offuscat minorem: sed Verbum est maxima lux, & anima lux minima, ergo à ⌣verbo offuscaretur, ergo non erit opus anima, ergo superuacanea. Maior patet. Quia d. Ioannes illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et Salomon de Anima. Lucerna domini, spiraculum hominis.

Ioa. primo. Proue. 20.

RESPONSIONES,

AD primum ad omnes Auctoritates quæ dicunt, ꝙ corpus Christi fuerit cœleste, dicatis, ꝙ esse cęleste stat dupliciter. Primo modo vt dicit substantiam cœli, & hoc modo negamus corpus Christi esse cęleste: quia sic esset immortale. Secũdo modo cęleste respicit principium efficiens, & hoc modo est cœleste. Nam principium illius non fuit homo, sed fuit spiritus S. Ista responsio est Augustini ad Orosium exponens illas Auctoritates: & Hilarij in lib. de Trinitate. Ideo quando dicitur quòd non est ex humano semine; Declaratur, quòd non est per modum generationis, vt reliqui.

Sic quando dicitur quòd caro conceptus est per opus spiritus S. Respondetur loquitur. Paulus de carne concepta in libidine, & naturaliter, non de carne Christi ex spiritus S. concepta, sicuti caro Christi.

Sic quando dicitur quòd venit de cœlo Dicatis quòd loquitur quo ad formationem, quæ non fuit ab homine, sed à S. S. sic caro & sanguis non Vt infecta vt ex Adamo. At Christi caro fuit mundissima⌣.

Ad illud omne optimum Deo est ascri. Respon. quòd optimum fuit corpus Christi excedens omne corpus cœleste. Tum ratione capacitatis, quia capax fuit diuini verbi. Tunc ratione meriti, quia infinita meruit cum etiam ratione, gloriosæ coronæ, cum ad illud omne genuflectatur.

Ad 3, si assumpta fuisset caro, communicata fuissent idiomata. Respon. Communicatio stat dupliciter, vel vt caro dicit partem, & hoc modo proprie non communicantur Idiomata; vel vt caro dicit totum hominẽ assumptum, & sic communicantur, Idiomata.

Ad illa de Anima Christi,

Ad 4. dicitur ꝙ Verbũ factũ est caro. Incarnatio à carne, ergo nõ anima. Respon. ꝙ denominatio est dup.

Principalis & Commoda } De nominatio principalis, semper dicitur esse à parte nobiliori, digniori & excellẽtiori. De nominatio vero cõmoda dicitur esse à parte magis nota manifesta & sensitiua Igitur cum sensui magis claresçit caro quàm anima, ab ipsa Ioannes incepit dicens. Verbum caro.

Præterea fuit argumentum per synecdochem, & etiam à minori ad maius. Erat impossibile Iudæis credere ⌣vnionem verbi animę humanę idcirco vt conuinceret eos, fecit argumentum à minori dicens. Si verbum affumpsit carnem, ergo magis animam, cum anima carne sit præstantior ergo. Hoc asserit Isai. 11. dicens. Videbit omnis caro salutare ideſt omnis homo. Idem Phs. 2. de Anima, & 7. Diui. Nam caro sine anima est æquiuoca. At Christi caro est vniuoca, ergo,

Isai. 11.

Ad vltimum sufficit verbum ad viuificandum & intelligi. Respon. quòd viuificare stat dupliciter,

Vel per modum efficientis Vel per modum formæ. } Per modum efficientis, & sic verbum viuificabat carnem. Vel per modum informantis, & hoc verbo non potest conuenire; Quia non est pars compositi, sed solum competit animæ. Ideo erat in homine vt subsistentans, non vt informans Vt ignis, vel calor est in ligno, vel in manu non vt informans sed vt calefaciens, & quando dicitur quòd lux maior offuscat minorem. Respon. quòd lux est in duplici gradu.

Alia naturalis Alia voluntaria. } Lux naturalis occupat dum est maior minorem, quoniam operatur necessario: lux autem voluntaria non occupat minorem, quoniam operatur libere. Verbum est lux voluntaria, ergo. Hæc sunt quæ erant dicenda super hac secunda parte Mag. inqua videmus, ꝙ caro Christi fuit vera & cæt. In sequenti examinabimus. An verbum Assumpserit carnem mediante anima?

LECTIO DECIMA

In qua Mag. quærit. An verbum humanam carnem assumpserit mediante Anima; Et ponit conclusiue hãc propositionem quòd verbum assumpsit carnem intellectu medio.

2 ex. com. 84. Et quoniam ⌣vt inquit Arist. 8. Phy. Medium & Circulus sunt principia omnium. Idcirco antequàm accedam ad conclusionis probationem, dicam quædã necessaria desumpta ab omnibus fere Doctoribus, & Phis. videlicet à Doctore N. Thoma, Bona. Gabriele, Gersone, Egidio, Scoto, Arist. & Auerroe. Nempe.

Quid sit medium Quot sint media. Deinde conclusionem probabo & difficultates soluam } Quo ad primum quid sit medium est clarissimũ. Nam mediũ dicitur esse id per ꝙ aliquid vel cognoscitur vel fit: vel acquiritur. Hinc virtutes sunt medium ad opera: opera ad gloriam: Instrumenta ad ædificandum: componendum: Diff. subiecti & diuisio ad Demõstrationem: Aer ad spirandum: spatium ad motum, & similia. Quo ad secundum Medium est multiplex.

Primum

Primum est Medium Magnitudinis. 2. Compositionis, 3. Influentiæ. 4. Magis & minus. 5. respectiuum 6. Æquale⌣ 7. Eleuans 8. Contemperans, 9. Contractuum, 10. Virtutis 11. formæ, 12. Congruentiæ. } Medium magnitudinis dicitur esse centrum, vt in homine⌣ Vmbilicus: Dicitur medium, quia æqualiter distat ab omnibus partibus tam à manibus quàm à pedibus: capiteq; Ita centrum dicitur esse medium mundi in quo continetur Elementum terræ. Nec cessat, aut quiescit terra donec ad mundi medium perueniat. Hoc d. Phs 1. cœli & Mundi. t. co. 27. Medium compositionis dicitur compositum ex extremis. Vt medij colores. De hoc loquitur. Auerrois. 5. Phy, Com. 52. & talia media sunt eiusdem generis. Quoddam ⌣vero differt ab extremus secundum formam, speciem & qualitatem ab extremis: Et Istud dicitur esse mixtum ex elemẽtis. De hoc Auer. 6. Phy. com. 32. & 3. Matheo. cap. de Iride⌣. Nam habet aliam formam ab elementis.

1. Cæl. c. 27.

Medium influentiæ, dicitur esse in homine, & in animalibus cor. Nam quo ad situm magis appropinquat parti superiori quàm inferiori: & magis parti dexteræ quàm sinistræ. Quo autem ad influentiam Spiritus, & virtutis vegetandi & sentiendi, influit æqualiter omnibus partibus, scilicet Pedibus deambulationem: manibus tactum, oculo visum: & reliquis sua munera. Hoc modo etiam cœlum dicimus medium, quia æqualiter influit homini, Leoni, & plantis virtutem conseruatiuam. De hoc Arist. lib. 3. de Partibus animaliumcap. 4. de Corde. Dicitur rei sed non magnitudinis, rei quia æqua. inf. sed non magnitudinis quia non æqualiter distat.

3. lib. de partibus anim. ca. 4.

Medium secundum magis & minus, ⌣vel per comparationem, sunt aer et aqua respectu ignis & terræ: Nã si comparentur igni sunt grauia: si ⌣vero comparentur terræ sunt leuia⌣.

Phy. 4. cæli. cõ. 26.

Medium respectiuum dicitur æquale, quod est inter magnum & paruum; & similia.

Medium æquale ad pondus, vel ad iustitiam dicitur esse complexio aliqua ex exrremis contrarijs, Hoc medium ponitur à Medicis, & præcipue à, Galeno. Ideo ponunt dari corpus neutrum quòd non est nec tanum nec infirmum sed æquale⌣.

Hoc idem asserit Thomas de garbo in summa sua, Tractatu. 2. de complexionibus. q. 5. Nam inquit cum in homine abundat magis caliditas quàm frigiditas, caliditas põt paulatine corrũpi in tantum ꝙ non dicetur plus calidum quàm frigidum. Sic sepum cum prædominetur ab humido si resolui debet in cinerem oportet vt humidum vincatur à calido, ergo oportet quòd in aliquo instanti sit æquale quo ad caliditatem, & frigiditatem, ergo datur complexio æqualis ad pondus, Auer. & Arist. 10. Diui. 22. 23, & 24. Et Auer. in 2. Colliget c. vltimo, negat dari hoc medium ad pondus. Ratio. Si daretur hoc medium mixtum, ⌣vel complexionatum, nunquàm corrumperetur ab intrinseco. Nam corruptio est ex hoc quia ⌣vnum contrariorum plus agit quàm alterum: Tunc sic. Si sunt æquales qualitates, ergo nulla actio, ergo nec corruptio, ergo solum⌣ ab extrinseco, & continente, ideſt ab aere magis calido, vel frigido. Idem asserit Comm. in 1. Cęli & Mundi Comm. 7. Vbidicit quòd non datur mixtum æquale quo ad ælementa. Ratio quia non daretur motus. Nam eadem ratione qua moueretur sursum, moueretur & Deorsum. Sed hoc est falsum. Quia diuersis instantibus mouetur sursum, & diuersis ad deorsum, quòd est impossibile, ergo non datur.

10. diui. rex. 22, 23. & 24.

Medium septimo modo acceptum, dicitur eleuans, & dicitur lumen internum & extrenum. Internum est diuina gratia quæ mentem ad Deum eleuat. Externum dicitur radius solis, species rerum & diaphanum eleuans ad oculos vel ad visum. De hoc Gerson super Mag. tractatu 5.

Medium contemperans idem Gerson & Phi. est obiectum proportionatum visui. Quia excellens sensile⌣ sensum destruit, & medium contemperans sensum conseruat, harmoniamq; producit.

Mediuum contractuum dicitur esse precium, quoniam est adæquatiuum voluntatum Actionis, & rerum Hoc medium à legislatoribus inuentum fuit, & à nulla priuata voluntate debet transgredi: sed voluntas debet coerceri, & ligari vt seruetur alioquin conuersatio & pax tolleretur. De hoc medio agit Gerson Par. 2. de contractibus, Consilio 19. Et Phy. in Moralibus.

Medium virtutis dicitur esse mediocritas inter excessum & defectum. Hoc modo liberalitas inter prodigalitatem, & auaritiam dicitur medium: sic Iustitia inter seueri. & misericordiam, dicitur medium; Quia virtus in medio consistit. De hoc extat illud Terentianum. Nequid nimis. Et illud Ouidij Medio tutissimi ibis. Et illud Hora. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines. Quos vltra citraq; nequit consistere rectum. Mediũ pure negatiuum dicitur ens positum inter habitum & priuationem, vt materia prima, quæ non est actu; nec est nihil. Ita dicitur de non viuo quod mediat inter viuum & mortuum.

2. Mus amor.

Medium vndecimà acceptione sumptum, dicitur esse id, quod cum accipitur terminatur motus. Nam habitibus præsentibus in materia cessat motus. De hoc medio agitur 6. Phys. Comm. 32.

Medium deniq; congruentię de quo in presentiarum dicitur esse aliquod ens accommodatum ad aliquid peragendum. Stante hac distinctione, & multiplici mediorum assumptione & explicatione, redeo ad propositum nostrum vbi Mag. quærit. An Verbum carnem assumpserit mediante anima? Et respondens absolute quòd mediante Anima. Theologi ⌣vero vero vt. Thomas, Bona. & reliqui explicant quod non est medium colligantiæ, vti quando duo corpora glutino, vel clauo, vel similibus vniuntur, vti dico lapides cemento, vel asciæ & ligna clauo, sed est medium congruentiæ. Et adhuc sumitur dupliciter.

Primomodo respectu animæ Secundomodo respectu doni. Respectu animæ dicit similitudinem. Respectu doni dicit gratitudinem. } Nam cum Mulier assumitur in sponsam Regis habet aliquod mediũ, vt congrue assumi possit, scilicet nobilitatem. Sic si corpus debebat assumi à verbo: Necesse erat inuenire conuenientiam: At conuenientia fuit inanima, & in dono animæ. In anima vt Dei Imago & similitudo. In dono animæ ⌣vt fieret Deo grata. Ratio. Assumptio fuit propter reparationem humani generis. Sed corpus non potest reparari ad Beatitudinem nisi anima sit reparata; cum Beatitudo corporis sit ex anima. Sed nec anima reparari potest sine gratia per quam deducitur ad gloriam, ergo necessaria fuit anima & gratia. Ideo Anima est medium intrinsecum, & gratia extrinsecum.

Probatur conclusio ex Mag. In litera. Ex Damasceno vt dicit Mag. in litera. Ex S. Greg. dicente. Deitas carmen anima media assumpsit. Aug. ad voluſaminũ. Corpus aptauit per animam rationalem: & animam per donum gratiæ.

Mag. Damascen q, Greg. et Augustinus.

Præterea. Extrema in infinitum diſtantia non vniuntur niſi per medium: ſed Deus & corpus humanum ſunt huiuſmodi diſtantia In infinitum, ergo oportet dari medium congruentiæ & gratitudinis, ſed iſtud reperitur in anima & dono, ergo.

Præterea Circumſcripta anima à corpore humano corpus humanum eſt vilius ſpiritu brutali: quia corporale eſt minus nobile ſpirituali. Sed ſpiritus brutalis non habet conuenientiam ad vnionem, ergo minus habebit corpus ſimplex, ergo requirit animam rationalem pro medio.

ARGVMENTA.

Contra concluſionem.

Arg.1. Bon.q.1. SI vera eſſet concluſio ſequeretur q̃ diuinitas magis vniretur animæ: & caro ẽt magis vniretur animę ſed hoc eſt falſum cum anima vniebatur carni ſeparabiliter, vt patuit in morte: anima vero diuinitati erat in ſeparabilis. Sed probatur aſſumptum. Quia medium magis vnitur extremis, quàm extrema adinuicem. Vt patet de lapidibus. Nam magis vnitur lapis, glutino quàm lapidi.

Arg.2. Thom. Præterea Deus vnitur omnibus creaturis ſine medio: ergo nõ indiget medio in vnione carnis. Patet, quia vnitur per eſſentiam, præſentiam: & potentiam: & vnio verbi cum carne eſt perfectior, & minoribus indiget.

Arg.3. Præterea Remoto medio remouentur ea quæ per medium erant vnita: ſed remota anima à corpore non remouetur caro à diuinitate, ergo verbum non vnitur carni per animam, patet. Remota ſuperficie ceſſat color incorpore, Sic remoto cemento remouetur paries: & remoto clauo remouentur naues, & ſimilia. Igitur anima non eſt media in vnione.

Arg.4. Anima & caro vnita ſunt Dei verbo in vnitate hypoſtaſis, ſeu perſonæ: ſed corpus immediatè pertinet ad hypoſtaſim, vel ad perſonam ſicut anima, ergo non mediante anima. Patet quia principium in diuiduationis eſt à materia & materia eſt corpus, & in perſonatione conſtituitur indiuiduum, ergo.

RESPONSIONES, Argumentorum.

Ad primũ, ergo magis vniretur animæ quàm diuinitati, ſed falſum. Reſpon. quòd vnio dicit duo. Vel reſpicit humanam naturam duobus modis.

Diſtantia. Tempus. Similitudo Gratia. Primomodo vt natura humana dicit diſtantiam, & ſic cum vtraq; pars diſtat in infinitum non magis nec immediatius vnitur animæ quàm corpori: ſed ſimul & ſemel. Vel quo ad tempus: & ſic ſimul & ſemel vnita ſunt verbo, & hoc aſſerit Auguſt. in lib. de fide ad Petrum. Sic d. Greg. in Mora.

Secundomodo quo ad congruentiam & ſic magis vnitur animę rationali quia magis congruit verbo, cũ ſit ſpiritualis rationalis, ſuaq; Imago, quod non poſſumus dicere de carne. Et ſic tollitur difficultas.

Ad 2. Deus eſt in omnibus creaturis per eſſen. præſ. & po. ſine medio. Reſpon. eſſe in aliquo ſtat dupliciter:
Vel creando } Si increando, ſic ineſt omnibus: quia cum creet ex nihilo non reperitur medium, ſed
Vel vniendo. } immediate producuntur & eſt in illis, quia dedit eſſe, poſſe, & operari.

Si vero conſiderentur quo ad vnionem ſic requiritur proportio & conuenientia. Quia vnio dicit reſpectu creaturę, finem. Hæc reſpon. deſumitur à S. Dionyſio in lib. cęleſtis Hierarchiæ.

Ad 3. Remoto medio. Reſpon. Medium dupliciter Colligantiæ, & congruentiæ: Currit de primo medio nõ de ſecũdo. Preterea Remotio dupliciter neceſſaria & volũtaria volũtariè receſſit anima, nõ neceſſario, ergo. Præterea erat quædã parua tranſmigratio. Præterea nõ ſequitur receſſit congruentia, ergo & corpus. Nam licet pulchritudo in muliere recedat quæ fuit cauſa matrimonij: Matrimonium tamen non ſoluitur. Sic licet receſſerit anima à corpore: non tamen debebat corpus à diuinitate ſeiungi.

Ad 4. Corpus immediate pertinet ad hypo. Reſpon. negando. Nam nõ pertinet niſi anima ſit media trix. Hæc propreſenti, inqua habuiſtis quòd. In ſequenti videbimus mentem Doctoris noſtri.

LECTIO VNDECIMA

Super Ioannis Bachonis Diſt. 2. inqua quærit.

An proprietas perſonalis dare poſſit verbo diuino ſubſiſtentiam? Vnde pro intellectu huius quæſiti. Reſpondet abſolute quòd Eſſentia & relatio ſimul ſumpta ſunt rationes formales ſubſiſtendi cuiuſcunq; perſonæ. Hinc antequàm accedam ad probationem explicare oportet Doctoris.

Continuationem cum Magiſtro; } Quo ad continuationem ſcire decet quomodo Ioa. Bacho. dedu
2. Gradus eſſendi perſonæ } cit ex Magiſtro ſen. hanc doctrinam de Verbo diuino, videlicet
3. Probationem concluſionis, } An verbum diuinum terminet dependentiam humanæ naturæ
4. difficultates & ſolutiones. } aſſumptæ ſub ratione eſſentiæ, vel ſubſiſtentiæ? Quoniam ſubſiſtentia dicitur eſſe proprietas perſonalis indiuidui diuini, & rationalis. Nam videtur, quòd nõ faciat ad Magiſtri propoſitũ. Ecce ratio. Si Magiſter in diſtintione antecedenti egit de medio aſſumptionis, & de cauſa aſſumptionis, quòd cauſa fuit peccatum Adami, & medium quo verbum aſſumpſit carnem fuit anima & ſpiritus rationalis vt Imago diuina ad quid agere modo de proprietate perſonali Verbi diuini? Non ne certũ eſt quod verbum debet eſſe perſona? Non ne perſona ſubſiſtit? cur, ergo hæc extra propoſitũ quærit, cum clariora ſint ſole? Reſpondeo, quòd Ioannes Noſter omnia maxima cum ratione egit. Nam ſicuti fuit maxima perplexitas apud Doctores. An verbum cum ſit infinitum poſſit vnire ſibi naturam finitam & vilem ſic poteſt eſſe difficultas cum in verbo ſint duo eſſe videlicet eſſe eſſentiæ, & eſſe ſubſiſtentiæ: eſſentiæ ex Natura Diuina: & ſubſiſtentiæ ex perſona: dubitari poteſt. An ſub reſpectu eſſentiæ, vel reſpectu ſubſiſtentiæ? Non ſub reſpectu eſſentiæ terminauit: quia cum eſſentia ſit communis tribus perſonis, ergo omnes terminaſſent, quod eſt falſum.

Nam

Non ſub ratione relationis, quia hoc modo eſt dependens, & dependens vt dependens non determinat. Idcirco Doctor vult iure merito explicare quomodo ſub ratione ſubſiſtẽtiæ. Et ſubinde videre quomodo conſtituatur ſubſiſtentia, & ſic optima videtur continuatio Bachonitana. Ideo ad ſecundum me confero, quod eſſe eſt multiplex. Nam oportet ſcire quòd vnaquaq; perſona diuina, vel rationali reperiuntur iſta, ſcilicet,

Eſſentia, eſſe, Subſiſtentia & Exiſtentia.
2. Eſſentia eſt natura entis in ſua cauſa: Eſſe, eſt natura entis extra cauſam. Subſiſtentia, eſt natura abſoluta entis. Exiſtentia eſt natura relata ad aliud.
3. Ideo dico quòd in perſona eſt Eſſentia, eſſe. Subſiſtentia Et, Exiſtentia,
4. Eſſentia quia, eſt natura perſonæ, Eſſe quia eſt realitas perſonæ, Subſiſtentia quia eſt complementum perſonæ, Exiſtentia quia dicit fundamentum accidentium, vel proprietatum: nempe quod perſona eſt fundamentum proprietatum, in diuinis, & accidentium in humanis.

Hinc accidentia habent eſſentiam & eſſe, quia ſunt in ſuis cauſis, & ſunt etiam realia: ſed carent Exiſtentia, & ſubſiſtentia. Subſiſtentia quia non ſunt per ſe, & exiſtentia quia ſunt in alio. Hinc natura humana in Chriſto habet eſſentiã: eſſe & exiſtentiam, quia ens reale humanũ, ſed caret ſubſiſtentia, quoniam caret perſona. Hinc Bruta licet habeant eſſentiam & eſſe, cum ſint realia, & etiam exiſtentiam, quoniam ſunt ſubiecta accidentium: Carent tamen ſubſiſtentia, quoniam carent perſonalitate, poſſunt tamen dici ſuppoſita. Ex ijs accedo modo ad Doctorem q̃ ſubſiſtentia verbi diuini eſt proprietas perſonalis qua terminatur dependentia humanæ naturę. Et iſta ſubſiſtentia pendet.

Ex diuina eſſentia & relatione quæ ſunt formales rationes ſubſiſtendi. } Eſſentia eſt principalis ratio ſubſiſtentiæ / Relatio eſt vltimata ratio, & finalis, / Subſiſtentiæ, qua conſtituitur in eſſe diſtincto. } Probat concluſionem hunc in modum. Subſiſtere eſt actus formalis quo perſona terminat naturæ humanæ dependentiam in eſſe reali, actuali, & completo, ergo requirit ſua principia actualia quibus ſubſiſtit, alioquin eſſet quid chimericum & fictitium. Sed in diuinis non dantur niſi duo actus formales, videlicet eſſentia & relatio. Eſſentia vt fundamentum, & relatio vt terminus, & cum eſſentia ſit fundamentum & relatio terminus, ergo eſſentia erit principalis, & relatio vltimata, & finalis. *Arg.2. immediio.*

Præterea, Si eſſentia eſſet tota ratio ſubſiſtentiæ ſine relatione, ergo ſequeretur, quòd relatio extrinſece adueniret perſonæ. Sed quod aduenit alicui extrinſece dicitur eſſe accidens illis, ergo ſubſiſtentia, vel perſona diuina eſſet vnum ſuppoſitum per accidens; ſed hoc falſum eſt, ergo relatio concurrit intrinſece ad ſubſiſtentiam perſonalem. Ideo Doctor quærens cauſam.

Cur dicatur vnum per ſe & Aliud per accidens? Reſpon. d. } 2. Vnum dicitur per ſe: quia partes conſtituentes ſunt de intrinſeca ratione illius: Vnde illud non poteſt eſſe aliunde quàm ex ijs. Ideo vt dicit Phy. omne ens naturale conflatum ex materia & forma dicitur perſe; quia ſunt intrinſeca illi. Per accidens vero dicitur, quia poſt ſui completionem abſolutam aduenit aliquod extrinſecum. Vt patet de accidentibus quæ aduenunt ſubſtantiæ completæ, vt homini albedo, Muſicum, Citharedus, & ſimilia. Sic in poſito cum relatio cadat in conſtitutionem perſonæ erit de intrinſeca ratione perſonæ; & tunc perſona dicitur vnum per ſe.

Præterea ſubſiſtentia dicit quid incõmunicabile. Sed incõmunicabile nõ eſt abeſſentia, ergo à forma: ergo cum in diuinis non ſint niſi iſta duo. Videlicet, eſſentia & relatio ſequitur quòd relatio erit formalis actus cum eſſentia, ſubſiſtentiæ.

Præterea Perſona dicitur perſona quia ſubſiſtit: ſed ſi ſubſiſtit, ergo in aliquo & per aliquod; ergo cũ ſint tantum duo eſſentia, & relatio: ſubſiſtet in eſſentia per relationem.

Præterea vbi datur terminans, & terminatũ, ibi dantur duo: ſed indiuinis datur terminans terminatum ergo erunt eſſentia & relatio, patet quia nil aliud datur indiuinis niſi iſta duo. Præterea dicit Anſel. Vnio facta eſt in perſona: perſona eſt ſubſtantia: ſubſtantia eſt eſſentia, ergo ambæ concurrunt.

ARGVMENTA Contra determinata.

QVOD eſſentia ſit cauſa ſubſiſtentiæ. Subſiſtere in diuinis eſt modus perfectiſſimus eſſendi. Sed modus perfectiſſimus eſſendi eſt eſſe in ſe, vel a ſe, ergo conuenit ipſi eſſentiæ. Patet. Quia ſola eſſentia dicitur eſſe in ſe & a ſe, ergo diuinum ſuppoſitum per eſſentiã & non per relationem ſubſiſtit. *Arg.1.*

Arguimentor à ſimili. Sicut ab eſſe rei: fit prædicatio eſſentiæ: nam eſſe ſupponit eſſentiam: ſic ſubſiſtentia arguit ſubſtantiam: vnde vbi datur ſubſiſtentia, & ſubſtantia, ſed ſubſtantia non eſt à relatione ſed ab eſſentia, ergo & ſubſiſtentia arguit eſſentiam. *Arg.2.*

Præterea. Eſſe ad aliud non dicit aliquam perfectionem: ſed ſubſiſtere dicit perfectionem, ergo non eſt ad aliud, ergo non eſt relatio. Maior patet. Nam. Si relatio diceret perfectionem, ergo vna perfectio eſſet in vna perſona quæ non eſſe in alia, quod eſt falſum. *Arg.3.*

Minor probatur. Quia ſubſiſtere dicit gradum vltimum, & finem rei: finis dicit perfectionem, ergo, *Arg.4.*

Præterea Inquit Auguſt. 7. de Trini, Si Deus relatiue ſubſiſteret ſicuti relatiue gignit. Deus non eſſet vere ſubſtantia. Hoc falſum ergo.

RESPONSIONES

Doctoris. Immo vnica responsio: Nam Doctor ait, quòd subsistentia & persona possunt considerari duobus modis.

Vel vt respiciunt fundamentum. } Si prout dicunt vt fundamentum, sic ab essentia pendet:
vel vt respiciunt terminum. } Si vero prout dicunt terminũ, & finem, relatione respiciũt

Cum, ergo in primo argumento dicitur subsistere est modus perfectissimus essendi, ergo à sola essentia negatur. Eodẽ modo ad secundum & ad omnia alia. Et quando dicitur, quòd relatio non dicit perfectissimum modum essendi. Respon. quod relatio sumitur bifariam.

Primomodo dicit quid extrinsecum supposito, & hoc modo non dat esse perfectissimum vt paternitas & filiatio in creaturis. Nam iam primo sunt suppositа realia & perfectissima subinde accedit relatio extrisece. Primum sunt conflata ex corpore & anima: subinde sunt Pater, & filius.

Secundomodo sumitur relatio prout dicit quid intrinsecum, & sic dicit modum perfectissimum. Iste modus est in præsentiarum. Nam ex essentia & relatione tanquam ex formis intrinsecis, consurgit persona & subsistentia, ergo modum dicit perfectissimum.

Præterea relatio est entitas: Sed entitas est perfectio, ergo in Deo maximam dicet perfectionem. Et quando dicitur quòd in vna persona est vna perfectio quæ non est in alia. Respon. quòd perfectio est duplex.

Altera essentialis, } Prima non reperitur in vna persona sine alia: secundomodo reperitur, & non in
Altera notionalis. } couenit, Quoniam facit ad distinctionem. Hæc pro præsenti. In sequenti. Lectione videbimus Arti. 3. in quo quærit. An Relatio simul & semel constituat suppositum diuinum in essentia, & distinguat ab alio?

LECTIO DVODECIMA

Super Articulo 3. Ioannis Bachonis in qua quærit An relatio fungatur his duobus muneribus simul & semel? scilicet quòd constituat suppositum in natura diuina et distinguat ab alio? Hinc quatuor faciam, vt clarissimè cognoscatis, cum sit difficilis.

Ratio. 1. Tex. 20. 7. diui.

Primum erit de quidditate rei absolutè. } Quo ad primum. Stat doctrina Arist. 7. Diui. tex. 59. quod
Secundum De quidditate relationis, } quidditas rei dicitur esse principium, & causa constitutiua, & distinctiua rei. Vt vegetatiuum constituit plantam
Tertium De probatione conclusionis. } & simul distinguit illam à lapidibus, &c. Quo ad secundũ
Quartum De difficultatibus, & solutionibus

de relatione. Ponit, Doctor quòd Relatiuum habet suam quidditatem in duobus esse, scilicet.

In esse in & } Primum esse scilicet In, constituit relatiuum, } Primum esse constituit, quia
In esse ad. } Secundum esse, scilicet esse ad, distinguit relatiuum. } est intrinsecum.

Secundum distinguit, quia est quid formale. Ideo licet alia accidentia habeant esse quia insunt in subiecto, & ad subiectum referuntur tamen non habent rationem constituendi, sed potius constituuntur à subiectis. Stantibus his. Doctor hanc ponit conclusionem. Relatio simul, & semel constituit, & distinguit. Probatur. Et supponit hanc veritatem pro maxima, quòd neq; solum esse in potest constituere, neq; solum esse ad, vt dicebamus, sed ambo simul. Explicat singillatim omnes partes, & quod esse in non compleat quidditatem. Ratio est manifesta. Quoniam esse in, non solum competit relationi sed alijs prædicamentis accidentalibus absolutis, nempe quanto: qualique & reliquis, sunt in ipsa substantia fundamẽtaliter, ergo nó completur quidditas per esse in. Quod etiam non compleatur per esse ad, Quoniam esse ad conuenit non solum relationi, sed etiam alijs prædicamentis respectiuis: & quidditas rei debet esse vnica, ergo oportet dicere quòd simul vnita faciant quidditatem. Tunc sic.

Omnis quidditas simul & semel constituit ens complete & distinguit à quocunq, alio, ergo cum Relatiõ cõstituat suppositum in esse subsistentiæ simul etiam distinguit ab alio. Patet quia relatio est quidditas suppositi. Patet assumptum. Nam quidditas dat esse formale constituto: sed formæ munus, non solum est dare esse, sed etiam distinguere. Nam forma est actus, & actus distinguit vt asserit phi. ergo cum relatio sit quidditas: erit forma, ergo actus, ergo simul & semel constituit & distinguit. Patet in homine. Nam Animal rationale est quidditas hominis, & simul & semel, constituit hominem & distinguit. 7. D. t. 59.

Tex. 59. Præterea Certum est quod nec natura: nec intellectus potest cõcipere relationẽ, nisi dicat respectum ad aliud, cum respectu ad esse in alio. Sed vt dicit esse in alio constituit illud: & cum dicit esse ad distinguit illud ab alio, ergo simul & semel constituit & distinguit.

Præterea Illud non potest auferri ab aliquo quod est de integra ratione illius: sed esse in & esse ad, est de intrinseca ratione relationis, ergo non potest seiungi ab illa, sed esse. In cõstituit & esse Ad distinguit, ergo simul constituit & distinguit.

Præterea. Vbicunq; datur ordo dantur duo immediata, scilicet ordinata, constituta in esse, & distincta ab inuicẽ: sed omne relatiuũ dicit ordinem, ergo in omni relatione sunt ista duo imediata scilicet cõstitutũ in esse, & distinctum abaltero. Maior est clarissima quoniam nullares dicitur esse distincta ab altera nisi sit prius in seipsa. Minor est apertissima. Quoniam relatiua vel dicunt causam vel effectum: vel maius, vel minus, vel æquale & simile, sed omnia ista arguunt ordinem: & omnis ordo arguit distinctionem, ergo simul & semel Relatio dicit constitutionem & distinctionem.

Præterea Relatio dicit habitudinem & interuallum inter extrema relatiua: ergo distinctionem: sed non possident hanc habitudinem nisi sint distincta in esse &, constituta: ergo simul constituit & distinguit, quia idem sunt constituens, & distinguens. Et idem inquantum idem semper facit idem.

CON-

CONTRA DOCTO.

Argumenta quibus probatur, quòd non simul constituit relatio et distinguit, sed primum constituit, subinde distinguit.

Quæcunq; habent rationes formales & distinctas ab inuicem, illa non sunt simul: sed constituere aliquid & referre illud ad alterum dicuntur esse diuersæ rationes formales, ergo non sunt simul. Maior est apertissima, sed minor probatur. Nam constituere est dare esse rei: sed distinguere & referre est ostendere rem esse, ergo aliud & aliud est constituere & ostendere: ergo non possunt simul esse. Nam valet, ostendit Socrates Platonem, ergo simul sunt: sed non e contra sunt Plato & Socrates, ergo Socrates ostendit platonem. *Arg. 1.*

Præterea In quacunq; generatione ista tria sunt per ordinem posita, videlicet.

Persona producens: } Pater producens: } Si generatio dicitur esse medium in-
Actio quam producit, & } Generatio quę producit & } ter agentem patrem & filium, ergo
Persona producta, ideſt } Filius productus. Tunc sic } præcedit ipsum filium: quia medium

quod dicitur esse inter producens & productum semper præcedit productum, ergo non simul constituit & distinguit: quia iam non est ad huc, ergo si non est, non potest fieri distinctio.

Præterea In Embrione dantur isti gradus. Primum Embrio in matrice est vita plantæ, secundo vita animalis: tertio vita, & forma hominis. Tunc sic. Supposito quòd sit eadem forma plantæ: animalis: & hominis, tamen propter diuersitatem gradus essendi dicitur esse ordo in forma: & per consequens vnus gradus informandi præcedit alium: Præcedit gradus vitæ gradum sensus, & gradus sensus gradum Intellectus, ergo à simili. Concesso quòd quidditas relationis sit vnica, & simplicissima, quo ad constitutionem & distinctionem. Quoniam constituere arguit vnitatem & vniformitatem suppositi: sed distinguere arguit oppositionem, & vnitas, & oppositio non possunt esse simul: sic nec constituere & distinguere in relatiuis. Igitur falsa conclusio. *Auer. 2. de parti. Animalibus c. vlt.*

Præterea. Sunt duæ sectæ circa Relationis esse.

Altera asserit quod esse formale relationis est esse in hac particula In. } 2. Prima quæ
Alterera dicit quòd esse relationis & quidditas est esse in hac particula ad. } ponit relatio

nis esse & quidditatem in particula, In, dicit quòd oportet vt primum respectus iste sit in fundamento suo quàm sit ad aliud, ergo simul constituendo distinguit. *Alt.*

Secunda dicit, & est pulcherrima ratio. Nil potest constituere aliquid nisi primum sit constitutum ipsum in esse perfecto, & quidditatiuo: Sed esse relationis, & quidditas, dicitur esse habitudo: & habitudo est respectus ad aliud, ergo primum dicit respectum, & per cõsequẽs distinctionem quàm constitutionem, ergo nõ simul constituit & distinguit, sed primum distinguit, & postea constituit.

RESPONSA ARGVMENTORVM.

AD primum quæ habent diuersas rationes formales non sunt simul. Respon. valet in rationibus formalibus diuersorum generum & specierum: sed non valet in his quæ sunt eiusdem generis & speciei. Huiuscemodi sunt constituere & distinguere penes relationem: & sic simul distinguit & constituit. Vt paternitas dum constituit patrem simul distinguit à filio, patrem.

Ad secundum generatio præcedit filium: ergo non const. & distin. Respon. Præcedere stat dupliciter. Primum est in ratione producentis, & producti, & sic semper ordine naturæ præcedit causa effectum & generans præcedit genitum: & hoc modo currit argumentum hęc conclusio. In natura humana primùm dicit esse ad aliud, quia non constituit suppositũ nisi per accidens: indiuinis non constituit per accidens, sed per se, & ideo simul & semel constituit & distinguit.

Ideo conuertuntur ista, est in, ergo ad alterum: & est ad alterum, ergo in, ideſt est, constituriua, ergo distintiua & est distinctiua, ergo cõstitutiua. Patet quia quidditas relationis est in his duobus esse scilicet in esse In esse ad. Ideo in 1. arg. 2. opinionis dicitur quòd simul distinguit: & constituit: & constituendo distinguit sic.

Secunda præcedentia respicit habitudinẽ producentis & producti: & sic sũt simul relatiua, & hoc pacto relatio constituit & distinguit.

Ad illud de Embrione, de animali & de homine, dicit Doctor quòd non est simile: quia gradus illi plantæ: animalis & hominis sunt gradus perfecti & completi per se: sed relatio non completur nisi per essentiã, quæ essentia posita est in esse In & esse ad. Præterea dico quòd non est inconueniens quòd idem in essentia sit diuersum in habitudine. Nam licet Idem homo vt est ens per se non possit dici simul & semel substantia & quantitas: potest tamen dici in habitudine. Nam dicitur substãtia quia per se existit: dicitur etiam quantitas, quia est corpus. Ita in proposito licet Relatio vt respicit suppositum constitutum non includat oppositionem, includit tamen vt respicit extremum, & sic simul & semel, constituit, & distinguit.

Ad rationem primæ scholæ, vbi dicitur, quòd relationis esse, est esse in: Negatur, quia non est integra & completa ratio relationis sed requirit esse ad.

Ad aliam quæ dicit, quod oportet, quòd primum sit in se, & subinde quòd distinguet. Respon. quòd relatio non est in se cum sit respectus, sed dicitur esse in alio, & dum constituit relatiuum distinguit, & sic remanet in concussa Doctoris conclusio, quòd Relatio simul & semel constituit suppositum & distinguit à quocunq; extremo sibi opposito. In sequenti videbimus quæstionem secundam huius secundæ. Distin. Inquа Ioa. Bacho. quærit rationem ex parte verbi Diuini assumendi naturam humanam. An fuerit ratio assumendi essentia verbi, An relatio verbi?

LECTIO DECIMATERTIA,

Super, Quæstione secunda Distin. secunda, Inqua Doctor disputat. An ratio assumendi naturam humanam ex parte verbi fuerit essentia in verbo? An fuerit relatio? In hac quæstione sunt quinque viæ præcipuæ ex præstantissimis viris.

Prima est Durandi
2. Scoti:
3. Burdini
4. Aureoli.
5. Doctoris Nostri.

2. Durandus tenet ꝙ essentia est ratio formalis assumendi. Scotus relatio. Burdinus suppositum. Aureolus personalitas & Doctor noster, quòd essentia, relatio, suppositum & potentia.

3. Durandus est acutus, Scotus subtilis, Burdinus fortis, Aureolus prudens & Ioannes Bacconitanus Resolutissimus.

4. Durandus in hoc 3. Di. 1. q 2. dicit, quòd essentia est ratio immediata assumendi naturam humanam à verbo, prout verbo competunt ea quæ sunt propria personæ diuinæ. Probat suam sententiam hunc in modum quo ad essentiam.

Per illam rationem spectat verbo diuino terminare naturam humanam per quàm verbum in se subsistit. Sed verbum in se subsistit per essentiam, ergo per illam terminabit. Maior est apertissima quia nisi in se subsistentiam haberet nullo pacto aliam posset terminare. Sed minor probatur. Quia nil subsistit propriè per relationem, sed per substantiam, ergo cum in verbo sint tantum duo scilicet essentia & relatio: per essentiam subsistet, ergo.

Probat secundum quòd non solum vt essentia, sed sub ratione personali. Ratio quia cum essentia sit omnibus personis communis, si conueniret illi solũ ratione essentiæ, omnibus conueniret, quoniam essentia est in omnibus, oportet igitur dicere quòd sub alia rationes personali illi competat.

Scotus suam positionem tuetur hoc modo quod relatio terminat hanc dependentiam probat, quia non
3. li. 9. 5. potest esse essentia cum sit in omnibus personis. Nam in quocunq; datur formalis ratio terminandi aliquid illud terminatur ab illo, ergo cum in omnibus suppositis detur essentia eadem, ergo eadem ratio terminandi; Pater in creatione. Cum sit effectus essentialis fit ab omnibus personis, non ergo erit ab essentia, sed à Relatione.

Confirmatur hæc opinio per aliam sectam cuius nomen specificum silentio pertransit Doctor. Nam posset quis demoliri hanc opinionẽ, quoniã Relatio semper referet, & nunquam sistere, nec terminare potest actionem quia vbi non datur motus, non datur terminatio per illud, At in relatione non datur motus, ergo nec terminatio. Nam inquit Ph. 7. Phy. tex. com 17. Ad habitum non est motus, probat per hoc medium: quia Ad aliquid non est motus; sed habitus & virtutes, quę acquiruntur in subiecto sunt ad aliquid, ergo. Contra, quòd in relatione est motus.

Cuius est potentia eius est actus de somno & vigilia.

In quocunq; genere datur propria potentia & proprius actus datur vt dicitur 1. Di. 28. q. 2. ar. 3. ergo actus erit in relatione cum sit genus. Tunc sic. Nulla potentia reducitur ad suum actum nisi per motum & per mutationem. Nam si pater in potentia debet reduci ad actum oportet vt generet: sed generatio est motus, vel mutatio, ergo in relatione erit mutatio. Motus est actus entis.

3. Phys.
3. Phys. t. c. 10.

Ideo quando dicit Phy. quòd in ad aliquid non est motus, loquitur in accidentibus: & loquitur respectu alterius relatiui, non respectu vtriusq; Exem. sumitur 5. Phy. t. com 10. Dicit quòd simili præexistenti potest aduenire relatio sine sui mutatione. Potest dari aliquod ens albissimum excedens aliud album, potest in isto albissimo tantundem remitti de albedine donec æquetur alteri minus albo: Vnde tu vides quomodo fit & non fit mutatio: fit ex parte albissimi, non autem ex albo minore. Et licet non sit motus in habitu & virtute cũ sint formæ perficientes, & formæ esse sit in indiuisibili, non tamen negatur quin sit mutatio vti apparet in forma substantiali. Nam non introducitur per motum sed per mutationem. Ideo redeundo ad propositum dico quòd Relatio potest terminare naturam humanam; quia in relatione potest esse motus, & mutatio, ergo.

Burdinus. In diuinis non datur nisi ista duo videlicet. Quod & Quod Quo & essentia Quod est suppositum.

Burdinus pariter suam defendit opinionem, quòd suppositum, vt quod terminet dependentiam naturæ humanæ. Nec reperitur ibi ratio quo terminet, sed solum vt dicit quod, quia hoc modo est terminus adæquatus vnionis, Ratio sua est talis. Ponit quòd inter Deum & creaturam datur tantum modo relatio rationis, sicuti inter mensuram & mensuratũ; sed terminatio relationis secundum rationem dicitur esse quòd solum & non quo, ergo solum suppositum vt suppositum est terminus dependentiæ.

Præterea. Actiones sunt suppositorum, Sed assumere naturam humanam est quædam actio, ergo cum sit à Verbo erit vt suppositum.

Auren. q. 1. de paruis quæstionibus, Tenet oppositum in q. 3. ar. 3. d. ꝙ relatio est formalis terminus vnionis. Resultatio argumenti naturam.

Aureolus dicit quòd vnio naturæ humanæ terminatur ad verbum non vt in eo est principaliter essentia, nec vt proprietas, sed vt est quid tertium resultans ex ijs: sed ex ijs resultat personalitas, ergo personalitas est ratio assumendi. Nam dicit ipse, quòd sicuti domus resultat ex vnione partium, sic persona verbi ex vnione plurium æque concurrentium. Ideo dicit quòd vbi datur resultatio partium non inuenitur aliquid principalius, vti in domo, quòd sit causa constitutionis, sed æquæ omnes partes concurrunt. Reperitur solum in constitutione formali, vbi forma dicitur esse principalior. Hæc opinio reprobatur lib. 1. Di. 26. q. 2. ar. 1. Vbi negat dari resultationem partium. Præterea semper in quacunq; resultatione datur vnum principalius, vt tectum quia est finis rei, & principaliter tendit ad finẽ cuius gratia, vt est cooperire nos, & tueri ab imbribus caumatibus, & ventis; Sic in verbo datur aliquid principalius.

Ideo descendit ad suam opinionem quæ talis est, vt potui colligere ex multis dictis, quòd in assumptione ista concurrunt, & sunt quatuor principalissima. Videlicet,

1. Essentia

1. Essentia
Relatio
Suppositum &
Potentia.

2. Essentia est principalis ratio terminandi:
Relatio est terminata ratio
Suppositum est id quod assumit naturam: &
Potentia suppositi est habilitas ad hanc assumptionẽ. Hinc facile possumus omnes doctores conciliare ad inuicem. Nam quando Doctor dicit, quòd.

3. Essentia est ratio principalis qua verbum assumit & terminat vnionem conuenit cum durando. Quando dicit quòd Relatio est ratio terminatiua, & singularis, qua assumit naturam humanam, sic cõcordat cum Scoto. Quando dicit quòd.

Suppositum assumens naturam humanam est id quod perficit hanc vnionem & assumptionem, subscribit Burdino. Quando ait ꝙ potentia vnitiua, & substentificatiua naturæ humanæ in supposito diuino, quæ cõsequitur suppositum diuinum, dicitur esse ratio proxima & immediata assumptionis naturę humanę, confirmat dictum Burdini, & addit supra, Aureolum. Probat hanc conclusionem & primo quo ad essentiã, ꝙ sit ratio principalis, & arguit à simili.

Ratio. 1. Doctoris.

In quocunq; supposito recipiente accidens sunt duæ potentiæ. Altera dicitur esse principalis: Altera dicitur esse proxima & immediata. Principalis dicitur esse forma & materia. Forma accidentium actualium vt albi, & nigri. Materia accidentum subiecti quoniam per formam habet esse suppositale potentialium, vt quantitas, & similia. Proxima & immediata dicitur esse potentia consequens subiectum ipsum. Sic in proposito. Essentia est principalis ratio: Relatio terminata ratio, suppositum perficiens: & potentia consequens subiectum, est ratio proxima & immediata assumptionis.

Præterea arguit ex ipsa creatione. Duo sunt ex parte Dei creantis, & causæ efficientis.

Alterum dicitur esse principale. Principale increatione dicitur esse diuina natura omnipotens & infinita, qua potest esse creatio, & per quàm fit creatio. Proximum & immediatum dicitur esse potentia suppositorum consequens ipsa supposita creantia. Sic in proposito datur ratio prima quæ est essentia. Ratio indiuidualis quæ est relatio, & potentia suppositi.

Ratio. 2.

Confirmatur per Arist 2. phy. Tex. com. 38. In quocunq; effectu concurrunt causæ vniuersales & particulares. Essentia est causa vniuersalis: potentia suppositi est causa particularis, ergo.

Tex. co. 38.

Præterea Cuius est actus eius est potentia: quia numerus actuum est secundum numerum potentiarum vt dicit Phy. 12. Diui. tex. com. 11. Sed actus vnionis & substentificationis dicitur esse actus consequens suppositum, ergo & potentia proxima substentificationis erit à supposito: quia potentiæ respondet actus.

3. Respon.

Præterea confirmat hanc opinionem, & soluit vnum pulcherrimum dubium: immo illud principale dubium. Quare vna persona assumit sine alia de facto? Respon. quia non solum in illa persona dicitur esse ratio communis quòd est essentia diuina tribus personis: sed in vnoquoq; supposito est ratio immediata, & proxima, quæ non est communis, vt patet in verbo cui ascribitur proxima ratio, ratione congruentiæ assumptionis istius, & non patri, nec spiritui S. Et hac distinctione soluuntur omnes rationes Doctorum asserentium oppositum.

Ratio assumendi duplicitercommunis & Singularis Prima in omnibus. Secunda in filij

Et quia vult penitus remouere omnem difficultatem dubitat contra seipsum dicens, quòd ista potentia suppositi non potest esse ratio proxima assumendi naturam humanam. Ecce ratio.

Principium realis assumptionis debet esse reale: ergo ista potentia suppositi non erit principium assumptionis patet, quia non est realis. Nam est ipsum suppositum, ergo. Illa sunt realia quæ realiter differunt.

Respon. & concedit ans. Ad probationem consequentis dicit quòd sunt realia suppositum & potentia, & probat triplici exemplo. Videlicet.

In diuinis
In creatione.
In materia prima.

In diuinis Certum est, quòd Intellectus est principium reale intellectionis diuinæ, & tamen nec intellectus nec intellectio nec intellectum differunt realiter, sed sunt omnibus modis idem. In creatione potentia creatiua est eadem cum suppositis & est realis.

In materia prima. Potentia receptiua est realis, & tamen non differt à materia. Primo phy. t. co. 68.

Ideo facit hanc regulam Doctor. Quòd ad problema de esse non sequitur problema de differre: quia in problemate de esse tenet: Nam si ratio est realis & principium agendi erit reale: sed non sequitur igitur principium agendi realiter differt ab agente, vt patet in exemplis præductis.

Regula.

RESPONSIONES,

Ad argumenta aliorum.

AD primũ Durandi. Essentia est ratio vnionis. Respon. principalis sed non proxima & immediata. Ad Scotum quando dicit quòd relatio terminat & non essentia cum sit in omnibus personis. Dicitur quòd vtrunq; dictum est falsum. Primo quo ad essentiam: quia terminat vt principalis ratio.

Secundum quo ad relationem. Quãdo dicit quòd in relatione est motus ergo terminatio. Negatur quòd in relatione sit motus. Nam repugnat Phy. 5. phy. t. co. 10 Et quando dicitur quòd præexistenti albo fit aliquod album æquale illi per corruptionem, & terminatur ille motus in æqualitate: & æqualitas est relatio, ergo. Respon. Doctor quòd corruptionem habere terminum stat bifariam.

Vel per se
Vel per aliud.

Per se non habet terminum. Nam terminus dicit positionem, corruptio de structionem, destructio dicit, anihilationem anihilatio tollit omne ens, ergo & terminum aufferet. Vel per aliud: & hoc modo sic, quia ex destructione & corruptione graduum sequitur æqualitas: nam cessauit diminutio. Sed in proposito sumus in tertio per se.

Ad aliud. In quolibet genere est potentia propria. Respon. negatur in relatione & accidentibus respectiuis. Præterea. Concedatur. Et quando dicitur reducitur per mutationem ad actum. Respon. verum est in illis quæ possunt perse existere cuiusmodi non est relatio: per mutationem Nam per se existere non potest. Hæc sufficiant. In sequenti assummam Articulum secundum.

LE-

LECTIO QVARTADECIMA.

Super articulo 2.q.2. Dist.2. in qua quæritur de termino ad quem huius vnionis humanæ naturæ cum diuina ideſt. Quem terminum accipit humana natura in hac vnione, & quam denominationem? Ideo ad faciliorem intelligentiam huius dubij faciam tria præcipua.

Primum erit circa explicationem } Explicatio, amplectitur terminos à philoſophis variè acceptos,
Secundum circa concluſionem } Concluſio mentem Doctoris &
Tertium circa difficultates: } Difficultates ingenia Doctorum.

Ab explicatione terminorum' titulus quæſiti clariſſimè apparebit. A' concluſionis probatione veritas quæſiti conſtabit: & à difficultatum ſolutione ſecuritas diſciplinæ carmeliticæ manifeſtabitur. Quo ad terminorum explicationem ſcire oportet terminos variè accipi à phy. & Theologis, ſed pro nunc ſumuntur quinq; modis.

Primomodo dicitur terminus productionis } Terminus productionis vt inquiunt Biel primo ſen. D. 5. q. 3.
Secundomodo tranſmutationis, } Et Cardinalis Cameracenſis q. 7. p. ſen. dicitur eſſe omne
Tertiomodo Relationis, } ens quod recipit eſſe ſimpliciter ex non eſſe: & ſic quicquid
Quartomodo Totalitatis } producitur per generationem naturalem, vel etiam per ar-
Quintomodo formalis. } tem, vt lectulus, ſtatua & domus, dicitur terminus productionis. Terminus tranſmutationis, dicitur eſſe omne id q. recipit eſſe ſecundum accidens, vt eſſe quantum, quale, vel vbi, & ſimilia: Iam' præfuerant quo ad principale eſſe, modo vel augentur, Vel albeſiunt: vel tranferuntur, omnes iſtæ mutationes ſupponunt eſſe.

Terminus Relationis dicitur, eſſe oppoſitum cuiuſcũq; correlatiui. Vt filius reſpectu patris, & ſeruus reſp. Domini, dicuntur termini Relationis.

Terminus totalitatis dicitur eſſe effectus qui ſecundum ſe recipit eſſe ſimpliciter, ſed nõ ſecundũ ſuas partes. Exemplum in generatione naturali. Nulli dubium eſt quod in generatione Leonis à Leone, Leo genitus accipit eſſe ſimpliciter quia non præfuit: tamen eſſe non accepit ſecundum materiam & formam quia præfuerant. Sic in Amphiteatro. Amphiteatrum accipit eſſe totale ab Artifice non ſecundum ſuas partes, quia ligna & lapides præfuerunt. Sed ſecundum ſui formam: & eſſe totale. Ideo dicit phy. quod compoſitum generatur ſed non materia, nec forma, ſed forma extrahitur de potentia ad actum.

Terminus formalis dicitur eſſe ens quod recipit eſſe ſimpliciter non ſolũ ſecũdum ſe, ſed ſecundum omnes ſuas partes eſſentiales, & potentiales. Hoc autem apparet in creatione animarum & primæ materiæ. Nam nil præfuerat de animabus, nec de prima materia: ſed Deus omnes animas, & primam materiam de nihilo creauit. Iſti termini vocantur ad quem vt placet phy. 5. phyſicorum. Quoniam ſunt fines ad quos agens operatur, vel propter quos: & in quibus opus conſumitur, & terminatur: Stantibus his accedo ad ſecundum propoſitum: Ad concluſionem Ioannis Bachonis quærentis, qualis ſit Terminus ad quem naturæ humanæ in hac præexcellẽtiſſima vnione? ideſt quomodo vocari debet? Quoniam à termino ad quem ſemper fit denominatio. In hac re, ſunt tres præſtantiſſimi Doctores. Durandus videlicet; Scotus, & Ioannes Noſter Carmelita. Ideo more meo ſolito ponam primum Doctoris opinionem, deinde alias. Doctor igitur ponit hoc placitum & concluſionem. Vnio ſumitur dupliciter. Videlicet.

Vel vt reſpicit vtranq; naturam, videlicet diuinam & humanam, } Si ſumatur primomodo prõ
Vel vt reſpicit ſolum naturam humanam. } vt reſpicit vtranq; naturam, ponit hanc concluſionem, quòd terminus adæquatus huius vnionis dicitur vnio totalis, & abſoluta iſtarum naturarum: quod eſt idem quod eſt eſſe Chriſtũ. Vnde terminus ad quem eſt vnio totalis & vnio totalis nil aliud eſt quã in Chriſtus. Si vero ſumatur vnio prout reſpicit naturam ſolummodo humanã, inquit Doctor; quòd terminus ad quem proprius, & partialis dicitur eſſe vnio cum diuina natura.

PROBATIONES
Concluſionis.

1. Probatio. Certum eſt vt deſumitur ex Phi. primo de gene. t. co. 88. Quod habitibus præſentibus in materia ceſſat motus: Sed acquiſita vnione ceſſat motus aſſumptionis, ergo vnio eſt habitus, ergo terminus ad quem dicitur eſſe vnio partialis.

2. Proba. Præterea, quia ſcotus tenet quòd iſte terminus ad quem eſt relatio, arguit Doctor. Illud quod præexiſtit motui non acquiritur per motum: Ideo nec materia, nec forma acquiruntur per generationem quia præexiſtunt generationi, Sed ſic eſt quòd natura: relatio, & perſona præexiſtunt vnioni, ergo non acquiruntur. Nam perſona diuina præexiſtit: Præexiſtit reſpectus mutuus inter diuinam perſonam & humanam naturam alioquin non fieret aſſumptio: ſed non præexiſtit vnio, ſed acquiritur, ergo vnio, erit terminus ad quem.

3. Phy. t. co. 41. 3. Præterea. Arguit contra Durandum qui dicit eſſe Vnionem paſſionem. Dicit ſic. Terminus ad quẽ finit operationem & motum: ſed ad paſſionem non terminatur opus, nec motus: ergo non erit vnio paſſio terminus ad quem. Maior eſt vera. Minor probatur. Quia paſſio dicitur eſſe fieri, vel fluxus quidam, & via ad terminum per com. 3. Phy. t. com. 41. ergo.

Confirmatur

Confirmatur per Ariſto. 5. phy. t. co. 10. vbi inquit quòd ſolum in tribus prædicamentis dicitur eſſe motus: ideſt in Quanto; Quali: & Vbi: Vbi excludit omnia alia, ergo paſſionem, ergo nõ poteſt eſſe motus, ergo non erit iſta vnio.

Præterea ſi vnio terminaretur ad paſſionẽ ideſt actio motus ad paſſionẽ, vnio quòd eſt actio ad paſſionẽ, ergo motus poſſet terminari ad motum: ſed hoc falſum eſt. Quia motus & terminus motus differunt.

Nam motus eſt non eſt aliquid totum ſimul, ſed eſt quid imperfectum & ſucceſſiuum vt d. phy. 5. Phyſi. t. com. 10. Non habẽt partes omnes ſimul ſed quaſdam habet in actu, & quaſdam in potentia. Terminus vero motus eſt aliquid permanens exiſtens totum ſimul: igitur cum vnio paſſio ſit motus non poterit eſſe terminus ad quem in aſſumptione, quia nunquàm eſſet perfecta, & abſoluta: ſed hoc falſum, ergo. *Motus non eſt ad motus per ſe ſed per accidẽs vt deambulatio non eſt ad ægritudinem, ſed per accidẽs ſequitur.*

Præterea. Certũ eſt q; ſi motus vnionis, poſſet terminari ad paſſionẽ, ergo motus terminaret ad motũ, ergo.
Vel motus iſte eſſet ad motum eiuſdem ſpeciei } Si eiuſdem ſpeciei, ergo dealbatio erit ad dealbationem:
Vel ad motum diuerſæ ſpetiei. } ergo illa ad aliam, ergo in infinitum. Hoc falſum ergo.

Si motus erit motus ad diuerſam ſpetiem, ergo idem erit ad contraria ſimul: patet. Nam accipio motum calefactionis in aqua: Certum eſt ſi eſt ad diuerſam ſpetiem (puta calefactio) erit ad infrigidationem, ergo idẽ ad calefactionẽ, & infrigidationem, ſed hoc ridiculum & impoſſibile, ergo motus non erit ad motum nec generatio ad generationem, ergo vnio non erit ad paſſionem cum ſit motus vti ad terminum.

Præterea Si motus eſt in paſſione.
Vel dicitur eſſe vt paſſio eſt ſubiectum } Non eſt motus in paſſione vt dicitur eſſe ſubiectum, quia ſubiectum motus mouetur. Actio vel paſſio nõ mouetur cũ
Vel vt paſſio eſt terminus. } ſit motus. Exem. In alteratione aquæ. Aqua eſt ſubiectum, calefactio eſt alteratio: Aqua mouetur alteratio vero cum ſit actio, vel paſſio non mouetur, ſed eſt motus, ergo non vt ſubiectum mouetur.

Non mouetur quatenus dicitur eſſe terminus, quia terminus motus eſt quies, & quies motui opponitur. Exem. Terminus calefactionis aquæ dicit eſſe calor: aqua ergo quieſcit aliquo tẽpore vel ſub calore vel ſub frigiditate, ergo motus nõ erit motus, ergo paſſio non erit terminus ad quẽ cũ ſit motus: & motus nõ terminat.

Præterea dicit Doctor. Si per te (ò durande) terminus ad quem eſſet vnio paſſio, ergo terminus eſſet aliquid extrinſecum, & tranſiens: ſed hoc eſt falſum. Nam vnio eſt reſpectus extrinſecus, relatiuus: patet quia tranſiens, ergo cum terminus permaneat, & abſolutè, non erit unio iſta terminus aſſumptionis: quia tranſit.

Præterea. Hoc maximẽ Theologiæ noſtre repugnat. Nam ſi vnio illa paſſio eſſet terminus ad quem in Incarnatione, ergo vnaqueq; natura habuiſſet ſuam perſonalitatem, ergo Natura humana habuiſſet propriã perſonalitatem, & per conſequens propriam diſtinctionẽ, ſed hoc falſum, quia tantum vna reperitur perſona diuina. Sed probatur. Quia Quæ ſunt vnita per reſpectum extrinſecum nunquam veniunt in vnionem ſubſtantialem, & perſonalem, ſed ſolum adhærent ſimul per quandam aſſociationem. Exemplum eſt in agente & patiente, quæ vniuntur per agere & pati: in locato & loco quæ vniuntur per vbi, & ſitu: & quando. Vbi vnum non eſt alterius perſona: nec alterum alterius ſed agens & patiens, & locus & locatum remanent diſtincta. Igitur ſi vnio paſſio eſt terminus ad quem, ergo natura diuina & humana vniuntur extrinſece: ergo non ſuppoſitatur natura humana à Diuina: Hoc falſum, ergo, & ſic concluditur, quòd ceſſante actu aſſumptionis terminus ad quem dicitur eſſe vnitum, ideſt Chriſtum eſſe.

ARGVMENTA
In oppoſita.

ILLVD dicitur eſſe terminus alicuius actionis quod acquiritur ex actione & non præexiſtit actioni: ſed ſic eſt quòd vnio paſſio acquiritur in aſſumptione, ergo erit terminus ad quem. Maior eſt clariſſima Minor probatur. In aſſumptione præexiſtunt hæc. Natura diuina & natura humana. 2. Perſona diuina 3. Relatio, quia natura diuina & natura humana habẽt relationẽ & ex ipſis conſurgit ſolum vnio paſſiua, quia verbum aſſumit, & humana natura aſſumitur, ergo vnio paſſio terminus. *Duram.*

Præterea argumentatur à ſimili. Sicuti in motu locali mobile terminatur ad vbi quod eſt reſpectus extrinſecus, cum ſit circumſcriptio paſſiua corporis locati à loci circumſcriptione, ergo & aſſumptio humanæ naturæ à diuina poterit terminari ab vnione paſſiua licet ſit reſpectus extrinſecus, ergo erit terminus ad quem. *2. Arg.*

Scoti ratio quòd relatio ſit terminus, imaginatur hoc modo. Fundamentum tripliciter conſideratur.
Primomodo ſine relatione } Primomodo ſine relatione, vt in ſimilitudine. Quãdo po-
Secundomodo cum relatione neceſſario & } nitur fundamẽtum ſine oppoſito termino. exem. Detur, *3. Arg. 3.*
Tertiomodo cum relatione contingenter. } quòd ſolus Aloyſius frater meus ſit albus: albedo non facit relationem quia caret termino oppoſito. Tamen ſi naſcatur alter ſtatim ex illa albedine fit ſimilis illi.

Secundomodo cum relationæ neceſſaria. Nam poſita creatura neceſſario ſequitur relatio ad Deum createm: quia ibi effectus pendet à cauſa.

Tertiomodo contingenter: quando poteſt eſſe & non eſſe relatio, & hoc verum eſt quotieſcunq; fundamenta ſunt abſoluta. Nam dicit ſcotus. Imaginare quòd materia, & forma, vel corpus organicum, & Anima ſeparata ſint per ſe: vel quantitas & ſubſtantia panis: Tunc vnio inter iſta dicetur eſſe contingens, poſſet eſſe & non eſſe. Stantibus his dicit q; vnio aliquorum dicitur eſſe contingens, quia poteſt eſſe non eſſe. Ratio quia ſunt abſoluta. Ideo cum Diuina & humana natura ſint abſoluta habebunt vnionem contingentem. Tunc ſic arguit.

Quod non in eſt neceſſario alteri ſi debet acquiri oportet vt per motum, vel mutationem acquiratur, ergo cum vnio, vel relatio, vel reſpectus naturæ humanę cum diuina non ſit neceſſario, neq; in diuina neq; in humana natura cum ſint abſolutæ, oportet vt aquiratur permutationem & motum. Sed quod acquiritur, per motum eſt terminus ad quem, ergo relatio erit terminus aſſumptionis. Exem.

Si corpus & locus ponantur ſeparati, non neceſſario ſequitur. Vbi, quod eſt circumſcriptio loci, & vbicatio: ergo oportet vt corpus moueatur ad locum: & ſic eſt ad relationem extrinſecã, ergo terminus ad quem extrinſecum erit relatio.

RE-

RESPONSIONES

Argumentorum.

AD Durandum. Negatur quòd vnio passio in assumptione sit terminus ad quem: quoniam transit vnio, & terminus manet, sed quod acquiritur est esse vnitum: & esse Christum.
Ad secundum & ad Scotum, quando dicitur, quod in loco vbi acquiritur. Respon. quòd vbi non est vere terminus ad quem, sed terminus ad quem dicitur esse acquisitio perfectionis in subiecto mobili. Nam omnis motus dicitur esse ab imperfecto ad perfectum. Illa perfectio dicitur esse in loco, non ratione vbi, vel respectus, aut loci, sed ratione conservationis; alia vero vt vbi, & respectus consequuntur, sed non sunt principales termini; Sic Vnitum esse; Et Christum esse, assumptionis terminum ad quem asserimus, & tenemus. Hæc pro præsenti, In seq. explicato Distinctionem Magistri sent. tertiam in ordine, in qua quærit de sanctificatione Beatissimę Virginis Mariæ.

LECTIO QVINTADECIMA

Dist. 3. ## Super Distinctione 3. Magistri sen. in qua ostendit quomodo virgo fuerit sanctificata ante verbi æterni Incarnationem.

Ideo assignabo continuationem: Quid sanctificatio, } Quot modis dicatur sanctificatio; Conclusionem probabo. } Dubitationem adducã. & solutionem ostendã,

Quo ad primum de sanctificationis quidditate. Scire oportet quòd sanctificatio nil aliud sonat nisi aliquẽ de non sancto sanctum facere: & de sancto in sanctitate confirmare, confirmatoq; sanctitatem manifestare. Rom. 6. De hac Paulus inquit Romano: 6. Nunc autem liberati à peccatis serui facti Deo habentes fructum in sanctificatione.

1. Thessalo. c. 4. Idem ad Thessa 1. cap 4. Non vocauit nos Deus in immunditiam sed in sanctificationem. Ideo dicebat Paulus. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.

Hæc autem duobus mediis acquiritur gratia scilicet, & charitate infusa. Per gratiam homo à peccatis mundatur. Et per charitatem purgatus Deum toto corde diligit, præceptaq; obseruat. Hæc autem suscipitur in sacramentis Ecclesiæ & potissimum in Baptismate, & pœnitentia inquibus gratia, & charitas infunduntur a S.S. De his Gerson. Alexander De Ales. Ioa. Bacho. & omnes Doctores scholastici. Quo ad secundum de multiplici sanctificatione. Nam sanctificatio sumitur quinq; modis.

3. p. q. 9. mem.

Primomodo vocatur Dedicatio,
Secundomodo ostensio,
Tertiomodo continentia,
Quartomodo Puritas,
Quintomodo Gloria. } Primomodo sanctificatio vocatur dedicatio. Ideo quando quis à prophanis cultui diuino dedicatur vocatur sanctificatus. Hinc legitur leuitici 8. quod Nazarei erant inter populos sanctificati; quia seruiebant cultui diuino; eranto; Sacerdotum coadiutores. De his consecratis, fuerunt filij Aaron in quorum consecratione multa fecit sacrificia. Hinc vt legitur, Numeri 6. fecit Deus multa præcepta consecratis.

Præcepta leuitarum. Primum, quòd nouacula non transibat caput eius: nam sanctus dicebatur dum cęsaries eius crescebat.
2. quòd nec vinum; nec acetum ex vino, nec vuas recentes, siccasq; sumere poterat, ne ebrietati vacaret.

Nume. 6. 3. Omni tempore consecrationis suæ mortuum ingredi non poterat: Et si casu quis moreretur coram illo oportebat radere cæsariem offerreq; tria. Duos turtures; Agnum anniculum: & canistrum panum arzimorum qui conspersi sunt oleo. Improprie etiam dicere possumus, quòd vestes: vasa: & Altaria sunt sanctificata, quia sunt benedicta ad diuinum cultum. Sic tabernaculum fuit sanctificatum in lege veteri & vasa templi.

Exo. 10.

Secundomodo sanctificatio dicitur esse ostensio sanctificatorum. Hoc modo miracula dicuntur esse multoties sanctificatorum signa, quia non semper arguunt sanctitatem, cum & mali etiam Deo promittẽtem miracula faciunt, vt sacræ attestantur paginæ.

Tertiomodo sanctificatio vocatur continentia. Hoc modo dictum fuit Dauid à Sacerdote si pueri qui volebant sumere panem consacratum erant in vasis sancti? ideest continentes à mulieribus ita inquit Glossa.

1. Reg. 21. Quartomodo sanctificatio dicitur esse puri à quocunq; peccato actuali, & originali: Hoc modo dicimus q Beata Maria per Gratiam sola fuit immunis à peccato, & Christus natura, cum à spiritu sancto fuerit conceptus.

Phy. Quintomodo sanctificatio sumitur pro glorificatione. De hac Ps. Exultabunt sancti in gloria: lęta incubuis. Stãte hac multiplici acceptione sanctificationis. Quæritur à Theologis. An Maria Virgo fuerit sanctificata? Ideest. An fuerit ita sancta, quòd in sua conceptione originali culpa anima nullo modo infecta fuerit? Duæ sunt scholæ. Altera tenet quòd fuit infecta originale culpa. Altera tenet oppositum, Nos cum Doctore nostro & cũ alijs quàm plurimis tenemus nullomodo infectam fuisse. Pro cuius declaratione obseruo duo. Alterum penes carnem virginis. Alterum penes animam.

Penes carnem. Quia Deus carnem illã Virginis descendentem ab Anna & Ioachim sterilibus purgauit ab omni fœditate, & imperfectione con causante peccatum:

Pœnes animam. Quia carni sic purgatę & sanctificatæ vniuit animam plenam gratia, Et sic dicimus absolute quòd nulla originali macula, infecta fuit. Probatur à minori ad maius.

Certum

Certum est quòd Virgo Maria excellentior fuit omnibus sanctis, ergo Ioanne Baptista & Hieremia: sed isti in vtero materno sanctificati fuerunt ab originali post animationem, ergo Virgo maria ante animationem ideest, caro sua & purgata, & sanctificata fuit.

Præterea D. Anselmus de con. virginalis. Decebat, vt illius conceptus fieret de matre purissima & ea puritate, qua maior sub Deo nequit intelligi. Tunc sic. Sub Deo fuit puritas Angelorum & primorum parentum, sed in sui creatione & natali nullum contraxerunt peccatum, ergo à fortiori Maria Virgo nullam contraxit maculam.

Præterea inquit Michael N. Carmelita D. 3. con. 3. Quotiescunq; dantur extrema, datur & medium, dantur calidum & frigidum, ergo & tepidum. Tunc sic.

Datur aliquis qui peccatum originale cõtraxit quo ad causam & effectum scilicet quo ad carnem, & quo ad animam: vt vnusquisq; homo descendens per concupiscentiam, & propagationem.

Datur aliquis, qui non contraxit neq; quo ad causam neq; quo ad effectum: quia anima & caro fuerunt sanctificata: vt patet in Christo qui de S.S. fuit conceptus, ergo inter ista oportet dari medium: sed medium est dupliciter.

Vel quod aliquis contraxit originale quo ad animam & non quo ad causam, sed est impossibile, quia effectus causam supponit.

Vel quòd contraxit causam sine effectu: Hoc est quod caro fuerit infecta & non anima quia sanctificata fuerat: & hoc modo dicimus quòd fuit Maria virgo. Et hoc argumentum est insolubile.

3. Per naturam potuit esse sine macula originali. Nam si permansissent primi parentes tunc filii absq; mãcula originali nati fuissent, ergo non debet negari per gratiam.

4. Præterea Omnes scripturæ explicant quod Archa Domini & vrna aurea inqua Manna positum fuit significabãt Bea. Mariam. Archa significabat corpus Virginis: Vrna mãna plena, animam virginis plenam gratia, Et sicut Archa erat optime constructa per polita, & ornata argento, auro, gemmisq; præciosis antequã reciperet manna. D. Dauid sanctificauit Tabernaculum suum altissimus. Sic caro Mariæ ante animæ informationem erat ab omni labe originali mundata & defæcata. Exo. 25.

Ideo August. in lib. de Natura & gratia inquit. Excepta Beata virgine, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur habere volo quæstionem. Ecce quomodo loquitur absolute de peccatis: & nullũ prorsus vult habere dubium propter Domini honorem. Nõ erat, Domino, honor ergo, q Eua producta fuisset de Adamo sine vlla macula, & ipse de Matre peccati infecta fuisset natus. Idẽ asserit Concilũ Tridentinum sessione, quarta: d. quòd non vult compræhendere Beatam. Virginem cum de peccato originali agit, ergo. Lib. 3. c. 3. Idem. concil. Tri. sess. 5.

Præterea. Minus est venialiter peccare quàm mortaliter: sed Virgo Maria venialiter non peccauit, ergo nec mortaliter, ergo non originaliter cum sit mortalis culpa.

Ideo dicit Mag. in litera quòd Mariam totam præueniens à peccato purgauit spiritus S. Obseruate diligentiam Mag. Nam dicit, totam quia ab omni peccato. Dicit totam, quia non solum in anima sed in carne. Dicit præueniens, quia cum de sui conditione peccare poterat præuenta fuit diuina gratia, ne peccaret. Nam fecit Deus cum Maria, vti amicus qui videns aliquem necessariò casurum in lutum: spinas: & lapides: vel suppturum: venenum, & sic offendi & mori, ipsum præuenit, & impedit, ne cadat, venenunq, bibat: Sit Deus præuidit Mariam in originalem ex concubitu casuram, venenumq; bibere Ideo eam præuenit Gratia sua, & immunem illæsamq; seruauit. Conclusio, ergo sit cum Doctore Nostro Ioa. Bacho. cum Michaele, & cum scotistarum caterua, eam nullam habuisse originalem culpam.

Insuper dicamus quòd inter acerrimos huius opinionis defensores fuerunt Carmelitæ apud Gallos, Ideò quando sedes Pontificia Auinioni tenebatur Summus Pontifex cum Cardinalibus in die Concæptionis sermonem in laudem Virginis audiebat à Carmelitis, missamq; maximo apparatu, vt dicit Ioan. Bachonus, celebrabant. Not.

ARGVMENTA

Oppositа quòd in peccato fuit concepta. Contra hanc opinionem insurgunt alij Doctores scilicet. S. Thomas S. Bona. & explicant multos Doctores ad suа sententiæ defensionem tenentes, quòd in originali fuerit concepta: & quòd anima contraxit originale, sed postea sanctificata fuit.

INCONCEPTIONE Virginis Mariæ fuit libido, ergo fuit peccatum. Patet ex Ioa. qui dicit. Si dixerimus, quòd peccatum non habemus ipsi nos seducimus, ergo & Beata Virgo. D. Paulus. Omnes in Adam peccaue. Ideo inquit Ber. Assero Virginem Mariam de spiritu S. concepisse, sed non conceptam fuisse. Respon. fuit purgata, igitur habuit peccatum. Bo. D. 3. q. 1. & 2. Roma. 5. 1. Ioan. 1.

2. Præterea, ergò Passione Christi non indiguit: sed hoc contra sacram scripturam d. Aug. omnes in Adam pecca. At Deus venit saluare peccatores, ergo Respon. fuit præuenta. Vt medicus qui ante languorem medicinam præbet.

3. D. Augustinus. lib. 1. Retractationum c. 8. Omnis pœna iuste inflicta arguit culpam: Maria multas sustinuit pœnalitates, passa fuit dolores: labores, Igitur culpam habuit Respon. idem valeret de Christo sed hoc falsum. Præterea pœna patitur vel pro sua culpa, vel pro aliena Non pro sua sed pro aliena passa. 3. Passa fuit quia poterat esse in illa peccatum. Contra inquit S. Thomas. 3. p. q. 27. ar. 1. in corpore quæsiti. 5. Tho. 3. p. q. 27.

Certum est quòd culpa non potest mundari sine gratia, vt desumitur à Diuo Dionysio lib. de Diui. Nom. c. 12. sed subiectum gratiæ dicitur esse sola anima rationalis, ergo Beata virgo non fuit ante animationem sanctificata. Sanctificatio supponit peccatum, sola rationalis anima est peccati susceptiua, ergo primum fuit peccatum, subinde sequuta fuit sanctificatio. Respon. quòd sanctificatio est duplex.

Alt era

Altera quæ dicit iustificationem. } Prima sanctificatio non fit nisi in anima rationali. } Hęc fuit
Altera quæ dicit purgationem. } Secunda fit etiam in re non rationali. } in carne
Mariæ Virginis.

Præterea peccatum non erat in carne formaliter, erat tamen materialiter, ideo lauari poterat. Hæc pro præsenti. In sequenti agam de fomite. An fuerit extinctus.

LECTIO SEXTADECIMA.

Super secunda parte Magistri. An fomes fuerit omnino extinctus. Vbi videbimus quid fomes. 2. quomodo extinguatur 3. An in Beata Virgine penitus sit extinctus. 4. soluemus difficultates.

Quo ad primũ de quidditate fomitis. Vt clarior fit quidditas dicam primum, q̃ fomes sumitur quadrup.
Primomodo significat assulam quandam ex arbore decisam, & dicitur tabella minuta & subtilis.
Secundomodo significat quamcunq; materiam siccam facile ad inflammationem: sic etiam materia illa qua nocte vtimur ad scintillas excussas ex Silice suscipiendum, dicitur fomes. Ideo Virgilius 1. Anei. Ac primũ silicis scintillam excudit Achates.
Tertiomodo fomes dicitur quicquid facilè accendit, inflamat, inclinatq; animum, ad aliquod per agendũ Hinc vinum quandoq; dicitur fomes, sic pulchritudo ad luxuriam.

3. quoli. q. 10. Tho. inquæsti. disput. q. 4. ar. 5. de Malo. Gabri. 2. lib. Dist. 30. q. 2. ar. 3.

Quartomodo sumitur fomes apud Theologos & precipuè apud O Kam. S. Thomam & Gabrielẽ Bielam cum Doctore N. quòd est qualitas carnis inordinata, inclinans appetitum sensitiuum ad actum disformen. & vitiosum in habente iuditium rationis. Vbi dicunt sex præcipua, quæ faciunt ad dilucidationem.

Primum dicunt quòd est qualitas, } 2. Dicitur qualitas, quia est accidens disponens subiectum ad malum. Ideo S. Thomas vocat languorem naturæ. Et est de prima & de secũda specie qualitatis: est de prima quia est habitus: est de secunda specie quia est in nobis à natura. Nam natura sumus ad malum proni d. Paulus. Nõ quod volo bonum hoc ago: sed quod nolo malum facio, idest inclinor ad malum. Dicitur
2. in ordinata,
3. In carne,
4. Ad actum diformen
5. Vitiosum,
6. In rationalibus.

qualitas inordinata non solum, quia inordinate nos ad peccatum incitat, sed quia sequutus fuit ex inordinatione primorum parentum. Nam ante peccatum nullus erat fomes.

Dicitur esse in carne, quia contrahitur à parentibus qui nos cõcupiscentia generãt. Dicitur ad actum disformen, & vitiosum quia ad concupiscentiam, & concupiscentia est desiderium, & affectus nimis immoderatus circa res commutabiles, & venereas.

Dicitur ad actum vitiosum & disformen: quia aufert gratiam & virtutes quæ sunt formæ: decor & pulchritudo animæ.

Dicitur in rationabilibus: quoniam bruta ducuntur ab instinctu naturali suis in operationibus, in quibus ordo debitus, & naturalis obseruatur. Ex ijs modo Doctores quærunt. An fomes iste in Beatissima Virgine fuerit omnino extinctus? Ideſt. An Beatissima Virgo fuerit sic sanctificata quòd non peccauerit actu: nec inclinabatur ad peccatum; quia virtus rationalis, & gratia infusa inferiores virtutes totaliter refrenabant? In hac re sunt multæ opiniones & præcipuę S. Thomæ. Bona. Bielis, & multorum patrum.

Prima opinio dicit quòd fomes in prima sanctificatione remansit quo ad essentiam sed ligatus.

In secunda verò conceptione fuit omnino extinctus. In prima habuit magnam gratiã, in secunda plenarijssimam gratiã. Secunda Opinio dicit quòd in Virgine sunt duo consideranda. Alterum spectans ad personam: Alterum attinens ad naturam. Si consideretur fomes quo ad personam Virginis fuit extinctus, quia ex gratia facta fuit ita contemperata & concinnans, vt nunquam peccaret. Si vero consideretur quo ad naturam, dicit quòd in secunda sanctificatione ideſt in conceptione filij fuit omnino extinctus, quia poterat emittere prolem absq; culpa mortali, & veniali.

3. Opinio dicit quòd fomes dupliciter pensatur. Vel quo ad malum? Vel quo ad bonum. Si consideretur quo ad malum fuit sublatus, quoniam Virgo Maria nullam ad malum inclinationem habebat. Nam ex gratię copia vires inferiores nunquàm mouebantur sine rationis arbitrio. Si vero consideretur quo ad bonum non fuit omnino sublatus, quia difficultatem sentiebat.

4. Opinio S. Thomæ & Bona. asserit quòd in prima sanctificatione Virginis, fuit consopitus & ligatus: In secunda fuit omnino extinctus. S. Bona. explicans hoc dicit Spiritus S. bis sanctificauit Virginem.

Prima sanctificatio fuit in mente. } In sanctificatione mentis tantam dedit gratiam vt redundaret in
Secunda fuit in carne, } sensualitatem: vnde sensualitas & fomes frenarentur, quòd non possint absq; ratione aliquid velle.

In sanctificatione verò carnis in qua descendit S. S. fabricando ædificium, stupore dignum, corporis Domini Nostri radicitus omnem concupiscentiam & fomitem subtraxit.

Sed quia omnes istæ opiniones supponunt vnum quod nos non tenemus, videlicet quòd prima sanctificatio fuerit in tota persona Virginis, non primum in carne, & postea in anima, sed post contractionem mortalis culpæ originaliter: Ideo dimitto & illas & accedo ad opinio. N. Doctoris: scoti, & sequatiũ, dicẽdo. Quod

Cant. 4. fomes in prima sanctificatione Carnis Virginis fuit omnino sublatus, & extinctus. Hanc conclusionẽ probo.

Auctoritate, } Auctoritate, Nam inquit Salomon. Tota pulchra es amica mea: & macula non est inte.
Ratione &, } Vidit quod futurum erat. Vidit totam pulchram quo ad animam & quo ad corpus,
Figura } ergo nulla culpa, ergo nullus defectus, ergo non erat fomes cum faciat animam turpem & corpus deforme.

Probatur ratione. Nullus Angelus in cœlo confirmatus habet peccatum, nec potest peccare, ergo nec Beatissima Virgo, probo. Quia Beatissima Virgo Maria dignior est quocunq; Angelo, cum sit Dei mater, ergo nec peccauit, nec potuit peccare, ergo omnino fomes fuit in prima carnis sanctificatione extinctus.

Præterea

Præterea fomes est pœna originalis culpæ, ergo non fuit in Maria: patet Quia caruit originali culpa. Præterea fomes est rebellio viriũ inferiorum contra rationem, de qua dicebat Paulus, sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; sed in virgine nulla fuit rebellio. Nam in omnibus obsequentissima fuit Deo, ergo.

Præterea apparet in figura Ezech. cap. 43. Ecce gloria domini Dei Israel ingrediebatur per Viam orientalem, & terra ipsius splendebat à Maiestate eius. Quæritur, quæ sit via ista orientalis & terra & splendor? Resp. quod via orientalis est Maria Virgo, in qua orta est uia Nostra Christus Terra est caro virginis: splẽdor est sanctificatio Mariæ in carne à qua purgata fuit ab omni labe originali & per consequens à fomite, & inclinatione ad malum.
Maiestas postea Christus ex ea natus, ergo certum est ipsam sine fomite fuisse.

ARGVMENTA.

Contra opinionem istam.

Ar. 1.

REPVGNAT sanctis Doctoribus ergo falsa. D. Damascenus super Lucam. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: d. quod virgo dolores quos in partu fugit substinuit in passione vnde perturbata fuit, sed perturbatio est rebellio quædam à sensu rationi Hæc à fomite ergo.

Inquæstio. vester. testamenti ac noui.

Idem Aug. explicans hanc eandem propositionem & tuam ipsius animam pertra. Inquit quòd Maria per quam incarnationis mysterium factum est, dubitauit; Tamen in dubitatione non permansit, ergo si dubitauit infide, ergo potuit peccare Nam dubitatio, vel de Deo, vel de Christo, ergo fomes fuit.

2. D. Beda in quadam homilia. Maria hominum frequentiam fugiebat ne orantis silentium perturbaretur aut, virginalis castitas tentaretur, ergo si tentari potuit & peccare, ergo fomes fuit.

3. Præterea D. Damas. quòd S. Sanctus superuenit in Mariam purgauitq; eam ante filij conceptionem, ergo defectus, ergo.

RESPONSIONES

Argumentorum.

AD primum & secundum Damaseni & August. dicendum quòd argumenta nõ concludunt, quòd vbi turbatio, ibi sit etiam fomes Nam & Christus turbauit semetipsum, tamen nullum fuit peccatum, sic permittitur turbatio in Virgine vti mors & similes pœnalitates quæ ostendunt veram humanitatem.
Ad illud quòd virgo dubitauit. Respon. est fallacia æquiuocationis: Fuit apparens dubitatio & non realis. Ad illud quòd fugiebat hominum freq. Respon. quòd tentari significat impediri, sed non corrumpi, & in culpã concidere. Ad illud de purgatione dico quòd eodem modo peccat per fallaciam æquiuocationis. Nam purgare significat duo Primum significat mundare, lauare, & culpam, maculanq; leuare, & hæc non fuit à spiritu S. in Maria in Conceptione filij, quia iam erat mundata & sanctificata ab omni peccato, & fomite. Secundo significat magis illustrare illud quod mundatum erat, & lotum: Non per adeptionem fomitis, aut tenebræ, sed per additionem maioris luminis: Majoris cognitionis. Nam poterat esse sine capacitatis intelligentia, & de facto erat incapax quomodo verbum diuinum poterat assumere humanam carnem? quo modo æternum poterat à tẽporali terminari? Quomodo infinitum à finito? Ideo dixit Ang. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Ecce nesciebat modum istius conceptionis: & ideo purgatione ignorantiæ indiguit. Exemplum habemus de Angelis. Nonne Dionysius inquit in lib. de Eccl. Hyerarchia, quòd Angeli dicuntur purgari? Tamen omni carẽt peccato & fomite. Respon. dicitur esse purgatio ab ignorantia alicuius mysterij occulti per reuelationem. Sic de Maria S.
O fomes est ad exercitium: exercitium ad meritum, ergo si virgo erat Viatrix & mereri poterat, ergo debuit derelinqui. Idem Paulus stimulus carnis datus est mihi Respon. Dari aliquid ad exercitium stat bifariam vel cum honore, & hoc modo debet derelinqui. Vel cum dedecore, & hoc modo non, stimulus & fomes arguunt naturã peccatricem: Ideo cũ peccatũ dicat dedecus virgini excellentissimæ non debuit derelinqui, ergo. Hæc sufficiant. In seq. Videbimus aliam partem Mag. in qua quærit. An Christus debuit decimari in lumbis Abrahæ?

2. Corin. 12.

LECTIO DECIMASEPTIMA

In qua quæritur An Christus debuit decimari in lumbis Abrahæ? In hac lectione videbimus multa perutilia, & in contionibus multum coadiuuantia, circa decimationem.

IDCIRCO vt ordinem obseruemus & cum ordine breuitatem, & cum breuitate absolutam rationem quæsiti de monstrabo quinq; potissima.

Primum, erit circa nomen Decimæ. } 3. Circa causam dandidecimas, } 5. Circa difficultates ac
2. Circa multitudinem. } 4. Circa conclusionem. } solutiones.

Quo ad nomen. Scire oportet quòd apud omnes sapientes in Theologia & aliis artibus dantur iste voces, quæ magna germanitate conueniunt, & concurrunt.

Videlicet

Videlicet primitiuum Primitiæ & Decimæ. } Primitiuum dicitur esse omne id quod est principale & primum in quacunq; re, & quod aliunde non ducit originem. Hoc pacto prima verba quæ non dependent ab alijs primitiua dicuntur. Hoc modo Christus in Resurrectione dicitur primitiuus, quia est Primus quia non aliunde quàm à seipso dicitur resurgere.

Mag. 3. d. 3. Hoc pacto dicitur etiam in Ecclesia primitiuus tum quia est caput: Tum quia carnem assumpsit in sui prima conditione videlicet innocentiæ, quia sine macula, licet non sine pœna assumpta fuit.

Primitiæ, dicuntur primi fructus cuiuscunq; rei, siue sint naturales, siue artificiales, siue ex arboribus vel animalibus, vel artificijs.

Decimæ vero significant decimam partem quarumcunq; rerum quæ soluuntur sacerdotibus. Istæ autem decimæ apud omnes Theologos & Cano. sumuntur quadrifariam: videlicet,

Alexan. 3. p. fu. S. Thomas. 3. p. q. 27. ar. 8. S. Bona. 3. D. 3 Gene. 28.

Moraliter, Iudicialiter, Figuraliter & Sacramentaliter. } 2. Moraliter: & sic decima, est pars omnium rerum assignata sacerdotibus ad vitę substentationem, quæ dicitur competere Deo pro ministris & suæ sponsæ Ecclesiæ. Iudicialiter; quia ante legem datam erant solum de consilio: Ideo Iacob vouit decimas, quod vouere non potuisset si fuissent de præcepto; sed post legem erant ordinatæ & necessario oportebat eas dare: Ideo dicuntur ex præcepto, & lege. Figuraliter; quia præfigurabant Christum futurum medicamentum humanæ naturæ. Sacramentaliter, quia sunt Sig. perfectæ curationis à Christo Iesu operatæ in Cruce, ex qua sunt sacramenta. Hinc legimus Geneseos. 47. Quod sacerdotibus ex horreis publicis dabãtur cibaria in Ægypto sic legitur exo. 25. & Num. 8. q

Plini. lib. 18. cap. 2. Decimæ & similia debebant dari. Idem mos erat apud gentiles quòd vuas, aut nouas fruges non prius degustabant Patroni quàm sacerdotes delibassent.

Idem Malachias ponit c. 3. Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea. Idem Pharisæus attestatur in Euangelio Decimas de omnium quæ possideo.

Ideo Hierony. Sanctus dicebat. Qui decimas fraudat, facit cum furto sacrilegium. Hinc penuriæ: tempestates: siccitates & huiuscemodi incommoda ex non solutione decimarum proueniunt, vt inquit S. Augu. & alij. Stãtibus his modo accedo ad propositum. An Christus fuerit decimatus in lumbis Abrahæ? I. an solutæ fuerint decimæ pro Christo sicuti pro aliis quando Abraham obtulit Decimas Melchisedech? Respondent omnes Doctores quòd pro Christo non fuerunt factæ decimæ: Probatur.

Decimæ significabant, & figurabant curationem à peccato: sed Christus fuit omnino à peccato immunis in lumbis Abrahæ, ergo pro illo non fuerunt solutæ decimæ.

Super Gene. cap. 10. Maior est August. super Genesim cap. 10. & Glossa notat. Nam qui in lumbis Abrahæ erant poterant peccare, quia secundum concupiscentiam carnalem oriebantur, ergo pro illis soluendæ erant decimæ. Minor est clarissima non pro Christo, quide spiritu S. erat nasciturus sine peccato, ac sine potentia peccandi.

Præterea Omnis seruus prætio redimendus est: ergo Christus non fuit liberandus, quia natus est liber. Tunc sic. Natus est de Virgine & modo quo erat in lumbis Abrahæ: sed de Virgine natus est liber & dominus, ergo in lumbis Abrahæ liber, ergo non erat prætio liberandus, ergo non fuerunt pro eo decimæ solutæ. Præterea Inquit Aug. vti apparet in litera Magistri. Eo modo fuit in lumbis Abrahæ sicuti fuit in lũbis Adami: Sed in lumbis Adami fuit liber à peccato, ergo & in lumbis Abrahæ, ergo cum decima fit ratione peccati oportet dicere quòd nullomodo fuerit decimatus.

Præterea Dicit Mag. Christus assumpsit primitiã nostræ massæ: Reddit rationem. Quia non carnem peccati accepit sed similitudinem carnis peccati. Non carnem peccati. Quia inquit Aug. Caro illa non per ardorem & concupiscentiam à matre fuit concepta sed per gratiam & amorem. Sed similitudinem carnis, quia accepit veram carnem, & carnem passibilem, & mortalem, ergo non indiguit Decimatione.

Præterea Medicina non indiget curatione, sed curat ægrotum: ergo Christus non fuit decimatus probatur. Decima figurabat medicinam uulneris peccati: Christus est medicina, ergo non fuit decimatus.

Hebræ. 7. Duo sacerdoti. Alterum. Melchi. Alterum leuiticum. Primum maius. 2. minus. 4. de causis. Primo ratione Oblationis. 2. Benedictionis. 3. Translationis. 4. Iuramenti.

Præterea Paulus dicit Ecclesiæ Hæbreorum, quòd duo fuerunt sacerdotia apud antiquos. Primum sacerdotium & maius dicitur esse illud Melchisedech; Secundum & minus fuit leui: probat multiplici ratione quod fuerit maius.

Primo quia sacerdotium Leuiticũ obtulit decimas Melchisedech, Nam Abraham in cuius lumbis erat tribus leuiti ca in qua erat sacerdotalis dignitas, obtulit decimas Melchisedech: sed qui soluit alteri tributum, est minor illo, ergo minoris dignitatis erat istud leuiticum, & Aaronis sacerdotium. Melchisedech dignitate sacerdotali.

2. Abrahã fuit benedictus à Melchisedech, ergo minor. Patet, inquit Paulus sine vlla cõtradictione quod minus est, benedicitur à maiore.

3. Illud est altero maius quod manet ineternum, vel magis durat quàm aliud, sed sacerdotium Melchisedech magis durat quàm leuiticum. Nam leuiticum & Aronis fuit translatum, Melchisedech autem non fuit translatum ergo.

4. Melchisedech fuit confirmatus iuramento, Iurauit Dominus & non penitebit eum: Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech: sacerdotium leuiticum, non, ergo maius. Ex ijs arguũnt Doctores. Christus figuratus fuit in sacerdotio Melchisedech: At Melchi. recepit & nõ dedit decimas, ergo Christus non fuit decimatus. Hinc apud Canonistas pulcherrima oritur quæstio. An cum decimæ arguant maximam dignitatem. Pontifex possit concedere Imperatoribus, Regibus, Ducibus ac Reip. Decimas? Aliqui tenent quòd nullo pacto debet.

Cum sint de iure diuino quod à nullo mutari possit; eum sint pro sacerdotum substentatione: cum etiam sint ad Imperium supremum ostendendum. Immo nec sibi ipsi potest applicare decimas cum sint communes, & communia non debent fieri propria vt dicit Canon. 12. Q. 1. c. Res. Tamen sanior pars concludit, q decimæ possunt concedi Imperatori, & Principibus, & sibi, obseruatis causis debitis,

Prima respicit tuitionem pauperum: secunda defensionem fidei, tertia constructionem hospitalium: & ædificationem ecclesiarum. Hoc modo concedendæ sunt, & non alia ratione. Obseruant tamen quòd aliud est concedere decimas: & aliud est concedere ius petendi decimas: Concedit decimas sed non concedit Ius petendi. Primum arguit charitatem, secundum ostendit Maiestatem.

Ita potest applicare & concedere, propter easdem rationes: Vel quia non sufficiunt ad personam suam publicam substinendam proprij redditus, hinc quærit auxilium. Hoc patet Numeri. 18. vbi dicitur quòd leuitæ summo

summo sacerdoti soluebant decimam decimæ ex Mandato Domini, ergo possunt & nostri summo patri xisto decimas soluere. Ex ijs igitur concluſum habemus Christum non fuisse decimatum in lumbis Abrahæ. Modo sunt aliquæ difficultates per soluendæ, quòd fuerit decimatus in Abrahamo.

DVBIA QVOD

Christus fuit Decimatus.

Caro Virginis fuit decimata in lumbis Abrahæ quia erat obnoxia peccato, ergo & Caro Christi fuit decimata. Probatur quia caro Christi est à Virgine. *1. Arg.*

Abraham fuit pater Christi, vt dicit eloquiuum diuinum liber Iesu C. f. Abraham: Sed Abraham dedit Melchisedech decimas, ergo & Christus cum esset in lumbis patris. Filius non est pater maior, ergo si pater dat, & filius. *2. Arg.*

Quicquid conuenit causæ conuenit & causato. Nam si materia per se est causa motus, ergo omne materiale mouebitur. Tunc sic Decima datur per se ab Abraham patre, ergo & Christus dabit. *3. Arg.*

Omnia quæ sunt in radice communicantur stipiti, trunco, & fructibus, ergo si Abraham erat radix Christi; si decimatus fuit per se, & pro se, ergo & pro filijs, ergo pro Christo quòd est primus filius. *4. Arg.*

RESPONSIONES,

Argumentorum.

AD primum Caro Virginis fuit caro Christi erat in Abraham, ergo & illa Christi. Respon. quòd est sophisma penes accidẽs Nã Essendi modus variatur. Mariæ Caro erat in lũbis Abrahæ per generationem seminalem, per propagationem, & legem concupiscentiæ, & sic caro illa ob noxia erat peccato: Caro autem Christi erat in lumbis Abrahæ non vt conciperetur modo, & vi naturali, sed vi supernaturali absq; concupiscentia: & sic soluuntur. 3. & 4. argumentum.

Ad 2. dicitur Filium esse maiorem patre stat dupliciter. Videlicet.

Communiter & Spetialiter, } Communiter nunquàm filius est maior patre, spetialiter sic. Apparet in facto, quòd pater Pontificis est minor filio secundum spetialem gratiam Et sic pater soluit decimas sacerdoti simplici, & filius nulli soluit, ita Christus est maior Abrahamo gratia singulari diuinitatis & gratia. Ideo Abraham soluit & non soluit Christus. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus quomodo Christus fuit statim productus quo ad corpus.

LECTIO DECIMAOCTAVA,

Super vltima Partè Distinctionis tertiæ in qua quærit. An caro Christi simul fuerit concepta à Spiritu Sancto et assumpta à Verbo? & Respondens inquit. Fuit simul concepta & assumpta. *Dist. 3.*

Ideo pro huiuscemodi intellectione scire oportet quòd diuina opera in triplici sunt consideratione. Quo ad productionis modum. Nam perpenduntur. *Spera in triplici gradu.*

In creatione, In Redemptione, Et In Glorificatione. } In creatione produxit quædam in instanti perfecta & omnibus numeris absoluta. Ista fuere. Natura Angelica: lux corporalis, firmamentum Elementa, stelle, Animalia, Homo, Paradisus terrestris, Animaquæ singulorum.

Nam in his non produxit partem post partem, sed totam substantiam: sed materiam & formam: sed esse essentiæ: existentiæ: & subsistentiæ simul.

In Redemptione pariter produxit eodem modo quædam simul & in instanti. Nam primum dicitur esse formatio sui corporis: transubstantiatio panis in carnem & vini in sanguinem. Nam dicta Verborum forma, statim panis fit caro, & vinum sanguis, Sic miracula fiunt in instanti, Vt Cæcorum illuminatio, claudorum deambulatio, & mortuorum Resurrectio.

In glorificatione similiter facit omnia in instanti. Nam corpora glorificata recipient quatuor Dotes illas, Agilitatis: subtilitatis: impassibilitatis & claritatis: quibus poterunt statim esse in cœlo, in terra, in oriente: occi. & alijs partibus, vt apparet in nostro sole. Nam statim vt orientalem tangit partem suos

emittit sine successione radios, & splendorem. Stantibus his, accedo modo ad probationem Magistri quòd Christi corpus fuerit simul conceptum, & assumptum, & quod conceptio fuerit in instanti, & probationes, fundamentum sumunt à multis modis, sed præcipue à duobus, nempè Ab.

Augustin. in lib. de Trini.

Auctoritate & A Ratione } Quo ad Auctoritatem clarissimum est. Nam inquit Augustinus in libro de Trinitate. Non ex vtero virginis prius caro concepta est, & postea diuinitas venit incarnem; sed mox vt Dei verbum in vterum venit factum est caro, seruata proprietate carnis, & factus est homo perfectus in carne & anima, ergo vera conclusio.

Aug. ad Petrũ

Idem asserit Aug. in lib. de fide ad Petrum. Firmissime tene, quòd Corpus Christi in instanti fuit organizatum, & ad perfectionem deductum,

Idem asserit S. Ambrosius in li. de Incarnatione. Nam inquit. In hoc mysterio incarnationis, multa inuenies secundum naturam, & multa vltra naturam. Secundum naturam inuenies materiã sanguinis desumptam à Beatissima Virgine. Vltra naturam inuenies potentiam infinitam quæ statim formauit ex materia sanguinea corpus & assumpsit, ergo in instanti fuit conceptum & assumptum.

Præterea hoc patet multis rationibus, sed quatuor potissimis.

Prima ratio est ex parte assumentis: 2. ex parte efficientis: } 3. ex parte concipientis 4. ex parte repugnantis. } Prima ratio ex parte assumentis. Assumens erat Verbum, Verbum est summa perfectio, perfectio habet suas partes simul. Cum igitur assumpserit hominem, ergo animam & corpus, ergo corpus perfecte organizatum erat, quia anima non est nata vniri corpori nisi sit perfecte organizatum, ergo simul & in instanti fuit conceptum & assumptum corpus, quia hoc opus est miraculorum miraculum.

2. Ratio sumitur ex parte efficientis: Nam inquiunt S. Thomas & omnes doctores. Efficiens & virtus operatur secundum suam vim. Ideo virtus & efficiens debile multum temporis spatium ad sui functionem, requirit, efficiens fortissimum paruum temporis spatiuum, Sic virtus infinita & efficiens infinitum nullum tẽporis spatium requirit, sed in instanti operatur.

3.p.q.33.ar.1. efficiens 3. Debile, forte Fortissimum ex infinitum.

Idcirco naturaliter loquendo Arist. & omnes Phi. negant dari motorem infinitum in vigore, quia sequeretur quòd motus fieret in instanti, quod repugnat rationi, vt sit motus & non mensuretur tempore, vt apparet. 8. Phy. tex. 76.

Igitur cum Incarnatio sit opus supra naturale, & sit à Spiritu San. qui est efficiens, & virtus infinita: sequitur necessario quòd fuerit in instanti, ergo simul fuit corpus illud conceptum & assumptum quo ad suas omnes partes.

3. Ratio sumitur ex parte concipientis. Nam concipiens dicitur esse Virgo Beatissima. Sed statim concepit filium, & fuit mater Dei cũ dixit Angelo, Ecce Ancilla domini fi. m. s. v. tuum. Sed non fuit mater Dei nisi quando Deus vnitus fuit animæ & carni, ergo si statim fuit Mater Dei, statim etiam fuit ille homo conceptus & assumptus, ergo in instanti. Quia S. Sancti gratia nescit tarda molimina.

4. Ratio sumitur ex parte credentis. Nam inquit S. Thomas. Ecclesia credit intrepide quòd in Christo sit vnica persona, & non sunt multiplicanda supposita. Tunc sic. Si caro fuisset primo concepta & formata & postea assumpta sequeretur quòd præcessisset aliqua hypostasis, ergo in Christo fuissent duæ hypostases hoc hæreticum, ergo simul & semel fuit concepsio, & assumptio.

Nam sicuti Deus ex costa Adami statim produxit Euam; sic ex Mariæ sanguine, statim produxit corpus animam creauit, & assumpsit verbum immensum.

31.c.

Hoc voluit dicere Hieremias Fœmina circundabit virum. Ideſt Beatissima Virgo in suo consensu, statim Spiritus Sancti gratia formauit corpus. Ideo dixit nouum faciet Dominus super terram. Nouum idest nouo modo, ideſt in instanti, ergo quia super naturaliter.

5. In incarnatione statim vt Spiritus Sanctus descendit in vterum Virginis communicauit naturæ humanæ idiomata diuinitatis. Nam dicebatur Homo ille, Deus, sed communicatio Idiomatum non fit nisi in subiecto completo & perfecto, ergo simul fuit conceptum & assumptum.

CONTRARIA

Conclusioni.

Arg. 1.

CONCLVSIO repugnat scripturæ sanctæ, ergo falsa. Probatur dixit Christus saluite templum hoc. Templum illud Salomonis quadraginta & sex annis ædificatum, sed istud templum vt inquit Augustinus 4. de Trini. congruit corpori Christi, ergo quadraginta diebus & sex fuit conceptum, ergo non in instanti.

Idem expressius ostenditur in lib. 83. quæstionum. Quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerunt in perfectione corporis Domini, ergo non in instanti.

Dicit Paulus quòd Christus debuit per omnia fratribus similari, ergo præcipue in illa parte quam assumpsit ab homine: sed ista fuit in carne, ergo sicuti cæteri homines non concipiuntur in instanti, sed successiue, sic & corpus Domini debuit successiue concipi, & assumi.

In

In conceptione sunt pensanda tria. Primum est decisio sanguinis; secundum est conuersio sanguinis in corpus tertiũ & est consolidatio membrorum. Sed ista nõ possunt esse instanti, ergo falsum est quòd dominicũ corpus fuerit in instanti conceptum, & assumptum. Maior est claritissima. Minor probatur Quia vna succedit alteri, & vbi successio; ibi motus: motus autem fit in tempore, ergo à primo ad vltimum non est conceptio, & assumptio in instanti. *Arg. 3.*

Nullũ corpus potest localiter moueri in instanti, ergo corpus illud non potuit concipi in instanti. Patet. Quia sanguis ex quo corpus Messiæ fuit formatum motus fuit ad locum generationis, ergo per tempus, ergo non instanti. *Tho. Arg. 4.*

Præterea corpus illud primo fuit sanguis subinde fuit caro, ergo si fuisset in instanti formatum sequeretur, quòd fuisset simul & semel sub duabus formis diuersis: probo, quia alia est carnis, & alia sanguinis forma. Sed hoc est falsum, ergo non instanti fuit formatum. *Arg. 5.*

Certum est quòd inter duo instantia datur tempus medium, ergo non fuit in instanti formatum. probo. Nã Antecedens est apertissimum. Nã instãs dicitur esse terminus præsentis, & initium futuri. Nonne datur instans in quo erat sub sanguine, & aliud instans in quo reperitur sub carne? ergo duo instantia, ergo tempus medium, ergo non fuit in instanti. *Arg. 6.*

Præterea dicitur quod proficiebat quotidie sapientia & ætate, ergo proficiebat secundum alios quo ad ætatem, ergo quo ad conceptionem cum sint effectus ab eadem anima vegetatiua. *Arg. 7. Luce. 2o*

RESPONSIONES, Argumentorum.

Ad primum & ad omnes Aucto. & expositiones Augustini & aliorum quòd in spatio quadraginta & sex dierum fuit formatum, stat dupliciter.

Vel quo ad veritatem / Vel quo ad manifectationem. } Quo ad veritatem, & sic dicimus quòd statim fuit formatum, & assumptum.

Quo autem ad apparentiam & claram notitiam, dicimus quòd nõ potuisset apparere hæc formatio clare, nisi per illud spatium. Hinc conclusio tenet primomodo Argumenta secundo modo.

Præterea Dicimus, quòd Christus loquebatur Iudæis rudibus, qui non erant capaces tanti sacramenti. Ideo loquebatur more omnium nascentium ne illum deriderent, & spernerent.

Ad illud quòd debebat assimilari fratribus. Respon. Hoc falsum, quia debuisset in peccato assimilari. 2. Assimilari stat bifariam. Vel quo ad conuersationem, tentationem, & labores, & hoc modo sic. Vel quo ad ea quæ dicunt imperfectionem agentis & hoc modo non. Ideo cum producere per tempus dicat virtutis imperfectionem, & in instanti dicat summam perfectionem voluit in instanti concipi.

Ad illud corpus non potest moueri ad locum sine tempore. Respondetur hoc esse verum in agente naturali, non autem in agente supernaturali, & infinito, vti Spiritus Sanctus.

Præterea motus localis est præambulus ipsi conceptioni, non autem infra conceptionem. Concedo quòd ponatur suum in locum ad præparationem conceptionis, tamen dum ex illo formabatur corpus, non fuit tempus, sed statim omnes conditiones corporeas, & organicas suscepit, creataq; fuit anima. Sicuti eodem instanti dixit Deus fiat firmamentũ, & simul & semel materia cum forma: cum extensione & figura sphærica fuerunt producta, sic in hac conceptione omnia statim. Et sic tollitur illa difficultas, quòd inter duo instantia datur tempus medium: Ne idem sit sub eisdem formis diuersis simul & semel, Respon. quòd non sequitur quia mutatur sanguis in carnem, valeret nisi mutaretur.

Ac vltimum proficiat, quotidie sapientia & ætate. Respon. quòd proficere stat duobus modis.

Vel quo ad formationem, / Vel quo ad extensionem. } Non proficiebat quo ad formationem absolutam, quia statim omnes partes, & omnes gradus corporeos suscepit: proficiebat tamen quo ad extensionem, & quo ad auctionem corpoream. Ideo Doctores dicunt quòd Christus voluit nasci infans & paruulus in signum.

1. Veritatis Humilitatis & Ordinis,	2. Veritatis, naturæ humanæ, Humilitatis, in natura, & Ordinis rerum.	3. Veritatis, quia si natus fuisset homo magnus. vel completus, dubium erat an verus, vel phantasticus, esset homo.

Humilitatis: quia ille qui creauit, pascit, & glorificat Angelos indiget pannis ad cooperiendum, & lacte materno ad viuendum.

Ordinis: Quia permisit naturam suo progredi modo, quæ successiue suis in operibus procedit, augendo, extendendo, ac dilatando partes suas productas. Nec Deus vtitur miraculis, vt natura per se operari potest. Nec valet, ergo debuit etiam dimittere in conceptione ordinem naturæ, vt expectaret, diẽ 46. ad corporis formationem, quia in illa operatione efficiens non erat naturale sed super naturale, supra omne tempus. Ideò in instanti formauit: absoluit, sibiq; assumpsit. Hæc pro præsenti in qua habuistis. In sequenti volo examinare Doctoris Nostri quæstionem in qua quærit. An Beatissima Virgo fuerit secundum carnem solum in originali.

LECTIO DECIMA NONA, In qua examinatur.

An Maria Virgo fuerit in culpa originali per solum instans, & hoc semper intelligo secundum carnem, quia secundum animam vnitam corpori penitus negamus. *Io. Bacho. D. 3. q. 2.*

In qua lectione quinq; sunt obseruanda vti lumina clarissima ad puritatem Virginis.

Primum quædam de instanti: / 2. quæ sunt illa quæ per instans possunt esse simul. } 3. opiniones Doctorum. 4. opinione Doctoris & probatur } 5. solutio difficul-

difficultatum. Quo ad primum de instanti ratione quod vsurpatur prominimo temporis momento de quo Philo. longum sermonem facit in 4. de physica auscultatione explicatur.

A Doctore nostro
A S. Thoma
A Richardo de Media Villa,
A Scoto.
A Gregorio Ari.
A Cardinali Cameracensi &
Ab omnibus Phy.

A Doctore nostro sen. lib. 2. D. 2. q. 1. ar. 4.
A S. Thoma in opusculo de instantibus, cap. 3.
A Richardo 2. sen. Dist. 2. ar. primo:
A Grego. Ariminensi, 1. sen. Dist. 2. q. 1. ar. 12. & sco.
A Cardi. Cameracenti lib. primo quæst. 7. & 9. ar. 3.
Ab omnibus Philo. in 4. libro physicorum.

D. Doctor q de tẽpore est solum instans sicut de motu mutatum esse ex philo. sed ex illo instãti cau sante per fluxum licet non sint partes quia sunt successiue tamen intelliguntur in ipso. Exemplum ponit de patre generante. Datur quòd aliquis habuerit quinq; filios à 25. vsq; ad 30. detur etiã quòd moriantur omnes, licet partes istæ non sint tamen in parte superstite intelliguntur fuisse. Sic de puncto ex quo à mane vsq; ad primam causatur linea pedalis, & à prima vsq; ad 3. alia pedalis, & à 3. vsq; ad 6. alia pedalis, destruãtur partes, & remaneat punctus in illo omnes antea possunt intelligi S. Thomas & cum eo Albertus Mag. Grego Arimi. Scotus dicunt quòd instans sumi potest trifariam, & cum istis omnes concordant.

Primomodo sumitur materialiter,
Secundomodo extrinsece
Tertiomodo intrinsece.

Instans materialiter dicitur esse mensura quædam sequens corpus mobile quòd est idem numero realiter cum corpore mobili: solum ratione differũt, quia alia ratione sumitur mobile, alia instãs. Nam dũ mouetur liber à termino à quo ad terminũ ad quem, nunc dum est in termino ad quẽ dicitur instãs ratione mensuræ, sed istud mensuratũ est lignum, vel corpus aliud, & mensura est propter corpus motum.

Secundomodo sumitur instans extrinsece; & dicitur illud momentum ex cuius fluxu imaginamur causari tempus. Vel Instans extrinsecum est vnitas mobilis secundum mutata esse accidentalia, vt ad diuersa vbi, ad varios gradus qualitatis, auctionis, diminutionis, & ad diuersas qualitates, calidi, frigidi, humidi, sicci, & colorum. Ideo hoc instans non dicitur esse nec tempus: nec pars temporis, nec continuans tempus, sed subiectum motus, prout semper tendit ad vbi fluens. Ideo est semper in esse fluente. Est tamen vnum.

Tertiomodo sumitur instans intrinsece & dicitur esse mensura quæ duo facit. Terminat tempus, & continuat partes temporis. Exem. In hora sunt tria. Primum, Vltimum, & medium. Primum instans, Vltimum instans. Primum initiatiuũ, Vltimum terminatiuum, & media continuatiua. Probatur.

Omne finitum continuum habet duo extrema distincta realiter, quoniam idem respectu eiusdem partis non potest esse principium & finis. Sed quælibet pars temporis est continua & finita vt patet de hora, & mense, ergo habebit extrema realia. Sed omne extremum in tempore est instans, ergo cum sint duo extrema erũt duo instantia. Media vera sunt continuantia, & sunt infinita. Quia oẽ quãtũ est in infinitas partes diuisibile ergo loquendo mathematicè sunt infinita. Declarant suam intentionem per simile de puncto. Nam dicunt quòd Mathe. duo puncta assignat respectu lineæ.

Alterum dicitur esse extrinsecum
Alterum intrinsecum.

Punctũ extrinsecũ dicitur esse illud ex quo suo fluxu causatur linea. Dicitur extrinsecum, quia non est de essentia lineæ constitutæ. Ratio est in promptu. Nullum indiuisibile potest esse in diuersis partibus lineæ quæ partes sunt de constitutione lineæ. At punctum est indiuisibile, ergo non potest esse indiuersis partibus lineæ. Nec potest esse terminus lineæ, quia cũ linea finita habeat duo extrema actu quæ sunt duo puncta sequeretur quòd idem precisè punctum esset duo extrema quòd est falsum. Nec potest esse continuans partes lineæ, quia sic haberet plures situs, sed hoc absurdum, quoniam idem corpus esset simul & semel pluribus in locis, quod repugnat. Punctum intrinsecum est illud quod facit duo, videlicet.

4. Physi. tex. co. 121.

Terminat &
Continuat.

Terminat lineam, & sunt duo puncta:
Et continuat partes lineæ ad inuicem,

Dicitur esse intrinsecum quia est de intrinseca ratione lineæ. Nam si linea diffinitur habet duo puncta in sui diffinitione vt inquit Euclides linea est longitudo sine la. cuius ex. sunt duo pũcta. Dicitur continuũ, quia partes copulat ad inuicem ad vnum terminum, cum continuum dicatur, esse id cuius partes ad vnũ terminũ cõe vniuntur. Ideo cõcludunt q; sicuti datur dup. pũctũ, sic duplex instans.

Quid mentura Respon. Mensura dicitur id quodaliquoties sumptum reddit totum mensuratum præcise.

Substantialiter &
Accidentaliter.

Substantialiter & sic vocatur mensura motus, & mobilis.
Accidentaliter & sic vocatur muratum esse, vel mutationes mobilis, quod modo est sub vna forma, modo sub alia. Vel quia modo est in vno gradu, modo in alio, Modo in vno vbi, modo in alio, & ista sunt accidentia.

Stantibus his sic prælibatis, quærit modo Doctor. An Maria Virgo per instans solum potuit esse in culpa originali? Respon. multi Doctores sed tres præcipuos tantum adducit videlicet.

Henricum,
Manum Fide &
Gorde

Idcirco more solito adducam opinionem primo Doctoris cum probatione & postea aliorum mentem. Quo ad Doctorem Respõdet absolute quòd Beatissima Virgo Maria quo ad carnem quia non est dicendum quo ad animum cum partus fuerit immunis à peccato, q; per instans fuit in culpa originali, & in gratia, quæ conclusio licet sit per difficilis tamen probat ipse multis modis. Sicut se habet materia quæ est in proxima dispositione ad formam, sit se habet Maria Virgo secundum carnem ad culpam originalem & ad gratiam. Sed sit est quòd materia prima in vltima dispositione in eodem instanti habet formam & caret forma, ergo & Maria virgo eodem instãte erit in originali & in gratia. Maior patet. Quia sicuti Materia est receptiua formæ sic Maria Virgo est receptiua diuinæ gratiæ quæ est spiritualis forma. Sed certum est quod materia in proxima dispositione dicitur esse sine forma, & non esse sine forma. Quod sit sine forma patet quia est in proxima dispositione & non est sine forma, quia nunquã datur instans in quo materia sine forma reperiatur, ergo in eodẽ instanti datur priuacio & habitus, sic datur culpa originalis in Maria, & caro illa datur sine originali, propter gratiã sanctificantem.

2. Certũ est quod in generatione vel corruptione dãtur duo termini contradictorij videlicet nõ esse forme generandæ & primũ eius esse, sic esse & vltimũ nõ in esse corruptione, qui termini sunt à quo & ad quẽ.

Sed isti termini sunt in eodem instanti, ergo Beatissima Virgo secundum carnem potuit esse in originali, & in gratia, quia originale est per modum non esse & termini à quo, & gratia per modum esse & termini ad quem. Maior est apertissima, at minor probatur per Aristo. 8. Phy. t. com. 69. Nisi aliquis faciat diuisiones tẽporis diuidens ipsum in prius & posterius sequeretur, q; posterior res, videlicet forma generanda simul esset & non

& non esset: sed hoc est falsum, ergo probatur quia in instanti non erat quia non fuisset generata, & erat quia instans est insecabile per te. Igitur cum de tempore non detur nisi instãs, necessario diuiditur in terminos naturæ qui sunt à quo & ad quem, ergo in prius & posterius, ergo idem numero vnum & singulare erit principium & finis: ergo intermino à quo instãtis potuit esse in originali & intermino ad quẽ in gratia, ergo vera est conclusio per vnicum instans fuisse in culpa & Sanctificatione. Auerro. 8. Phy. com. 69. eodem.

Non sunt idem ratione sed rea liter.

Præterea patet in transmutationibus. Certum est apud Arist. 6. Phy. t. co. 41. quòd transmutationes fiunt statim, fiunt sine medio temporis, vt generatio de non ente inens, & corruptio de ente in non ens. Sed deletio culpæ originalis, & sanctificatio gratiæ sunt vt generatio & corruptio, ergo instanti, ergo simul potuit esse in culpa & in gratia.

Confirmatur exemplo lucis. Nam eodem instanti quo Aurora sua luce tangit partem orientalem expellit tenebas & illuminat aerem, ergo cum gratia infunditur eodem instanti expellitur originale, & gratia recipitur. Nam expellens & expulsum sunt simul necessario, & in eodem instanti, gratia expellit culpã, ergo. Henricus probat hoc exẽplo. Si faba sursum moueretur & ouiet mouenti fortiori pura lapidi molari, eodem instanti quo ascẽdebat statim repercussa descendit: sed tñ in alio & alio Sig. Sic quando faba ascendit per medium aeris: si aer vsq; ad punctum lapidis molaris esset clarus & totus sequens esset obscurus sequeretur, quòd fuisset in obscuro & in claro, ergo simul duo termini contradictorij sic Beata Virgo potuit sub obscuro & claro termino fuisse.

Hen.

Confirmant alij. Nihil prohibet contraria simul esse in eodem in quodam esse imperfecto, & in transitu, quia carent perfecta contrarietate, vt patet in medijs coloribus, & in tepido, vbi sunt simul contraria, licet hęc probatio repugnet positioni, quia non patiuntur simul culpa & sanctificatio. Ideo dimissa hac opinione concludimus quòd potuit fuisse in eodem instanti in culpa originali, & solum per instans. Contraquam tamen Manuelde, & Gorde arguunt contrariũ. Difficultates apparentes quomodo in eodem instanti non possint esse peccatum & gratia.

Manuel sc.

Arg. 1. Nullus effectus potest actualiter durare, & permanere permensuram quæ est solum in potentia, sed sic est quòd quodlibet instans est mensura solum in potentia, ergo non potest esse mensura originalis culpę & gratiæ quia sunt entia permanentia actu, ergo in eodem instanti non erit culpa & gratia. Maior est clara quoniam Mensura & mensuratum debent correspondere sibi. Minor est Aristo. 4. Physi. t. com. 104. & 105. dicentis quòd instans est in potentia quia continuat tempus: Continuare arguit potentiam esse, non actu.

2. Idem argumentum facit Gorde. Nam inquit. Instans quod continuat tempus motus fabe occurrentis lapidi est in potentia, & continuat ad motum deorsum. At peccatũ in virgine est in actu, ergo nõ correspõdet.

3. Contra Diuisionem instantis sit arguit. Aut illa sig. sunt vere secundum rem; Aut secundum rationem: Non est dicendum quòd sint secundum rem quia non esset insecabile illud quod est insecabile: Non est dicendum quòd sit secabile secundum rationem quoniam nil faceret ad distinctionem realis ordinis, qualis ordo dicitur esse inter esse primum rei & vltimum esse, ergo non dantur isti termini. Repugnãt Auerroi. 8. phy. t. com. 56. 66. & 72. Nam inquir, si posuerimus quòd motus contrarij sint continui, vt motus de non albo ad albũ, & de albo ad non album, ergo in eodem instãti corrumpitur non albũ & fit albũ ergo simul ens nõ ens.

8. Phy. T. 65. 66.

4. Quod non potuit peccatum fuisse in transitu sic arguit. Si originale fuisset in Beata Virgine in transitu, ergo non actu infecta fuisset caro illa: patet, quia quod est in aliquo in transitu dicitur esse in fieri & quod est in fieri non perfecte, & complete dicitur, ergo non verè caro illa originali culpa infecta fuisset. Patet ex Com. 8. Phy. t. com. 69. Dignius est vt instans attribuatur passioni posteri. Generatio habet duplicem passionẽ priorem & posteriorem, prior terminus à quo; posterior ad quem. Ecce signa naturæ in eodem instanti.

5. Præterea. In nullo temporis signo repugnantia formaliter possunt esse simul, ergo neq; in instantie patet quia aliquid esset & non esset, & sic falsum esset primum principium complexuum quia aliquid esset durationis & non durationis, per manens & non per manens, hoc falsum, ergo, & conclusio.

quier est prima tio & de natura permanentium.

RESPONSIONES,

Pro huiusce modi dilutidationibus scire oportet quòd mutationes sunt in duplici discrimine.

Quædam sunt temporaneæ,
Quædam sunt instantaneæ & subitæ.

Mutationes temporaneæ non possunt fieri in instanti quia in his acquiritur pars post partem: exemplum non potest quis in instãti mouere ad albedinem, vel ad quantum, aut ad vbi, tum quia subiectum non est penitus dispositum: cum etiam agens habeat contrarium positiuum repugnans vt clarissimum est in caliditate acquirenda. Ideo termini illi non esse & esse non possunt esse in eodem instãti, & hoc modo loquitur commenta. & Phi. quãdo asserunt interduos motus contrarios dari medium tempus mensurans. Et hoc modo verum est quòd idem nõ potest esse & non esse simul, & vt d. Phi. & Mutationes verò instantaneæ fiunt sine tempore, fiunt in instanti. Ratio commento quia ibi non acquiritur pars post partem, neq; datur contrarium positiuum repugnans actu, vt patet in illuminatione. Nam licet tenebræ sint contrariæ, nihilosectius nõ repugnant positiue sed priuatiue, Ideo lux statim iradiat, & illustrat medium, Hoc modo dicimus fuisse in S. Virgine. Nam eodem instanti & momento fuit sanctificata & purgata ab originali, cum originalis culpa sit quoddã priuatiuũ & non positiuum. Et quando dicitur ergo. Idẽ simul esset & nõ esset. Negatur hoc. Quia hic sunt oia penitus diuersa.

Impedimẽtum est à duobus: Ab agente ac A subiecto Agens habet repugnãtiam Subiectum indispositionem.

Termini sunt diuersi cũ sit terminus à quo terminus ad quem. Operatio diuersa: quia est à priuatione ad habitum; ab obscuro adducidum esse: & sic soluũtur infinitæ difficultates: Hæc pro præsenti. In sequẽti lectione accedam ad Distin. 4. Mag. sen. In qua agitur quomodo incarnatio S. S. ascribatur.

LECTIO VIGESIMA

Super dist. 4. in qua dist. agitur de conceptione Domini. Nam cum egerit de virginis sanctificatione & conceptione, vt esse possit vas aptum, & substantia digna ad corporis domini conceptionem. In præsenti agitur de illa quo ad S. Sanctum qui fuit medius, & Artifex istius conceptionis. Hinc quæritur. An filius possit dici filius S. Sancti sicuti filius Virginis, cum dicatur conceptus de Spiritu Sancto? Pro solutione huius quæsiti explicabo quædam circa filiationem. 2. Respondebo quæsito 3. combrobabo: 4. soluam difficultates. Quo ad primum scire oportet quòd filius sumitur multifariam tum apud legistas, cum apud Theologos, sed pro nũc decem modis præcipuis. Nam quis dicitur filius.

Eternitate, Plasmatione, Natura, Lege, Legitimatione, Doctrina, Spiritu, Iustificatione, Adoptione, & Glorificatione. } Filius æternitate dicitur verbum diuinum. Plasmatione Primus parens Adamus, Natura vnusquisq; homo, Lege natus ex fratre fratris, Legittimatione procreatus ex adulterio, Doctrina, Discipulus, Spiritu: baptizatus à sacerdote, Iustificatione absolutus à peccatorum maculis, Adoptione, electus ad bonorum successionem, Glorificatione Beatus in cœlo. } Filius in æternitate dicitur verbum, quia non solum est de substãtia patris: sed dicitur esse conceptus per intellectũ qui facit verba. Filius per plasmationem dicitur Adamus quoniam nec

Iob.20. de substãtia Dei fuit productus, Nec de substãtia alterius hominis sed de limo terræ. Iob d. Manus tuæ fecerunt me, & plasma. me to. in cir. Filius natura dicitur vnusquisq; homo tum quia est de substantia patris, tum

Deut.25. etiam quia habet suam similitudinem. Filius lege dicitur ex præcepto Moysis natus ex fratre fratris. Mortuo fratre sine sobole superstes frater renebatur ducere in vxorem coniugem defuncti, & filium resuscitare, qui filius non generantis sed mortui dicebatur, & hæreditati succedebat.

Filius legitimatione dicitur esse ille qui natus fuit ex adulterio, & postea à progenitore ab illa fuit purgatus infamia de quo legistæ Cod. de Accusationibus.

Cod. de Accus. Filius Doctrina dicitur, qui scientias & disciplinas à præceptore susceperit, quæ sunt tanquàm semina generationis ad fructum ⌢veritatis. d. Paulo. Per Euangelium ego vos genui.

Filius spiritu, dicitur qui defertur ad Baptismatis fontem, & Chrismatis vnctionem. Nam deferentes, vocantur patres, & filii eorum non possunt contrahere cum filiabus assumptis in sacramentis.

Filius Iustificatione dicitur vnusquisq; absolutus à peccatorum nexu per sacerdotem. Vnde sacerdos dicitur pater Ministerialiter. Dedit potestatem filios Dei fieri.

Filius adoptione dicitur esse aliquis qui est extraneus illi cui fit filius, & iste filius non potest absq; Principis consensu adoptari. Et iste succedit in hæreditatem⌣.

Romano. 8. Filius glorię dicitur esse vnusquisque Beatus ratione hæreditatis cœlestis d. Paulo. Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Habita hac distinctione & explicatione filiorum, accedo ad quæsitum propositum quando quæritur. An Christus dici possit filius spiritus sancti? cui quæsito Respondet Mag. quod nullo modo potest dici filius S. sancti, & probatur per Diuum Augustinum in Enchiridion. Natus est filius de spiritus sancto non tamen sicut filius, ergo.

Præterea. Si Christus esset filius spiritus sancti, ergo duos haberet patres, hoc falsum, ergo probatur. Nam Christus est filius Dei patris, ergo duos patres.

Bona.q.2. Præterea si spiritus sanctus diceretur pater Christi quia operatus est in incarnatione & conceptione, pari ratione filius dicitur pater Christi cum operatus fuerit eodem modo, ergo. Idem seipsum generaret, hoc insulsum, ergo non dicitur pater eius.

Præterea si concederetur hoc absurdum quòd esset filius S. Sancti daretur, ꝙ conceptus esset ex S. S. & Maria vti proles de muliere, & viro: Hoc hæreticum, ergo.

Præterea si esset s.s. filius igitur duas haberet personas: sed hoc falsum, ergo probatur. Nam cum sit filius patris habet vnam hypostasim, ergo si filius s.s. aliam habebit hypostasim: sed hoc falsum, ergo.

Præterea inquit S. Thomas. & desumpsit à Phi. quòd generatio perfecta, & filiatio absoluta dicitur habere duo potissima. Primum quod participet in natura cũ generante } Primum.
Secundum quod genitũ habeat similitudinẽ in figura cũ generante, }

Quod participet in natura cum generante: Ideo figura quæ est à pictore: statua à lapicida, Lumbricus ab homine, capillus ⌢vel pillus ab animali: & domus ab Artifice non possunt vocari filij, quoniam non sunt de natura illorum, sed ab arte, vel ex putredine⌣.

2. Quod habeat similitudinem. Ideo homo licet sit ex semine, non tamen dicitur filius seminis, quia non habet suam similitudinem. Tunc redeundo ad propositum⌣. Cum Christus careat natura & similitudine S. sancti vt homo filius eius minime dici potest. Ideo Aristo. dicebat ad huiusmodi propositum 2. de Anima

2.de Anima.t. co.34. tex. com. 34. Naturalissimum operum viuentibus est, quæcunq; perfecta non orbata: aut generationem spontaneam habent, generare, vel facere alterum quale ipsum. Vt homo hominem, Planta, plantam. Nam viuentium.

Quædam sunt imperfecta, Quædam perfecta, Quædam orbata } Imperfecta sunt illa quæ caret magnitudine debita, vt pueri, & plantulæ, quæ non possunt generare, cum non attingãt perfectam magnitudinem. Perfecta dicuntur illa quæ attingunt ætatem & magnitudinem aptam & potentem ad generationem.
Quædam non orbata, Quædam spontanea, Quædam naturalia. Viuentia. } Orbata, vel mutilata dicuntur ea quæ carent aliquo membro. Ideo Eunuchi, & castrati non sunt ad generationem apti. Non orbata quæ habent quòd habere decet.

Spontanea dicuntur esse quæ videntur ex seipsis generari, vt ea quæ ex putri materia generantur ⌢vti Mures, lumbrici, Muscę, apes & similia, pediculi in corporibus hominum & Taurorum. Nam dicuntur spontanea ad similitudinem hominis, qui tunc aliquid dicitur agere sponte cum in sui actione non compellitur ab extrinseco, sed ex sui inclinatione illud producit, sic quando mures in dolio, & apes in tauro nascuntur ex non præcedentibus muribus & apibus dicimus produci sponte de quibus Auer. 12. diuino. Co. 18 ista non possunt generare, & si generant non generant simile in spetie & quando dicit simplic. ergo frustra dabitur illa potentia. Respon. datur secundum indiuiduum, non autem secundum spetiem.

Naturalia vero dicuntur esse in quibus reperitur agens particulare eiusdem spetiei cũ generato vt patet in hominibus & in brutis perfectis quæ generant per seminum commixtionem. Ex ijs colligi facile potest quòd generans si debet dici geniti pater quòd sit eiusdem spetiei & communicet naturam, cum igitur s. sanctus non sit eiusdem spetiei, nec communicet suam substantiam Christo non potest pater appellari. Hæc quo ad probationem. Modo oportet videre difficultates.

DVBIA CONTRA
Positiones.

Ar.1. D. Damascenus verbum descendit in Virginem tanquàm stopon. ideſt tanquam semen; ergo vt pater, quia pater dat semen. Bona.

Arg.2. Præterea quod magis operatur in generatione dicitur magis pater & mater, sed magis operatus est Spiritus Sanctus in productione Christi quàm virgo quia fuit principium actiuum, Virgo passiuum ergo Spiritus Sanctus magis pater, si ⌢virgo dicitur Mater.

Arg.3. Præterea Repugnat diuinæ scripturæ dicenti. Non est ipse pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Sed Spiritus Sanctus fecit corpus Christi, ergo filius. Thom.

Arg.4. Præterea Ille dicitur filius qui habet naturam cõmunicatã illi & gratiam ab illo, ergo Christus est filius S. Sancti, quia S. S. cõmunicauit naturã & gratiã ipsi Christo Probatur In Christo sunt tres substantiæ.

Suprema & Media & Infima. } Suprema est diuinitas, Media est Anima, Infima caro. } Suprema facit Christum filium patris, Infima filium Virginis, ergo Media cum sit à Trinitate, & per consequens à S. S. } Tũc sic, cũ

Faciet Ipsum filium Spiritus Sancti.

Arg.5. Paulus Romano. 8. Vt sit ipse primo genitus in multis fratribus. Glossa inquit. Christus dicitur esse⌣.

Vnigenitus & Primo genitus. } Vnigenitus à patre, Primo genitus à matre. } Vt ⌢vnigenitus non habet fratres, Vt primogenitus habet fratres. } fratres sint

eiusdem patris, si est frater ergo eiusdem patris, sed pater noster est tota Trinitas, ergo S. S. ergo & illius.

Arg.6. Præterea secundum humanitatem dicitur filius patris, ergo & Spiritus Sancti patet quia operatus est Spiritus Sanctus vt pater, ergo.

RESPONSIONES,
Ad omnia argumenta vnica responsione satisfacere possumus. Nam ad hoc vt aliquis ducatur pater debet habere duas conditiones.

Prima, quòd filius sit eiusdem speciei, & naturæ cum patre } Sed nulla istarum cõditionum reperitur in Christo vt homo respectu Spiritus
Secunda sit eiusdem similitudinis in natura. }

Sancti igitur non est filius.

Non habet eandem naturam quia natura S. S. est Deitas, & natura Christi vt homo est humanitas. Non habet eandem similitudinem, quia S. S. est infinitus humanitas finita, ergo. Ideo dicitur ꝙ tanquàm semen quia non verè semen, sed fuit per vim suam, quia formauit corpus Christi.

Ad 2. magis quàm mater operatus est quia actiue. Respon. magis quo ad productionẽ, non quo ad naturam nec similitudinem.

Ad 3. sumus filii Dei. Respon. effectiue: sed non materialiter, aut naturaliter, sumus per generationem imperfectam, hic loquimur de perfecta & naturali.

Ad 4. & 5. & 6. sumus fratres, sumus creati. Respon. vniuersalis esse ex alio dupliciter.

Vel ex dicit substantiam Vel ex dicit potestatem. } Si dicit substantiam dico falsum esse, quòd sit filius S. S. quia sequeretur, ꝙ Christus vt homo esset caro, sanguis & ossa S. S. quòd falsum est. Si vero ex dicit potestatem, dicimus quòd Christus est ex S. S. conceptus & de S. S. sed tamen hoc non arguit filiationem, cum careat natura S. S. Vt apparet in opificio quod est ab Architecto, & cœlum & stelle quæ sunt à Deo, non tamẽ eius dicuntur filiæ. Hoc d. s. Ambrosius in libro de Spiritu Sancto super illud. Inuenta est in utero habens de S. Sancto.

Ad vltimum Christus dicitur filius patris, ergo & S. sancti quia operatus est Respon. non valet. Quia est in humanitate persona filii quàm accepit à patre, & non à spiritu S. Nam supponitur homo à supposito diuino, quod est eiusdem naturæ & similitudinis cum patre & à pater, & ideo dicitur filius patris & non s. s. Hæc sint pro præsenti. In seq. lectione ⌢videbimus An Virgo S. Maria possit dici Mater Dei. Matth. 1.

LECTIO VIGESIMA PRIMA
Super vltima parte eiusdem Distinctionis. 4.

In qua agitur de Virgine Beatissima An possit vocari Mater Dei; & Ideo ⌢videbimus etiam Distinctionem Doctoris nostri in qua quærit An Mater, vel mulier agat actiue in generatione; Sed antequàm accedam ad ad responsionem & probationem Explicabo quædam circa generationem animantium incommuni desumpta ex Arist. Auerroe & alijs in libris de generatione animalium, nec non in libris de animalibus. Scire igitur oportet quòd in ingeneratione cuiuscunq; animalis siue sit homo, siue Brutum: siue piscis, siue auis concurrunt duo potissima videlicet. D.4.q.1.ar.1. 2.3.ar.4.

Materia & Forma. } Materia est à fœmina, Forma est à mare } Materia licet sit vna in omnibus & forma, tamen diuersa sortitur nomina ex varietate producentium, idcirco dicitur materia ista respectu mulieris, vel fœmellæ.

Menstruum Excrementum Ouum. } Menstruum quia est quidam humor inconcoctus exiens singulis mensibus à mulieribus, recipiens hominis semen tanquàm materia recipiens formam, & dicitur esse sicuti coagulum constringens lac vt fiat densius: sic menstruum constipat & condensat semen, vnde figuram animalis recipit. Hoc d. Arist. lib. 1. de Gene. animalium c. 19. Hinc deficiente, menstruo impossibile est dari generationem animalium.

Dicitur excrementum, quia egerit ex cibo & potu, & dicitur ſiccum & humidum. Ideo ſi erit ſiccum mas generabitur ſi vero humidum fœmina. Et aliud eſt vtile, & aliud inutile vti menſtruũ, primo de Ge. Ani.

Dicitur ouum quia eſt extra animal vt patet in volucribus: piſcibus, & lacertis. Ideo oua ſunt loco excrementi, & menſtrui teſte Auer. 3. lib. de partibus animalium c. primo Ideo dicit Ariſto. quod in ouo ſubuentaneo, & in ouo coitus non reperitur differentia nec in figura, nec in multitudine, aut paucitate ſed differunt eſſentiali differentia: quia oua ſubuentanea ſunt infœcunda; Coitus autem oua ſunt fœcunda primo de gene. animalium c. 20. & 6. de natura animalium c. 2. & primo de Ge. Oua ſubuentanea recipiunt à mari formam: A fœmina vero recipiunt materiam. Vnde mas formam fœmela materiam preſtat. Hinc addit quòd piſces parturiunt oua imperfecta, ſed & fœminæ, maris ſparſa fœcunda reddunturvti habetur 3. lib. de Gene. animalium c. 5. Idcirco concludere poſſumus quòd mulier in generatione agat materialiter, mas vero formaliter. Mulier paſſiue Mas autem actiue vniuerſaliter. Ex his modo colligitur, quòd productum quadrupliciter poteſt dici filius alicuius,

Vel ratione ſubſtantiæ
Vel ratione nutritionis
Vel ratione figuræ
Vel ratione coloris.

} Si ratione ſubſtantiæ, cum ſubſtantia principaliter ſit à forma: & forma à Mare, merito dicitur maris ſoboles, & filius. Vir dat motus principium quia forma, fœmina materiam, quia corpus. Si ratione nutritionis, & materiæ: cum fœtus nutriatur lactæ & cibo materno certe vocabitur non Maris ſed fœminæ filius, quia nutritur ſuo lacte, ſua carne & cibo, Ideo quando dicitur primo de Gene. Anima, & lib. 10. de animali. c. 2. quòd ſperma exit ab ambobus dicatis quòd intelligit non de fœmina propriè ſed improprie. Nam virtus actiua non ponitur in materia. Non enim coincidunt materia & efficiens.

Si ratione figuræ quandoq; dicitur eſſe fœminæ, vt apparet in generatio. Canis & vulpis. Nam genitum licet quo ad ſpetiem ſit canis, tamen quo ad figuram apparet vulpis.

Sic etiam quo ad coloris ſpetiem diuerſimode ſumitur. Contingit quandoq; apparere ſub forma viri vel colore, quandoq; ſub colore fœminæ. Vti ait Phi. in primo lib. de animalibus ca. 8. poſt principium quòd in quadam Regione quæ græce dicitur Coclas mulier quædam coiuit cum Ethyope & perperit filiam albam, deinde illa filia coiuit & peperit filiam nigram. Hoc prouenit, vel ex phantaſia: vel ex cibo: vel ex vi & dominio ſeminum. Quando Menſtruum mulieris ita efficax eſſe poteſt vt conſtringat ad colorem & figuram ſortitur, eius ſimilitudinem, ſic cibus & phantaſia. Sic apparet etiam in ſignis. Nam ex ventre portant quædam ſigna in Brachijs, pectore, dorſo, alijsq; locis quæ ſunt in parentibus. Hoc potiſſimum fuit obſeruatum in Prouintia Calbia Græcorum dominium, & recitantur lib. 15. de Gene. anima cap. 8. Stantibus his accedo ad propoſitum quæſitum quòd Beatiſſima Virgo fuit vera Mater Chriſti & Mater Dei. probo primam partem quòd fuerit vera mater Chriſti. Nam communicans ſubſtantiam naturalem alicui dicitur eius mater: ſed virgo communicauit non menſtruum, ſed ſanguinem puriſſimum & viuum quo S.S. corpus ſuum ædificauit, ergo Mater vera.

Præterea dicit Phi. primo lib. de Gen. animalũ c. 2. & li. 10. de animalibus c. 1. Mas generat in alio Mulier in ſe, ſed virgo in ſe genuit Chriſtũ, ergo Mater. Hinc Præterea fouit, nutriuit lacte, prio & educauit, ergo. Pitagoras tenuit quòd mater proiitiat ſemen, ſic Democritus: Epicurus: Firmianus etiam tenet de mente Phy.

Idem dicunt S. Thomas, Bona. Damaſcenus & omnes, quòd Virgo miniſtrauit materiam ſpiritui S. qui ſtatim corpus formauit; Ideo actiue dicitur cooperaſſe, & per cõſeques mater dicitur. Ideo ibi fuit opus dupliciter.

Alterum naturale
Alterum ſupra naturale

} Naturale ex parte Virginis quæ ſubminiſtrauit materiam aptam ad conficiendum corpus dominicum.

Super naturale, quia ſine virili ſemine Spiritus Sanctus ad ſummum perfectionem reduxit corpus illud. Hoc apparet in reſuſcitatis, & illuminatis. Ibi dicitur eſſe mirabile & naturale.

Mirabile ex parte reſuſcitantis, & illuminantis: Naturalè quia videre, & viuere eſt opus naturæ. Ideo alij dicunt quòd datur.

Mirabile cum naturali &
Mirabile cum mirabili.

} Mirabile cum naturali eſt in ſarra & Elizabeth in reſtitutione fœcunditatis. Eſt ibi mirabile quia eſt à potentia ſupra naturam, eſt naturale quia generare eſt opus naturæ.

Mirabile cum mirabili eſt quando potentia collata alicui excedit illud ſubiectum & etiam ipſe actus, & operatio. Exemplum, Si Deus daret Leoni potentiam loquendi, & lapidi videndi. Illa potentia ſimul cum actu excedit Leonem & lapidem. Sic in virgine Beatiſſima fuit mirabile cum mirabili, quoniam fuit ibi virginitas cum fœcunditate, & fœcunditas cum Virginitate: Vnde fuit quod repugnat potentiæ & naturæ. Repugnat fœcunditati Virginitas: & Virginitas fœcunditati: & tamen nec Virginitas abſtulit fœcunditatẽ nec fœcunditas Virginitatem. Relinquitur, ergo quòd ſit Chriſti mater.

Probatur etiam quòd ſit Genitrix Dei, & per conſequens Mater Dei. Probatur primo Auctoritate. Nam inquit Damaſc. lib. 3. cap. 12. Predicamus Virginem Mariam eſſe Teotocon. ideſt Dei genitricem. Probatur.

Quicquid dicitur de homine illo in Chriſto dicitur de Deo, propter communicationem idiomatum. Sed Ieſus Chriſtus fuit filius Virginis Mariæ, ergo & Deus fuit filius Mariæ. Nam ſicuti Ieſus Chriſtus dicitur filius patris quia communicauit illi perſonam quam genuit, ſic & virgo dicitur mater Dei quia verbo communicauit ſuam naturam.

Comprobatur aduerſus Neſtorium. Nam Neſtorius dicebat quòd Chriſtus erat ſolum homo & non Deus: Hinc poſſuit Virginem eſſe tantum Chriſtitocon. ideſt Genitricem Chriſti: At quoniam virgo interemit vniuerſa Hereſes concipiendo ſummam veritatem, ideo vt error maledictus tollatur dicitur Teotocon. Vetuit ergo ne Verbum iſtud diceretur, ſcilicet Chriſtitocon. & ſic habetis vtranq; concluſionem videlicet, quòd ſit Mater Chriſti & Dei.

It. de Gene. Anima ca. 18.

c. 20. ca. 2. cap. 195. cap. 5.

Idem lib. 3. de Gene. anima & 12. lib. de anima. c. 7. oua venti ſunt in quibus deficit prima res ad curationem. 2. Phy. s. co. 30.

Hinc Triplex cauſa aſſignatur huius generis. Phantaſia Imperium cibus Phantaſiæ imprimit Imaginẽ. Imperium dominatur cibus dat ſubſtantiam

3. p. q. 32. ar. 4

DIFFICVLTATES
Contra prædicta.

REPVGNAT Damaſceno in li. 3. c. 12. aſſerenti quòd virgo dicitur Chriſtitocon: ergo Chriſti genitrix, ergo non Dei. Probatur conſeq. Mater dicitur quia filio communicat ſubſtantiam at virgo diuinam ſubſtantiam non communicauit, ergo nec mater dicitur. *Arg. 1.*

Si de quo minus videtur nõ in eſſe & in eſt, ergo de quo magis. Sed minus videtur in eſſe quod ſit mater Dei & per vos dicitur eſſe, ergo magis videbitur dici mater Chriſti & Chriſtitocon. *Arg. 2.*

Illa non poſſunt eſſe mater & filius quæ nullam habent proportionem, ergo virgo non poteſt dici Theotocon. ideſt Dei mater cum nulla ſit proportio inter Deum infinitum, immenſum & æternum, & Virginem finitam ac temporalem, ergo non erit mater. *Arg. 3.*

RESPONSIONES
Argumentorum.

Scire oportet duo.
Alterum penes maternitatem
Alterum penes productionem.

} Penes maternitatem, & ideo non negamus abſolute quòd non ſit mater Chriſti, & quòd non poſſit dici: Immo dicitur ſed negamus ad euitandum Neſtorij errorem qui tenebat Chriſtum purum hominem. Hinc Chriſti nomen eſt communicatum. Nam dicimus, quòd ſacerdotes ſunt Chriſti iuxta illud. Nolite tangere Chriſtos meos. Nos igitur ad confirmandam fidem catholicam quòd Chriſtus ſit Deus homo vtimur hac voce, quòd ſit Theotocon & non Chriſtitocon.

Penes vero productionem dicimus, quòd virgo non dicitur Mater Dei ſecundum naturam ſed per idiomatum communicationem. Nam cum humanitati ſubſiſtat diuinitas, dicitur quòd communicet diuinas proprietates, & per illas proprietates dicitur Dei mater. Sit ergo reſponſio formalis, q̃ eſt mater Dei ratione proprietatum non ratione eſſentiæ & hoc modo eſt maxima proportio & poſſibilitas, & ſic ſoluũtur mille argumenta, Hæc dixiſſe volui. In ſequenti aggrediar Diſt. 5. in ordine.

LECTIO VIGESIMA,
Secunda ſuper diſt. 5. In qua mouentur multæ difficultates à Magiſtro circa vnionem et præcipue quatuor.

Prima eſt. An perſona aſſumpſerit perſonam?
2. An natura aſſumpſerit naturam?
3. An Natura aſſumpſerit perſonam?
4. An perſona aſſumpſerit naturam?

} Ideo videbimus continuationem 2. Reſpondebimus quæſtio. 3. Probabitur. Reſpõſioni & 4. ſoluemus difficultates. Quo ad continuationem facilis eſt. Nã Cũ in præcedẽtibus egerit de vnione naturarum diuinæ & humanæ: & oporteat ſcire modum vnionis. In Diſtinctione præſenti docet hunc modum. Idcirco me conuerto ad primam partem quæſiti in qua quærit. An perſona perſonam aſſumpſerit? Ideſt. An perſona diuina aſſumpſerit perſonam humanam? Et arguit quòd non, & ratio eſt iſta. In Chriſto non ſunt duæ perſonæ ſed vna tantum, ergo perſona non perſonam aſſumpſit. Omne quod eſt inquit Boetius ideo eſt quia vnum eſt, ergo cum Chriſtus ſit, neceſſe eſt vnum eſſe: ſed non eſt vnum per naturam cum duæ ſint in ipſo naturæ, ergo erit vnum per perſonam, ergo perſona erit vna. *Bo. q. 2. R. 30.*

Præterea perſona eſt quid completum abſolutum, & vltimum, ſed quod eſt huiuſmodi non aſſumitur, ergo perſona non fuit aſſumpta.

Ideo quia hæretici neſcierunt diſtinguere inter perſonam & naturam quatuor errores dixerunt Duos penes naturam diuinã, & duos penes naturam humanam. Primus fuit Sabellius. 2. Eutyces 3. Neſtorius 1. in perſonis. 2. in naturis 3. in vtriſq;

Penes naturam diuinam peccarunt Arrius & ſabellius: Penes naturam humanam errant Eutyces & Neſt.

Sabellius neſciens diſtinguere inter naturam & perſonam & Neſtorius dixerunt hanc Hæreſim quòd in diuina natura cum ſit vnica & ſimpliciſſima non poſſunt eſſe plures perſonæ, quoniam vnica natura non patitur diuerſas perſonas.

Eutyces vero in Natura humana videns, quòd in Chriſto ſunt duæ natura iudicauit eſſe duas perſonas.

Neſtorius autem dixit cum vnica ſit perſona vnica erit natura, ergo erit ſolum homo & non Deus. Nos autem dicimus duas eſſe naturas & perſonam vnicam. Hæc quo ad primam concluſionem. *Perſona dicitur eſt Principium Medium & Tertius Vt principiũ agit Vt medium refert Vt terminus finit.*

2. Concluſio hæc eſt. Natura, naturam non aſſumpſit. Probatur aſſumere dicit tria, videlicet.

Actionem
Terminationem &
Relationem, ſed

} Actio
} Terminatio &
} Relatio ſunt perſonę in natura

} Nam agere eſt ſolius ſuppoſiti, & ſuppoſitum eſt perſona, ergo non potuit fieri aſſumptio à natura in naturam. Sic terminatio eſt ad ſuppoſitandum naturam, ergo per perſonam cuius munus eſt ſuppoſitare, ſic relatio dicitur eſſe reſpectus non reſpectu naturæ ſed ſuppoſiti, ergo Non natura naturam.

3. Concluſio. Natura non aſſumpſit perſonam ideſt Natura diuina non aſſumpſit perſonam humanam. Patet ex concilio Tolet. Nam licet tota Trinitas operata fuerit incarnationem ſolus tamen filius ſuſcepit hominem in vnitatem perſonæ non in vnitatem naturæ, ergo verum eſt, quòd natura perſonam non aſſumpſit. *In concilio 11.*

Idem aſſerit Anſel. Pater & filius, & ſpiritus ſanctus nullomodo differunt in natura, ergo ſi natura diuina aſſumpſiſſet perſonam humanam, ergo & pater & Spiritus Sanctus: patet quia natura diuina eſt ſubſtantia ſimpliciſſima *Anſel.*

simplicissima, sed simplicissima cui vnitur totaliter est vnitur, ergo cum sit in omnibus personis omnes incarnatæ fuissent.

Exemplum in anima & In Mathematicis. } In anima. Certum cum in simplicissima animæ substantiæ sint potentiæ vegetandi; sentiendi: intelligendi & volendi, cui vnitur anima vniuntur etiam omnes animæ potentiæ.

In Mathematicis si detur punctus inquo sint fundatæ plures lineæ nulli dubium est quòd si vniatur alicui parieti quòd omnes ille lineæ erunt adhærentes parieti, quia est quid simplicissimum & simplicissimum vbi cunq; reperitur totum reperitur, ergo cum in diuina natura sint omnes personæ diuinæ, si assumpsisset personam humanam omnes personæ assumpsissent, hoc falsum, ergo. Nam non assumpsit personam. Hæc quo ad 3. conclusionem.

4. Conclusio est. An persona diuina assumpserit Naturam humanam? Respondetur conclusiue. Persona diuina ideſt filius, verbumq; diuinum assumpsit naturam humanam singularem Ratio. Quia assumptio arguit missionem: Actionemq; sed, missio & actio sunt tantummodo personæ verbi quæ missa fuit egitquæ redemptionem, ergo persona naturam humanam sibi vniuit. Patet hoc ex Paulo ad Phili. 2. Semetipsum exinauiuit formam serui accipiens: sed forma est natura, ergo.

Phi. 2. Pater ex Diuo Augustino de fide ad Petrum. Deus humanam naturam in vnitatem personæ accepit. Idcirco vt soluantur mille difficultates obseruo quòd natura assumpta potest considerari quadrupliciter.

Vniuersaliter } Vniuersaliter vt species est & natura communis omnibus indiuiduis,
Particulariter } Particulariter & singulariter, vt respicit tantum vnicum suppositum & indiuiduum
Concrete & } concrete vt dicit formam vnitam subiecto, vel vt d. animam personatem corpus, Ve
Abstracte. } Abstracte vt dicit animam & corpus, quæ sunt humanitas seiunctæ ab inuicem. Non

Thomas. 3. p. q. 4. ar. 5. est dicendum quòd in specie, & vniuersali assumpserit naturam humanã quia sequerentur duo incommoda.

Alterum penes homines } Penes homines inquit Diuus Thomas, quia esset tantum vnum suppositũ,
Alterum penes Christum } & vnus homo, hoc falsum, ergo.

Penes Christum. Nam si esset vnus tantum homo quomodo esset primogenitus in multis fratribus, vt inquit Euangelium? ergo non in specie assumpsit, ergo fateri oportet assumpsisse in singulari. Non est etiam dicendum quòd assumpserit naturam in concreto, quia sic assumpsisset indiuiduum & personam & tunc duæ personæ in Christo quòd est hæresis. Igitur concedendum est quòd in assumptione vniuit sibi naturam humanam, ideſt animam & corpus vt anima nondum informans & suppositans corpus. Hæc quo ad probationem conclusionum quæ omnia habentur ab omnibus Doctoribus. Modo oportet adducere difficultates & soluere.

DVBIA CONTRA Prædicta.

Arg. 1. Ps. 64. Contra primam conclusionem, quòd persona, personam assumpserit. D. Ps. Beatus quem elegisti & assumpsisti: Beatus est homo: homo est persona, ergo.

Idem inquit Damasenus in lib. 3. filius Dei assumpsit humanam naturã in atomo, sed in atomo dicitur esse id quod est indiuisibile. At persona est huiusmodi, ergo.

Idem August. In lib. de Agone Christiano vbi inquit quòd filius Dei hominẽ & assumpsit & in illo passus est ergo.

2. Præterea vbi datur Anima rationalis & generatio, ibi datur persona ex Boetio, cum persona sit rationalis naturæ indiuidua substantia. Sed in carne assumpta datur anima & generatio ex parte virginis, ergo persona, ergo falsa conclusio quòd non personam, personaassumpserit.

Contra secundum, quòd natura naturam assumpserit probo q. Ideſt Natura diuina assumpserit naturam humanam.

Lib. 1. de Trinit. 6. 3. Forma Dei inquit August. assumpsit formam serui: sed forma Dei est natura Dei, ergo natura, naturam assumpsit.

Idem Hilarius lib. 12. de Trini. Nam esse in forma Dei est esse in natura Dei.

Idem S. Hiero. in explicatione fidei. Passus est Christus non secundum substantiam quæ accepit, sed secundum substantiam quàm accepit; sed substantia est natura, ergo natura naturam assumpsit.

4. Arg. Certum est quòd hæc dicitur esse vera propositio quòd natura diuina vniuit sibi naturam humanam, sed vnire est assumere, ergo natura diuina naturam humanam assumpsit, ergo natura naturam.

5. Præterea Terminus vnionis animæ & corporis est persona & suppositum, ergo cum in hac vnione terminus sit persona, & psona sit Christus, ergo natura naturã assumpsit, vt natura animæ naturã corporeã.

RESPONSIONES.

Ad primum quod persona personam. Negatur. Ad probationes & ad omnes Auctoritates respondent Mag. sent. s. Bona. s, Thomas. D. Michael Carm. & omnes quòd prudenter sint ex ponendæ.

Mag. dicit quòd sunt locutiones improprie, quoniam si hominem vt personam assumpsisset, ergo duæ personæ, quòd est falsum. S. Thomas d. quòd pie sunt exponendæ & non extendendæ. Ideo quando dicitur quod filius Dei assumpsit in atomo. id refertur non ad personam humanam sed ad suppositum verbi ideſt verbum solum humanam assumpsit naturam. i. persona diuina naturam humanam. S. Bona. dicit. Quod indiuidum dicitur trifariam, & ideo dicit.

Singularitatem, Incommunicabilitatem Et super eminentem dignitatẽ. } 2. Singularitas dicitur esse incommunicabilitas. Nam socrates dicitur indiuiduum quia singulare, singulare quia incommutabile Homo vero non quia communicatur Incõmunicabilitas dicitur quãdo nullo pacto põt venire incõpositionẽ alicuius tertiis. Ideo oculus licet sit quid indiuiduum in se & diuisum à quocunq; alio organo, tamen non dicitur incommutabile respectu corporis cuius est pars,

Super

Super eminens dignitas quando aliquid minus nobile à nobiliori natura sumitur. Vt in assumptione diuinæ naturæ cum humana, persona non debet sumi nisi à præstantissima natura. Ideo semper intelligimus de natura diuina quę assumit. Ideo natura humana in Christo est sicut Virgo coniux Regis quę est subiecta Regi, & natura humana personata à propria anima est sicut Regina quæ coniuncta est in matrimonio cum rustico cui præest. Nam dignior est virgo subiecta Regi, quàm regina præsidens Rustico, sic anima nostra dignior est vbi Verbum est persona quàm vbi anima est persona.

Ad illud est anima rationalis & generatio. Respon. non est in actu suo vltimo sed suppletur à verbo diuino Ad illud. Forma Dei formam serui, ergo naturam naturam Respon. Damascenus. Natura diuina in hypostasi assumpsit naturam humanam Sic Athana. & S. Cyrillus, quia verbum dicitur habere naturam & hypostasim. Præterea quando dicitur est quid simplicissimum, ergo.

Respon. simplicissimum esse in forma & in substantia, non autem in hypostasibus, vel personis, primomodo est simplicissimum non secũdomodo. Præterea vniri stat dupliciter vel secundũ totã essentiã, & formam hoc non, quia sic tota esset vnita. Vel secundum suppositum, & hoc sic. Et sic sola persona: Secunda verò. Persona vnitur in essentia naturaliter, & essentialiter, in natura vero humana vnitur hypostatice, & psonaliter.

Et quando dicitur sicut in puncto vniuntur omnes lineæ & in anima omnes potentiæ. Respon. quòd non valet, quia potentiæ animæ non distinguuntur realiter ab anima, nec ab inuicem nisi secundum rationem. At personæ diuinæ realiter distinguuntur ab inuicem: sic lineæ in puncto sunt in esse indiuiduali naturaverò dicitur esse in conceptu vniuersali, ideo non natura vt natura simpliciter sed persona in natura vnitur.

Exemplum habere possumus in productione creaturarum. Nam licet rationes æternæ quæ dicũtur Ideæ sint vnum & idem in diuina essentia & substantia: Tamen non sequitur. Deus facit aliquid secundum rationem & Ideam vnam, ergo facit omnia secundum illam Ideam. Facit secundum Ideam animalis Leonem, ergo facit secundum illam plantam, ergo hominem, ergo lapides, falsum est, quia alia Idea fecit plantam, alia Leonem, alia stellas, licet sit substantia simplicissima. Sic licet sit eadem substantia in patre, filio & Spiritu Sancto. Tamen in ratione filij, verbi, & sapientiæ vnit sibi naturam humanã, & non in ratione qua pater. Exemplum affert Anselmus de Nilo ex quo lacus, fons & riuus, & est eadem aqua, & eiusdem naturæ licet non sit idem Nilus quòd Lacus, fons & riuus. Hinc Nilus inflatur fons autem non, nec lacus, sic æquidem licet idem sint Natura diuina cum diuinis personis nihilosectius alius est pater alius filius, & alius S.S. Sic filius vnit sibi humanam naturam sub ratione personæ & non sub ratione Naturæ. Vt in sole. Radius vestitur nube & non sol in essentia, & nihilhominus radius est idem quòd sol. Respon. Gradualiter, & formaliter non sunt eadẽ, essentialiter sic. Et quando natura diuina vniuit naturam humanam. Respon. Natura non simpliciter sed natura in supposito. Et quando dicitur in unione terminus est persona, ergo natura naturam. Respon. Verum esse in vnione vbi anima est forma informans, non autem in vnione vbi est subsstentificans & subsstentificatum, vti in præsenti vnione. Nã verbũ est subsstentificans humanã naturã, & dicitur persona præcedens. Hæc dixisse volui in præsenti. In sequenti aggrediar quæstionẽ. Mag Bachonis in qua quærit. An sicuti dicimus quòd verbum caro factum est: possimus etiam dicere. An pater etiam, & S.S. cum filio potuissent eandem naturam numero assumere?

LECTIO VIGESIMA,

Ioa. Bachonus D. 5. q. 1.

Tertia super dist. eadem In qua quæritur à Magist. Io. Bachone. An omnes personæ simul potuissent assumere vnam naturam numero? Ideo pro intellectu huius quæstionis in qua Doctor tenet assertiue quòd potuissent assumere eandem numero naturam scire oportet quatuor, quia continuatio est optima.

Primum respicit gradus potentiæ, } Quo ad primum scire oportet quòd in hoc quæsito laborant
2. Doctores in hoc quæsito } fere omnes præcipui Theologi. Videlicet.
3. Conclusionis probationem } S. Thomas. } Durandus: } Guido Carmelita, }
4. Difficultates & solutiones. } Henricus. } Scotus. } & Ioannes Bacho. }

sed lipartiti sunt. Nam aliqui cum Doctore nostro tenent quòd fuerit possibile, videlicet S. Thomas: Durandus, & Henricus: Scotus vero & Guido tenent oppositum.

Ideo ponendo primum opinionem Doctoris & probationem scire necesse est quod potentia est duplex.

Altera dicit intensionem. } Potentia Intensiua dicitur esse vis, & falcultas, quæ operatur suum fi-
Altera dicit extensionem. } nem & effectum ad omnem gradum perfectionis ad quem potest peruenire, adeo vt quòd illi perfectioni, & gradui minime addi potest alia perfectio, graduſq; Nam ex parte sua sufficientissime absoluit omnem dependentiam rei quàm perfecit.

Potentia extensiua dicitur esse facultas, & dependentia alicuius rei, vnde non solum respicit vnam formã sed multas formas: multa suppositа, & personas. Vnde licet vna persona ex sui conditione ipsit suppositet intensiue: Non tamen extensiue, quia non personat, eam personalitate aliorum suppositorum videlicet patris & s. sancti, quoniam possunt & eam assumere. Stante hac distinctione. Dico quòd potuit assumi ab omnibus. Probo.

1. Natura humana fuit in potentia obedientiali ad omnes personas Trinitatis, ergo ab omnibus potuit assumi, ergo filius non suppositauit sufficientissimo quo ad extentionẽ. Antecedes est verissimum quia omnia Deo obediunt. Conse. patet quia si verbum sufficientissime suppositasse intensiue & extensiue non fuisset in potentia obedientiali: sed falsum. ergo potuit assumi.

2. Ratio ex Diuo Thoma. In Incarnatione pensanda est natura & conditio assumentis. Nam cum Verbum sit huius conditionis quòd vna natura sit in tribus personis, ergo alia natura poterit assumi ab ijs tribus personis. 3. p. q. 3. ar. 6.

personis. Patet per August. in Epistola ad Volusianum. In Incarnatione pensandum est hoc quod tota ratio faciendi est potentia facientis.

3. Ratio Hen. Quando aliqua natura non habet suam vnitatem à proprio supposito stâte eius vnitate quo ad essentiam potest non solum esse in vno supposito sed in pluribus. At natura humana assumpta à verbo non habet suam vnitatem numeralem & indiuidualem à proprio supposito, ergo potest à pluribus suppositari.

4. Ratio est Durandi. Posterius potest multiplicari sine prioris multiplicatione. Sed esse personæ in natura humana est posterius ipsa indiuidualitate naturæ: ergo persona multiplicari potest sine indiuiduali multiplicatione. Minor est aperta, probatur maior. Accidentia quæ sunt posteriora subiecto, multiplicantur, sine subiecti multiplicatione, ergo & personæ.

Præterea Minus inconueniens est vnum absolutum esse in multis personis, quàm vnam relationem nostro esse indiuersis personis, sed sic est quod vna relatio est in duabus personis, ergo à fortiori natura humana poterit esse in tribus personis. Maior clarissima quia absolutum non includit oppositionem, sed relatio includit opposita relatiua. Minor patet, quia spiratio actiua dicitur esse in patre & filio, ergo in duabus.

5. Præterea Dicit Doctor si fieri non posset hoc quòd sint tres in natura humana, esset propter repugnantiam. Tunc sic. Ista repugnantia tripliciter considerari potest.

Vel respectu naturæ humanæ. Vel respectu personalitatum. Vel respectu potentiæ diuinæ.

Non est repugnantia respectu naturæ humanæ. Ratio. Natura humana habet duas circunstantias.

Prima est quod subsistit perse, } Subsistit perse, quia terminat & operatur proprias functiones. Termi
2. est quòd est vna numero. } nat suas proprias functiones quia est subsistantia perfecta. Est vna numero quia singularis: & solum singulare per se subsistit proprie, ergo in quibuscunq; reperitur erit semper singularis, & vna numero, ergo etiam in duobus & tribus. Vt caro quæ est in tribus digitis, vel quinq; digitis est vna numero.

Non repugnat ex parte personarum relatiuarum quòd in vna natura limitata & finita sint tres relationes & tria relatiua supposita. Exem. In calore. Nam in eodem calore numero & singulari sunt tres relationes.

Prima est actiui ad passiuum, puta ad calefactibilem aquam, vel lignum. } Ergo eodem modo
2. est similis ad simile, quia ita calefacit quod facit passum simile sibi, } possunt etiam tres
3. est æqualis ad æquale, quia sunt in passo tot gradus caloris sicuti in agente. } relationes in natura humana.

Non repugnat etiam ex parte potentiæ obedientialis, quia omnia producta respondent illi potentiæ secundum quod vult & placet, ergo conclusio maneat firma & stabilis quòd omnes tres personæ simul & semel potuissent eandem numero naturam humanam assumere & personare. Scotus vero & Guido Carmelita fortissimis rationibus reluctantur huic sententiæ. *Lib. 3. q. 2.*

ARGVMENTA.

opposita.

Arg. 1. Doctoris. Si duæ formæ, vel tres hypostatice essent in homine cum suis actualitatibus hypostaticis sequeretur, quòd ille homo esset duo suppositа, ergo si tres personæ supposita rent, ergo tres homines. Hoc falsum. Idem Ansel. de incarnatione. Impossibile est secundum quâlibet personam hominem ideſt humanam naturam esse incarnata & 2. lib. cur Deus homo. ca. 9. plures personæ impossibile est eundem hominem assumerem. Quia vnus homo impossibile est quòd sit tres.

Arg. 2. Guidonis. Actus qui conuenit vni supposito diuino vt tale suppositum excludit ab illo actu aliud suppositum secundum omnem rationem suppositandi. Sed cum filius assumpserit humanam naturam ille actus assumptionis est determinati suppositi vt determinatū suppositum est, ergo à nullo alio suppositari potest. Minor clarissima. probo maiorem per simile. Generare est actus patris vt talis suppositi & determinati, Ideo filius nullomodo ab alio potest generari, & tali modo, ergo eadem ratione si filius suppositet humanam naturam non est suppositanda ab alijs personis,

Arg. 3. Non minus perfecta natura assumpta suppositata est à diuino supposito, quâ si personaretur à proprio supposito, sed si personaretur à proprio supposito impossibile esset suppositari ab alieno, ergo nō ab alijs personis suppositari potest. Minor probatur. Dū suppositatur à proprio supposito est per se subsistens, & nō innitens alteri: Dum ab alio suppositatur non existit in se, sed in alio, ergo simul & semel esset subsistens in se, & non subsistens existens & non existens, non innitens & innitens alteri.

Arg. 4. Impossibile est idem simul esse sub multis formis eiusdem rationis, ergo natura humana non potest à tribus personis suppositari, quia sunt eiusdem rationis. Terminari aliquid personaliter dicit essentiam rei, quia constituitur in esse essentiali, ergo cum personæ sint eiusdem rationis, ergo tres terminationes essentiales. Hoc falsum.

Arg. 6. Quando plura agentia comparentur ad aliquem effectum non per eandem rationē realem: & vnūquodq; agens est per se sufficiens & non cooperatur ad aliud sicut primum ad secundum, impossibile est q; ambo illum effectum terminent: aliquin esset confusio, quoniam vnum agens vna ratione & alterum alia operaretur. D. Thomas 3. p. q. 3. ar. 6. sicuti natura diuina in pluribus personis nō patitur esse plures Deos, ita vna natura humana in pluribus personis non pariet ur esse plures homines; similiter non esset vnus homo. Nam vnus homo dicitur singularis, singularis dicitur quia est vna persona, ergo tres personæ essent vna, ergo non distinctione personarum.

Sed in tribus personis nō est vna vis terminādi secundum rem, ratio quia non est vna personalitas, & quælibet earum est sufficiens per se ad terminandam dependentiam naturæ humanæ, quia vna nō incarnatur mediante incarnatione alterius, vt secundarium ad primum, ergo impossibile est quòd omnes terminentur illam dependentiam. S. Bona. Di. 1. q. 3. R espo. 23. si assumerent tres personæ vnam naturam, ergo cum sit communicatio Idiomatum, ille homo dicitur pater, filius & s. s. & econtra, sed si verum esset ergo periret distinctio personalis.

Præterea

Præterea si tres personæ assumerent eandem naturam aut vnica vnione, Aut pluribus, si vnica vnione, ergo esset respectu alicuius essentialis actus, cum omnes communicent in essentia quòd est impossibile; si pluribus, ergo plures Incarnationes.

Patet quia altera persona esset super Vacanea. Patet vlterius à simili si per possibile daretur quòd Pater & filius spirarent vt duo distincti, & nullus ab alio dependeret, & pater esset sufficiens & filius similiter, æquidem alter non concurreret cum alio, quia superuacaneæ. At quia filius dependet & concurrit In omni dependentia essentiali dependens respicit tantum vnum si illud potest sufficientissime terminare eius dependentia. *Scot. Arg. 6. li. 3. q. 2.*

Sed natura assumpta essentialiter dependet à persona suppositante vt persona, non vt talis, quia accidit, q; sit pater, vel filius, ergo non poterit aliunde suppositari. Minor est clarissima.

Sed maior probatur. Quoniam illud dicitur dependere essentialiter sine quo esse non potest. At sine supposito & personalitate natura humana non potest esse subsistens, ergo ab illa persona dependet, ergo ab vna & non à pluribus.

RESPONSIONES.

Ad primum, ergo vnus homo essent duæ personæ. Respon. negando sed in vna natura humana essent duæ personæ, nec est absurdum.

Ad 2. Anselmi. Dico quòd est verum quòd non potest assumi à pluribus in vnitate personæ, sed vt est natura indiuidualis.

Ad 3. actus sufficientissimus terminans dependentiam excludit alium. Respon. excludit intensiue non autem extensiue, quia extenditur ad aliam suppositationem.

Ad 4. si a suo supposito, suppo. non ab alieno. Respon. falsum de potentia obedientiali. Nam Deus posset suppositare, eam.

Ad 5. plures formæ ejusdem rationis essent in eodem. Negatur, quia assumerent vt sunt relatiua.

Ad 6. Aut vna sufficit aut non. Respon. sufficit intensiue sed non extensiue. Nec hoc modo est superuacanea. Nam in tensiue ex parte propria, sed non extensiue.

Sic dicimus Scoto, quòd intensiue terminat dependentiam, non extensiue.

Ad illud Bona. ergo esset actus essentialis. Respon. concedimus quòd sit essentiale quia ab omnibus personis & quia ad extra, sed cum distinctione relationis in suppositatione, & sic concludimus, quod vnaque quæ persona potest sufficienter & intensiue suppositare naturam humanam: & omnes intensiue & extensiue, non tamen singula extensiue potest terminare. Ad S. Thomam. tres personæ vnus homo in natura, verum est tres personæ diuinę sunt vnum per communicationem naturæ, vt plura indiuidua Vnum in specie. Qui adheret Deo vnus spiritus est 1. Corin. 6. Ad illud Anselmi, ergo Idiomata communicantur ipsi homini, ergo cum sit vnus, ergo communicatur Idioma patris filio ergo. Resp. quòd communicaretur secundum personas. Nam secundum q respicit suppositum patris & pater dicitur ingenitus, sic & homo ille. Nec valet ergo, & filius, eomodo quo nō valet indiuinis. Nam dicimus quòd pater est ingenitus, non dicimus tamen de filio, licet sit Deus. Hæc dixisse volui. Insequenti aggrediar Distinctionem 6. in ordine secundum Magistro senten.

LECTIO VIGESIMAQVARTA

Super Dist. 6. in qua Magister agit de quatuor præcipuis prædicationibus diuinis ex præstantissimis Doctoribus.

Prima prædicatio est ista; Deus factus est homo: 2. Homo factus est Deus. } 3. Deus est homo: Et homo est Deus. 4. Filius Dei factus est filius hominis. }

Prima propositio explicatur hoc modo Deus factus est homo ideſt Deus cepit in tempore esse hominem & substantiam non demigratione naturæ in naturam sed vtriusq; naturæ seruata proprietate vniit substantiam ex anima rationali & carne subsistentem.

2. Propositio eodem modo quando dicitur Homo factus est Deus, ideſt, cepit homo singularis per dignationem Diuinam esse Deum. Vel vt inquit S. Thomas factum est vt homo sit Deus: filius fuit semper Deus & non homo.

3. Propositio Deus est homo varie explicatur. Hinc quinq; opiniones afferam.

Prima est Manichęi } Prima Manichęi opinio negat verum corpus fuisse in Christo, } *Tho. 3. p. q. 16. ar. 1.*
2. Fotini. } Fotinus negat Christum fuisse verum Deum, }
3. Arrij. } Arrius negauit similiter diuinitatem in Christo, }
4. Nestorij. } Nestorius negauit veram vnionem Dei cum homine. }
5. Catholicorum. } Catholici fatentur Christum Deum & hominem, & asserunt esse veram vnionem inter Deum & hominem, & ideo dicitur Deus homo.

Prima opinio Manichęorum dicebat quòd Deus, ideſt verbum habebat corpus phantasticum & similitudinarium eo modo quo dicimus Mercurium esse in in cupro, non quòd sit vere Mercurii natura sed phantasma, similitudo, spriesq; Mercurij: sic verbum habebat similitudinem hominis assumptam vt appareret hominibus sicuti Angeli.

2. Opinio Fotini erat, quòd Christus dicitur esse, vel Deus homo, Non quòd realiter habitaret diuinitas in carne, sed per gratiam dicitur Deus, quia diuinam habebat gratiam, dicebatur tamen excellentiori via, quam alii de quibus dictum est Vos Dij estis & filij excelsi omnes, quoniam abbundantiorem ei, attulit gratiam sed falsissima est cum præcedenti. 3. Arrius similiter ponebat Christum simplicē creaturam cum isto. *Fotinus Ponit hominem & negat Deum. oppositum superioris.*

4. Opinio Nestorij ponebat Christum verū Deum & verum hominem, sed negabat vnionem ita strictā diuinæ naturæ cum humana vt diuina personaret, suppositaretque naturam humanam: sed dicebat quòd

* solum

solum inhabitabat per affectionem, dignitatem & Auctoritatem, vti quando realiter habitat Rex cum amicis, & filijs, vbi non habitat personando, nec supponendo, sed per amorem vnde communicat potestatem regendi & dignitatem honoris sed hoc, falsum, quia tunc essent duo suppositi & duæ hypostases 2. non esset denominatio, quia affectio non hēt veram denominationem, ergo reprobatur ab Ecclesia.

Catholici. 5. Opinio est Catholicorum quæ asserit Deum hominem esse, & Hominem esse Deum non solum ratione terminorum quia scilicet Christus est homo, & Deus vere propter naturas vnitas; sed etiam quia persona diuina suppositat, & terminat dependentiam naturæ humanæ. Ideo dat denominationem veram, & propriam. Hinc dimissis his hæresibus accedo ad probationem istarum prædicationum catholicorum & primo

1. Mag. Seneca. quo ad hanc Deus factus est homo. Et primo auctо.

Ioa. 1. D. August. in lib. de Trini. Cum legitur verbum caro factum est. In verbo intelligo verum Dei filium: in carne agnosco hominis filium, & vtrunq; simul vnam personam Deum & hominem coniunctum, ergo.

Idem in Enchiridion. Idem super Ioannem. Agnoscamus geminam substantiam Christi diuinam & humanam, ergo Deus & homo. Idem in lib. de prædestinatione sanctorum. Idem in lib. 13. de Trinitate. Gratia Dei in homine Christo cōmendatur. Idem Hila. in lib. 10. de Trini. Christū non ambigimus esse Deum verbum filiumq; hominis ex anima rationali & corpore constitutum, ergo fastus est.

Idem dicitur ab Aug. & ab omnibus Doctoribus super illud Pauli. Habitu inuentus est vt homo. Vnde explicat quòd sit factus homo. Ideo in lib. 83. quæ inquit. Cum habitus sit animæ, & corporis, & circa partes corporis: Animæ vt virtutes: Corporis vt fortitudo; & circa corporis partes, vt calceatum, loricatum, & vestitum esse, potest, quatuor modis considerari.

Primomodo vt mutans & non mutatus,
Secundomodo vt mutans & mutatus,
Tertiomodo nec mutans, nec mutatus,
Quartomodo nec mutās, nec mutatus sed alteratus.

} Primomodo habitus mutans & non mutatus dicitur esse sapientia: fides, spes charitas, & virtutes quę absq; sui mutatione mutant stultum in sapientem incredulum, & similes inuiros præstantissimos, & tamen nec sapientia nec virtutes mutantur.

Secundomodo Habitus idest de his quæ accidunt, vel accedunt, quia habitus hoc in loco assumo omne quòd habetur, vel accidit, vel accedit, quòd mutat & mutatur, dicitur esse cibus. Nam cibus mutatur in sanguinem & carnem aliti, & caro, & sanguis mutat exilitatem, & languorem in robur, atq; valentiam.

Tertiomodo habitus qui nec mutat, nec mutatur dicitur esse anulus in digito, nō mutat manū, nec mutatur à manu; qui habitus rarissime inuenitur, quoniam semper accidit aliqua alteratio.

Quartomodo Habitus qui nec mutat naturam, nec mutatur in substantia sed solum sumit formam, speciem ac similitudinem quàm prius non habebat. Hoc modo dicit Paulus Deus enim filius semetipsum exinaniuit formam serui accipiens non formam suam mutans, nec formam assumptam, sed remansit Deus & factus est homo. Ideo factio illa dicitur esse respectu hominis quia naturam sibi vniuit.

Idem asserit de fide ad Petrum. Nam cum Dei filius sit Deus eternus, & verus, pro nobis factus est homo.

Verus & Plenus.
} Verus quia habet carnem humanam: Plenus, quia habet animam rationalem.
} Verus quia caro realis. Plenus, quia anima erat Beata.

Aug. Hilarius. Idem in libro contra Maximinum. Inuisibilis Deus apparuit in homine visibilis.

Idem Hila. dicit quòd ille habitus carnis, fuit caro, & similitudo carnis. Fuit caro quia de sanguinibus Virginis: fuit similitudo quia non fuit caro peccati.

Idem asserit S. Bernardus in lib. 2. de consideratione Cap. 2. Catholicum est pronuntiare Deum verum hominem, & hominem verum Deum.

Idem Probatur ratione à Michaele Bono. D. 7. q. vnica con. 1. Inquit Michael.

Mich. D. 7. q. vnica con. 1. Quæcunq; prædicantur de aliquo tertio possunt de se inuicem prædicari. Sed Deus & homo prædicātur de aliquo tertio, ergo possunt de se inuicē prædi. ergo homo prædicabitur de Deo, & Deus de homine. Probo maiorem & minorem. Maiorem probo ex Phy. Quæcunq; vni & eidem sunt eadem inter se sunt eadem. Numerus binarius, & numerus ternarius sunt eadem quantitati discretæ, ergo inter seerūt idem: sic lineæ rectа & linea, curua sunt eadem qua. continuo, ergo inter se erunt eadem. Minorem probo ex se. Nam certum est quòd hæc prædicatio est vera Christus est Deus: & hæc similiter Christus est homo, ergo erunt inter se eadem, ergo. Homo Deus, & Deus homo factus est.

Prædicatio quinq; modis. Præterea ad maiorem elucidationem scire oportet quòd quando hic loquimur de prædicatione non venit intelligenda de omni prædicatione. Nam prædicatio dicitur quinq; modis pronunc. Videlicet.

In hærentiæ
Causæ
Essentiæ
Identitatis formalis & Vnionis.
} Inhærentiæ, vt si dixero homo est albus,
Causæ, Vt intelligentia est mouens, socius generans,
Essentiæ, vt planta est substantia, lapis est corpus,
Indentitatis, vt essentia est pater generans,
Formalis vt pater generat, filius generatur essentia cōmunicatur.
Vnionis vt homo est Deus, vel factus est Deus, vel Deus est hō
} Hoc in proposito igitur dicere debemusquod Mag. non

loquitur de omni prædicatione quando dicitur Deus est homo, vel factus est homo, sed solum loquitur de prædicatione Vnionis, & assumptionis. Hæc sint pro conclusionis confirmatione modo insurgunt difficultates per difficiles. Ex Michaele S. Thoma. Bona. & alijs.

OBIECTA CONTRA Prædicta.

Tho. 3. p. q. 16. ar. 1. Ar. 1 Omnis prædicatio affirmatiua in materia remota dicitur esse falsa formaliter; Sed istæ prædicationes Deus factus est homo, vel Deus est homo & homo Deus sunt in materia remota, ergo falsæ. Probo maiorem. Illa prædicatio dicitur esse falsa cuius formæ subiecti & prædicati sunt remotissime. At homo & Deus sunt remotissime formæ quia in infinitum distant, & quæ maxime distant non possunt vniri, ergo nec prædicari.

Mich. con. 1. Ar. 2. Aut istud prædicatum Deus est homo est absolutum, aut relatiuum. Non est absolutum quoniam omne

omne quod dicitur ad se, & absolute est commune toti Trinitati vt d. S. Aug. 5. lib. de Trini. c. 10. ergo si diceretur de filio, & de patre & de spiritu S. ergo incarnati essent, sed falsum, ergo. Non est etiam relatiuum quia haberet correlariuum, sed non video, ergo non potest fieri.

Arg. 3. Ista prædicatio. Aut ē per se. Aut est per accidens. Nō per accidens quia Deo nil accidit. Nec Deus & homo cum sint substantiæ alicui possunt accidere, dicente Philo. Quod vni est accidens, alteri non potest esse substantia. Non est etiam per se. Quia prædicatum perse dicitur de omni contento sub subiecto, primo posteriorū. Homo est animal & sub homine continētur socrates. Plato, & de ijs prędicatur animal, ergo si homo prædicatur de Deo, & Deus de homine, ergo Homo prædicabitur de patre & de S. S. & Deus de socrate, & Platone, hæc absurda, ergo non.

Aut ista prædicatio est vniuoca
Aut æquiuoca.
} Non vniuoca quia nil vniuocum creatori & creaturę,
Non æquiuoca, quia si æquiuoca ergo Christus non esset verus homo, quia homo æquiuocus est homo per similitudinem, & nomine solum, ergo. *Arg. 4.*

Aut ista prædicatio dicitur esse. *Arg. 5.*

In plus quàm subiectum,
Aut inminus,
Aut in æquale quòd subiectū.
} Non est in plus, quia si esset in plus extēderet se ad omnes personas diuinas vti animal ad omnia viuentia quod dicitur de homine, ergo esset Dei causa. Non est in minus, quia tunc omnis homo posset dicit Deus cū sint minora. Non est in æquale, quia nulla res Deo æquari potest, ergo nullomodo potest fieri.

Quod Deus non sit factus homo. Deus non est mutatus ergo, non est factus homo. Probo consequentiā. Factus & fieri semper arguunt mutationem cū verbo est, vt patet inductione. Sortes factus est albus, ergo sortes mutatus est de non albo in album, ergo si Deus factus, ergo mutatus. *Arg. 6.*

Aut homo supponit pro rencreata
Aut pro increata.
} Non pro creata quia Deus increatus est, non potest esse creatura,
Non pro re increata, quia sequeretur, quòd Deus esset factus, quia solus increatus, ergo falsa prædicatio. *Arg. 7. Mich. con. 2.*

Si Deus factus est homo, ergo Deus, Deus factus est, probo. si Deus factus est homo, non est factus nisi iste homo qui est Christus. Tunc sic. Christus est Deus, ergo Deus factus est, hoc repugnat, ergo. *Arg. 8.*

RESPONSIONES *Argumentorum.*

AD primum dico quòd ea quæ sunt in materia non faciunt prædicationē affirmatiuam. Respon. ꝙ prædicatio sumitur bifariam.

Vel respectu naturarum absolute,
Vel respectu naturarum relatiue.
} Si cōsideretur vt natura diuina & natura humana in se & absolute nulli dubium est quòd non prædicantur ad inuicem. Si vero considerentur in relatione ad suppositationem quatenus idem suppositum dicitur esse naturæ diuinę & naturæ humanæ, hac de causa dicimus quòd vna prædicatur de altera, & altera de alia, & sic verè dicitur homo Deus, & Deus homo. Et sic homo non est in materia nec contingenti, nec remota, sed conuenienti naturæ diuinæ. Apparet in accidentibus. Dicimus homo est albus: prædicatur albedo nō quia sit æqui: vel vniuoca: aut æqualis, sed quia suppositatur ab homine.

Ad 2. Istud prædicatum est absolutum aut relatiuum. Scotus d. quòd dicit relationem quandam ad verbum, vt subiectum & prædicatum. Ioa. Bacho. & Micha. d. est quid absolutum, est prædicatio substantialis, ergo absо.

Ad 3. Aut est perse, aut per acci. Respon. Rhicardus est perse, quia substantialis, ergo de omni. Non valet regula illa nisi in his quæ sunt vnita per naturam, non in his quæ solum per suppositationem.

Ad 4. Aut vniuoca, aut æquiuoca. Respon. Bona. nec vniuoca, nec æquiuoca sed singularis. Non est æquiuoca quia est vere homo Christus, & Deus. Non vniuoca quia non prædicatur eodem modo de Deo & de petro: Nam de Petro essentialiter, & de Deo singulariter. Sed dicitur singularis quia est prædicatio ratione vnionis.

Ad 5. aut in plus aut in minus, vel æqua. Respon. Singulariter, qa suppositatur. Vt in exm. Albedo prædicatur de Socrate, ergo de omni homine? negatur. Sic prædicatur de filio, ergo de patre? negatur, quia prædicatio respicit suppositum, & non naturam.

Ad 6. ergo mutatio in Deo, quia factum, & fieri cum verbo est dicunt mutationem. Respon. Mutatio dupliciter.

Propria &
Impropria.
} Propria in transmutatione mobilis de potentia ad actum, vt in auctione, Generatione locatione, & fit in vtroq, termino & in natura.

Impropria quando non in natura. In proposito ista factio non proprie arguit mutationem, quia nec natura diuina mutatur in humanam, nec humana in diuinam: sed solum assumitur. Ideo est mutatio denominatiua & extrinseca, quia De non homine factus est homo.

Ad 7. aut dicit rem creatam aut increatam. Respon. dicit rem esse.

Creatam
Conceptam &
Æternam.
} Creatam respectu animæ Christi
Conceptam respectu carnis Christi.
Æternam respectu personæ verbi.
} Ad vltimum, ergo Deus factus est, negatur. Quia Deus Christus, Christus factus. Respon. Impropriе. Quia facere significat vnire. Vniuit non fecit, D. August. Ea quæ sunt fidei nostræ melius intelligimus, quàm proferimus. Vnde Bernar. d. ꝙ Iudæi balbutiendo, resonamus. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar illam vltimam parte magistri inqua tenet quòd ista propositio. Homo est factus Deum est falsa.

LECTIO VIGESIMAQVINTA

In qua probatur ista propositio quod sit falsa dicendo. Homo est factus. Deus. Nam hoc subiectum homo.

Aut supponit pro natura humana,
Aut pro supposito naturæ humanæ,
Aut pro vtroq; simul, sed omnibus modis est falsa, igitur. } Probo primum quo ad naturam humanam ꝙ non sit factus Deus Ratio. Natura humana est à nihil: Deus est à se, ergo, Natura humana non est Deus.

2. probo quod non supponat pro supposito, quia suppositum in natura humana dicitur esse verbum, verbum est Deus, Deus nullomodo potest dici factus, ergo falsa. Non potest dici tertium quia quòd negatur, de partibus minime asserere possumus de toto nempe quo ad naturam & personam.

Præterea. Si posset fieri hæc prædicatio. Homo est factus Deus, sequeretur, quòd homo esset deificatus: sed hoc est falsum quòd sit deificatus, quia deificatio est prædicatio de nominatiua prædicatio denominatiua est accidentalis & extrinseca, ergo sequeretur quòd non per essentiam & per substantiam personalem supponitaret humanam naturam quòd est falsissimum, ergo non valemus dicere Homo factus est Deus.

Mag. lib. 3. D. 7. in fine. Comprobatur à Diuo August. in libro Retractationum vbi inquit. Non video quomodo recte dicatur. Homo dominicus eius qui est mediator Dei & hominum & dominus. Quoniam in diuina persona non cadit prædicatio denominatiua quæ est accidentaria, ergo nec homo est factus Deus quia sequeretur, quòd esset deificatus.

Præterea si homo factus esset Deus, ergo Deus factus est Deus, sed hoc falsum, ergo probo. In personalitate diuini verbi & suppositatione qua natura humana subsistit verbum communicat naturæ humanæ sua Idiomata. Vnde cum persona sit Deus, & homo personatus est Deus, Cum sit creator ac personata. Cum sit Dominus, & sapiens, sic & ille homo dicitur esse Dominus sapiens, & creator, ergo si Deus sequeretur, ꝙ Deus esset factus.

Præterea si vera esset ista propositio sequeretur, quod homo esset vnitus vt inquit S. Bernardus scribens ad Æugenium, vno istorum modorum. Videlicet.

Vnitate collectiua:
Constitutiua,
Coniugatiua
Proportionatiua,
Natiua,
Simplicitate,
Indiuisione
Totalitate,
Virtute,
Dignatione. Accidentali & votiua.

Collectiua vt aceruus lapidum,
Constitutiua vt materia & forma,
Coniugatiua vt vir & coniux,
Proportionatiua, vt auriga & currus,
Natiua vt anima & corpus,
Simplicitate, vt essentia rei, vel vniuersale.
Indiuisione vt punctus,
Totalitalitate vt sphæra,
Virtute vt boni, accidentali, vt homo albus.
Votiua vt Religio,
Dignatio, vt Imperator & seruus.

Stante hac distinctione non possumus dicere ꝙ sit prima vnio collectiua, quia aceruus lapidũ nõ habet vnum terminum commune sed vnusquisq; lapis suũ proprium tenet terminum, sed in Incarnatione est tantum vnus terminus suppositans naturam humanam & diuinã scilicet persona verbi. igitur præsens non dabitur vnio, ergo hoc modo non est factus homo.

2. Non datur 2. Vnio constitutiua vti potentia & actus, quia ambæ naturę sunt in esse perfectibili, ergo non est factus Deus,

3. Non datur vnio 3. coniugatiua, quæ est inter virum & vxorem, quia illa vnio est solum per fidem, & per cohabitationẽ, & generationem, sed non fuit in Christo qui semper unicus & non duo, & fuit vere vnitus carni, & quod semel assumpsit nunquàm dimisit, ergo hoc modo non est factus Deus.

4. Non, datur vnio proportionatiua quia Auriga non potest dici currus, nec currus auriga. Tamen bene dicimus nos. Deus homo, & homo Deus, ergo hoc pacto. Homo non est factus Deus.

5. Non datur vnio natiua vt quando nascitur homo exanima & corpore, quia hoc modo anima supponitat carnem. Sed in Christo suppositum est verbum & non anima. igitur non dicitur factus Deus.

6. Non datur vnio simplicitatis, vt essentia, & vniuersale. Quia in Christo non fuit vna essentia sed tres, videlicet substantiæ, corporis, & animæ.

7. Non datur vnio indiuisibilitatis, vt in puncto, quia Christus ratione corporis habebat longitudinẽ, latitudinem & profunditatem.

8. Non datur Vnio totalitatis. Vt in sphæra, quoniam in sphæra vnica datur linea, in Christo verè sunt tres lineæ verbum, anima & corpus.

9. Non datur vnio virtutis. Quia ista vnio est solum spiritualis: Hæc autem Christi est spiritualis, corporalis, & diuina.

10. Non datur. Dignatiua, vt quando Imperator vnitur seruo, quia ista dicitur esse tantum modo quo ad gratiam, & familiaritatem. At ista in Christo fuit per assumptionem, ergo cum non det.

11. Non datur vnio accidentalis, quia naturæ diuina, & humana sunt substantiæ.

12. Non datur votiua vnio, quia vnio votiua respicit tantummodo obligationẽ præcepti, sed in hac apparent naturæ, ergo nullo pacto possumus dicere homo factus est Deus. Ideo dicitur quòd in Christo est.

Vnitas nulla, } Vnita nulla respectu naturarum. } Vnitas nulla respectu naturarum quia
Vnitas parua, } Vnitas parua respectu corporis, } Vna natura non fuit conuersa in alterã, nec Diuinitas in carnem, nec anima
Vnitas Magna } Vnitas mag. respectu animæ &
Vnitas summa. } Vnitas summa respectu verbi. } in Deitatem. Sed caro, caro, & anima anima, & Deitas Deus remanserunt.

Vnitas corporis fuit parua quia per animam corpus assumpsit, & non animam per corpus.

Vnitas animæ fuit magna propter simplicitatem qua Deo fuit conformis supra corpus.

Vnitas diuinitatis fuit maxima, tum ratione suæ altissimę maiestatis, cum etiam quia omnes perfectiones communi-

communicauit humanæ naturæ assumptæ. Idcirco cum prædicatio ista vt redeamus ad principale propositum sit indigna ipsi Christo non erit admittenda. Ideo conclusio permaneat in suo robore, quòd non debemus concedere. Quòd HOMO Factus sit Deus.

RATIONES IN OPPOSI.

Quod possit dici. Homo factus est Deus.

Arg. 1. Dicit Paulus Roma. 1. Quod ante promiserat per Prophetas de filio suo qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Tunc sic: Homo factus est filius Dei, ergo factus est Deus, probo quia filius Dei est Deus. Antecedens est ex Paulo.

Arg. 2. D. Aug. 1. de Trini. Talis erat illa susceptio quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum, ergo vera est ista propositio. Homo factus est Deus.

Arg. 3. Idem asserit Grego. Nazianzenus in Epistola ad Eliodonium. Deus quidem humanatus est, homo autem deitatus. Tunc sic. Sicut hac ratione dicimus quòd Deus factus est homo quia est humanatus, ergo eadem ratione dicemus quòd homo factus est Deus quia Deitatus est.

Arg. 4. Quod est modo & non erat fit, Sed homo ante Incarnationem non erat Deus, & post incarnationem esse Deus, ergo factus est Deus, ergo.

Arg. 5. Per Regulam conuersionum. Sicut ista est vera Deus factus est homo, & homo factus est Deus, ita hæc erit Verissima homo factus est Deus. Ratio est clarissima Nam factio magis conuenit homini quàm Deo, ergo si Deo conuenit, magis homini, propter illam regulam. Si de quo minus videtur in esse, & in est, ergo & de quo magis. Sed minus videtur concedi quòd Deus sit factus, & tamen conceditur. Igitur magis de homine quòd sit factus Deus.

RESPONSIONES.

Ad obiecta.

Ad 1. filium Dei fieri filium hominis, de semine Dauid intelligitur & per cõsequens homo factus est Deus Respon. quòd explicari potest trifariam illud participium factus.

Vel vt respicit subiectum homo, } Non est dicendum quòd homo sit factus, quia quod fit non est ac
Vel vt respicit prædicatum Deus, } Deus æternus, ergo non potest dici homo factus.
Vel vt respicit vnionem vtriusq; } Non est dicendum quod Deus sit factus homo, quia quod fit mutatur. At Deus dicitur esse immutabilis, ergo oportet dicere quòd factus respiciat vtrunq; scilicet hominem & Deum, & sic factus dicat vnionem. Dei, & assumptionem hominis. Modo quando dicit. Apostolus quòd sit factus ex semine Dauid secundum carnem, sic explicare oportet. Factum est vt homo per vnionem ad diuinam naturam sit Deus.

Ad 2. eodem modo est respondendum factus ideſt per diuinum amorem factum est vt vniretur Deo; eadem responsione tollitur argumentũ. Gregorij Nazianzeni.

Ad 4. quod modo est Deus & non erat, ergo factus: Respon. negando consequentiam, si factus accipiatur pro mutatione in Diuinam naturam, non prout dicit assumptionem.

Ad 5. dico quòd non conuertitur. Nam licet sit vera ista Deus factus est homo, non tamen conuertitur, ergo homo factus est Deus. Vt in exẽplo Dicimus: Socrates factus est albus: Tamen conuerti non potest, d. Album factum est socrates. Ratio, quia conuersio fit solum in his quæ sunt vt causa & causatum essentialiter, vel ex principijs essentialibus. Vt valet homo, ergo animal rationale. Animal rationale, ergo homo. Vel ex essentialibus vt risibile, ergo homo, Homo ergo risibile. Non autem in his quæ non sunt essentialia, & diuersarum rationum vti Deus & homo. Et sic manet conclusio clarissima. Quod non potest dici quòd homo factus sit Deus. Nam prædicatum in propositione sumitur formaliter. Forma dicit naturam, natura dicit productionem subiecti. in subiecto prosupposito. Ratio. Quia quando dico Homo factus est Deus, subiectum homo dicitur supponere pro personalitate, & supposito humano terminans dependentiam naturæ suæ personæ & sequitur quòd in Christo essent duæ personæ, & duo suppositi quod est falsum. Ideo licet licet recte possimus dicere de Deo quia suppositum diuinum terminat naturam humanam, & substentat, non tamen de homine dicere possimus, cum natura diuina non possit personari ab humana nec terminari.

Sic S. Thomas Respondet, sic Richardus de media villa lib. 3. d. 9. q. 1. p. Michael d. 7. conclu. 3. ad p. Ter. in subiecto dicit materiam vel suppositum In prædicato d. forma ideſt dicit naturam.

Præterea. Respondet Bononiensis Carmelita quòd quando prædicatum dicitur de aliquo subiecto per Verbum est & cum participio factus semper illud subiectum præcedit prædicatum, sed impossibile est quòd Homo præcedat Deum, ergo non possumus dicere quòd sit factus Deus, minor est clarissima & maior probatur. Nam facere quomocunq; sumatur significat semper nouitatem realem, & actualem. Cum in Deo nulla fieri possit nouitas, sequitur quòd non possit verificari hæc propositio. Homo factus est Deus. Ideo datur vnam responsionem vniuersalem pro solutione omnium auctoritatum patrum in quibus apparet hæc prædicatio, vel trahitur. Homo factus est Deus, quòd de mente Richardi Dist. vbi supra quòd Doctores attendunt magis ad realitatem quàm ad loquutionũ proprietatem. Ideo interpretantur hoc modo. Homo factus est Deus ideſt factum est vt homo sit Deus. Ideo dicitur esse vera non insensu positionis, sed in sensu intentionis quem intelligunt ipsi Doctores.

Præterea inquit Scotus. licet concedatur hæc propositio Deus factus est homo non tamen conuersa, Homo factus Deus. Ratio est in promptu quia in prima propositione, & subiectum & prædicatum dicuntur esse naturaliter. In conuersa non sunt, sed creditur, quòd Deus factus sit. Hoc falsum, ergo. Hæc pro præsenti. In sequenti lectione aggrediar Mag. Bacho. Distin. vel quæ, In qua inuestigat. An secundum Iudæos peritos possimus dicere quòd Christus sit Deus.

Di.6.

LECTIO VIGESIMASEXTA

Super quæstione 6. Distinctionis 6. ex Ioanne Bachono in qua Doctor inuestigat. An per scripturam quam tenent Iudæi probari possit quòd Natura humana vnita sit cum diuina? Ita quod Christus sit verus Deus & verus homo, et concludit quòd ista propositio Christus est verus Deus & verus homo. Idcirco more solito.

Affero tria primum Probationem
2. Difficultates,
3. Solutionem.

} Obseruate diligenter quia presens lectio erit vsui, & maximo honori in concionibus, & disceptationibus aduersus Iudæos, quando occurrerit. Hinc accedo ad probationem, & assumo loca veteris legis videlicet,

Vide Ioa. Bacho. 4. d. 4. prolo. ar. 1. 2. 3.

Zacchariæ } Prima probatio est ex Baccho, qui præuidens verbum carnem assumpturum inquit.
Micheæ, } Hierusalem Exulta satis filia Syon, Iubila filia Hyerusalem, Ecce Rex tuus venit tibi iu
Hieremiæ } stus & saluator, Ipse pauper & ascendit super asinam. In qua Auctoritate quatuor præ
Isaiæ } cipua obseruo.

Salomonis	Paupertatem,	Paupertas ostendit humanitatem
Dauid,	Humilitatem	Humilitas in lumento,
Iob	Dignitatem regalem,	Dignitas regalis diuinitatem
Iudicum,	Iustitiam &	Iustitia Bonitatem, & sanctitatem &
Exodi &	Finem, & gaudium	Finis quod est saluator ostendit Redemptionem,
Geneſis,	Vnde apparet quòd sit vera ista propositio quòd Christus sit Deus & homo, nec aliam	

explicationem possunt adducere hæbrei. Gaudium explicat consolationem nostram propter liberationem, & aduentum Id confirmatur per illud dictum scripturæ simul in vnum diues & Pauper. Diues vt Deus Pauper vt homo. Hinc dicebat sponsa Exultabimus & lætabimur in te gloria, in te Deo Sancto & benedicto. Ideo ante aduentum Christi nullum fuit verum gaudium licet venerint Patriarchę, Prophetæ & Angeli ad mundi consolationem, solum fuit in Christi aduentu. Accidit mundo sicuti legitur de quadam Imperatrice cuius Maritus, Filij, Generes, & amici mare transierunt, postea temporis spatio magno consumpto dictum fuit Imperatrici. Venerum filij tui, Impera. respondens ait. Quid ad me? lętentur nurus meæ.

Sic quando dictum fuit venerunt generes tui. Respon. quid ad me lætentur, Filiæ meæ. Sic quando annunciatum fuit quòd amici venerunt pariter respondit quid ad me lætentur ciues.

Sed cum dictum fuit. Venit Imperator tunc plena fuit gaudio, affectu, & lætitia. Id accidit Ecclesiæ nostræ Insponso Christo Ante aduentum fuit aliqualis lætitia propter aduentum Angelorum, Prophetarum, Patriarcharum & sacerdotum sed quando venit Verbum, sponsus & Messia tunc fuit absolutum gaudium, ergo.

Mich. 5. Idem asserit Micheas cap. 5. Et tu Bethleem effrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis, Hæc auctoritas de nullo potest verificari nisi de Christo, & hoc patet expresse. Nam amplectitur quinq;

Primum est natiuitas temporalis,	Natiuitas temporalis, locus & semen fuit Bethleem de qua ciuita
2. est locus,	te fuit Dauid ex cuius sanguine fuit orta Mater Christi Maria,
3. Semen vel consanguinitas;	vt dicitur primo Regum Cap. 16. & ex Maria fuit formatũ cor
4. est Imperium &	pus Christi. Imperium & potestas explicatur cũ dicitur Qui sit
5. est Natiuitas æterna,	dominator In Israel, & Natiuitas a diebus æternitatis est egressus,

ergo si in Christo sunt istæ due natiuitates humana & diuina erit Imperator, & Deus & homo.

Ideo textus Chaldaicus dicit. Egredietur Messias.

Hier. 23. Idem affirmat ante Micheam Hieremias 23. Ecce dies venient dicit Dominus. Ecce suscitabo Dauid germen iustum. Et hoc est nomen quòd vocabunt eum Dominus iustus noster. Vnde dicit doctor quòd per illud verbum Dominus iustus explicatur Tetragrammatum, quod nomen est solius Dei, ergo hic ostenditur diuinitas, ergo erit verus Deus, ergo. Homo Deus, & Deus homo.

Isai. 9. Idem asserit Isaias ante Hieremiam Cap. 9. dicens. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis consiliarii Deus fortis, pater futuri seculi, & princeps pacis. Dicit sex ordinatim. Nam per hoc quòd dicit Paruulus natus est nobis ostendi tur humanitas Christi, per hoc q d. Vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliarius, Deus, f. apparet diuinitas.

Ideo illud verbum multiplicabitur eius imperium, Tex. Hæbraicus dicit L E M A M B R E, quod tantũ sonat apud latinos quod est ad multiplicandum octo d. Nati. sacrifi. ampliationem Imperij. Modum imperij sapientiam, potentiam, diuinam suam potentiam & gloriam. Idem Psal. 2. Ego hodie. genui te filius meus estu, ego homo non de Angelo, non de homine, ergo de Christo filio procreato est similis de simili in substãtia, & Adorent eum omnes Angeli 23, cui Psal. 99. Adoratio nõ filij adoptiui. Ratio d. Quoniã tu dominus altissimus super omnem terra minis exaltatus est super omnem terram.

Idem asserit Salomo. Canti. 4. Egredimini filiæ Sion & videte Regem Salomonem in Diademate quo coronauit eum mater sua. Vnde per Regem Salomonem omnes hæbrei intelligunt Deum, sed Deus pater non habuit matrem, ergo filius intelligendus est, ergo Deus homo & econtra.

Idem asserit Iob. 25. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Hic loquitur de pace. Nullus potu it concordiam facere ex pphetis, vel Patriarchis sed soluis Christus, ergo ipse est super omnes, ergo dicitur esse Deus, & homo qui est super omnes homines & angelos Deus solus est, ergo.

Idem asserit Hiere. 23. cap. Indiebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus Iustus noster, Hic ponuntur duo.

Salus &	Salus ostendit finem Christi	Nam Dominus significat Nomen Dei Tetra
Dominus.	Dominus ostendit diuinitatem.	grãmatũ, Tetragrãmatũ sig. diuinitatẽ, ergo Deus.

Idcirco

Idcirco Doctor obseruat contra cauillos Iudeærum super hoc nomine Tetragrammatum quòd non solum dicitur de Deo sed etiam de alijs. Nam dicunt quod apud Ezechielẽ legitur hoc nomen dominus quod est Tetragrammaton. Et nomen ciuitatis ex illa die Dominus. Vbi dominus dicitur esse Tetragrammaton. Vnde inferunt quòd non solum ad Deum per essentiam spectat sed etiam spectat ad alia. Ideo notat Doctor, quòd sumitur bifariam, videlicet. *Ezech. vlt. D.*

Absolute &	Absolute significat solam diuinam essentiam, solam naturam æternam, solam substan
Respectiue.	tiam in se, per se, & à se.

Respectiue significat perfectiones, operationes, & effectus Dei optimi maximi.

Hinc quando significat solam essentiam ponitur, simpliciter & sine aliquo addito. Quando vero ponitur non absolute & simpliciter ponitur cum aliquo loco, tempore. virtute, facto & Sig.

Ideo quando dixit Moyses Iudeorum populo. Audi Israel dominus Deus tuus vnus est. Accipitur absolute & simpliciter pro diuina natura vnica & simplicissima & Tunc illud verbum Dominus Deus interpretatur. Tetragrammaton. Ideo quando hębrei perperam negatens hanc veritatem quòd Nomen Domini non vere intelligitur de Christo & per consequens non potest applicari nomen Tetragrammaton, & non meretur prædicationem illam quod dicatur homo Deus & Deus homo, adducunt auctoritates scripturæ videlicet, illud Ezechi. capite vltimo vbi dicitur. Et nomen ciuitatis Dominus. Hæbrei dicunt quòd illud *Ezech. vlt.* Nomen Dominus non significat essentiam diuinam, & nihilominus. Tex. hæbraicus habet nomen Tetragrammaton, ergo non significat Deum in essentia.

Idem afferunt super Iudicum lib. c. 6. ædificauit Gedeon altare Domino vocauit quòd illud Domini pax, Vbi Tex. hæbraicus Tetragrammaton, & tamen non potest significare Deum in essentia, sed significat donum pacis, & fœderis ergo licet dicatur de Christo non tamen essentialiter sed nuncupatiue secundum illud ego dixi Dij estis & filij excelsi.

Idem explicant in Exodo cap. 17. vbi habetur Ædificauit Moyses altare Domino, & vocauit nomen eius *Exo. 17.* Dominus exaltatio mea. Idcirco vbi habemus Dominus ibi in tex. hæbraico stat. Tegrammaton, ergo non dicit essentiam, ergo non debet etiam dicit in Hieremia.

Idem apparet Gen. 22. Vocauit nomen loci illius Dominus videt. Et vbi nos habemus Dominus, Tex. hæbreus habet Tetragram. & tamen non significat essentiam, ergo à simili nec in Hierem. ergo Christus non *Gen. 22.* est Deus.

Præterea dicunt non valet argumentum quis vocatur Dominus, ergo est actualiter, potestatiue, negatur. Nam vocari dicitur per quandam reuerentiam, vti Dij dicuntur sacerdotes Principes, legati, Ang. propter dignitatem non propter essentiam. Sic dicit Hiere. vocabitur non dicit tamen, ergo per essentiam est.

Præte. in tex. hæbraico non stat vocabitur sed vocabit. Vnde Tetragrammaton non ad Christum referturr sed ad Deum vocantem, ergo.

Præte. Auctoritas illa Isaiæ. 9. Paruulus natus est no. Princeps pacis. Non intelligitur de Messia sed de Eze chia Rege Iuda sub quo facta fuit maxima pax Israeli quoniam Angelus occiderat Scenacherib Regem Assyriorum & omnem exitum per Angelum vt dicitur 4. Regum. 19. ergo.

Idem explicant de æternitate quam dicit Micheas Egressus eius ab initio. Dicunt quòd illud ab initio non intelligitur Eternitas vere quæ est mensura Diuinitatis, sed dicitur mensura quæ antecedit Mundi creationem. Hinc ponunt hoc fictitium quòd Deus ante mundi creationem creauit septem principalia, scilicet. *Septem Deo creata.*

Legem. Pœnitentiam, Gehennam, Domum Sanctuarij, Thronum gloriæ, Hortum voluptatis, & Nomen *Gen. 2.* Messiæ. *Micheæ. 5.*

Ideo exponentes verba illa Geneſis 2. Plantauerat autẽ Dominus hortum voluptatis ab initio ideſt à principio ante mundum per duo millia annorum. Sic egressus eius ab initio ideſt non ab æterno, sed ante mundi constitutionem.

Idem scribut de Salomone quod interpretatur Mag. Deus, & Mater eius dicitur Ecclesia quæ sic appellatur propter maximum affectum qua Deus illam diligit. Dicunt alia etiam incongrua falsa & absona. Idcirco Doctor ponit quatuor obseruanda vt possimus cognoscere hæbreorum errores & inspicere malitiã suorum Doctorum.

Primum circa literam S. legis,	Primum obseruandum respicit literam & textum. Nam corrumpũt,
2. Denominationem.	falsificant, & trahũt ad eorum malitiam santissimã scripturam. Hoc
3. Ingnorantiam.	apparet in codicibus antiquis quia non sunt conformes modernis.
4. Stultitiam.	Apparet in libris Chadaicis qui sunt conformes nostris Apparet ia

in nostra Biblia translata à Diuo Hiero. quæ est castissima & fidelissima vnde nullus nec demere, nec mutare, nec alterare debet sub anathematis pœna. Ideo dum citant literam dicatis quòd est corrupta & falsa.

2. Obseruandum. Respicit denominationem Duplex est Denominatio.

Prima est absoluta,	De nominatio absoluta dicitur esse in diuina assentia explicatio essentiæ diui
2. est relatiua.	næ, & illa soli Deo competit. Ista denominatio fit per Nomen Tetragram

maton. Tũc quando ponitur absolute, & sine addito hoc modo ponit Hieremias quãdo d. Ecce dies, venient dicit dominus, est absolute positum, & hoc modo competit Christo. Sic Illud Isaiæ. Et cum dicantur de Christo sequitur quòd sit vere Deus.

Denominatio vero relatiua dicitur esse quando significatur aliquis eff. à Deo productus, Hoc modo explicantur illæ Auctoritates.

Ezechielis	Apud Ezechielem nomen ciuitatis Dominus, non intelligitur Tetragrammaton absolu
Iudicum	te pro diuina essentia, sed pro in habitatione per gratiam, & per fauores. Hoc patet
Exodi	in expositione chaldaica quæ sic iacet. Nomen ciuitatis exponent à die qua fecit Do
Geneſis.	minus descendere diuinitatem suam.
Nam quando	Sic illud Iudicum non ponitur absolute Tetragrammaton, sed ab effectu pacis quia Do
Dicitur.	minus promisit & dedit pacem super suos inimicos, Ideo Gedeon obtenta pace, ædi

ficauit altare Domino & seruiuit illi.

Sic illud exodi. Moyses non vocauit absolute altare illud Tetragrammaton sed Dominus exaltatio mea ab effectu, quia Dominus liberauerat eos de manu Amalech præcibus Moysis.

Sic illud Gen. 22. Abraham non vocauit nomen loci illius Dominus absolute sed dominus videt, quia non à diuinitate, sed à visione diuina, quia Dominus vidit afflictionem Isaac quę liberauit à morte ponens arietem loco eius. Vel vidit. Quia Abraham vidit eo in loco Solomonem ędificaturum templum domino in quo debebat coli Deus, sic d. Tex. Chaldeus.

Omnia ista confirmantur per Rabi Moysen in lib. Directionis perplexorum, inquiens quòd omnia nomina derivata sunt ab operibus diuinis præter nomen domini Tetragrammaton quoniam significat proprie diuinam essentiam cum suis proprietatibus intrinsecis. Hinc adducit nomen illud magnum Eloy & Adonay quæ sunt imposita ad significandum diuinam prouidentiam & præsidentiam. Hinc dicitur in diuina scriptura de Principibus & Regibus, non autem Tetragrammaton, quoniam diuinam significat essentiam. Ideo d. Doctor cum, sit Christo conueniens, Deus dicitur, & sic soluuntur difficultates Iudæorum.

Vltimo expellitur ignorantia & sua stultitia de ijs quæ posuerunt creata ante mundi productionem, scilicet lex. peni. Gehenna. Domus sanctuarij: Tronus Gloriæ, Hortus paradisi & nomen Messiæ. Nam lex per se non potuit creari, ergo oportet vt sit in aliquo intellectu. Sed non est in Diuino in quo nil creari potest. Non erat in Intellectu angelico vel humano cum non erant creati ante mundum, ergo non fuerunt ista. Non fuit pœnitentia quia peccatum sequitur & non præcedit. Nec Gehenna quia non erat Terra, sic dicendum de reliquis vti vana & absurda. Hæc sunt quæ erant dicenda in præsenti negotio, Vbi concluditur, ꝙ Christus sit Deus homo & homo Deus. In sequenti videbimus de Christi Prædestinatione.

LECTIO VIGESIMASEPTIMA

Dist. 7. *Super Distinctione 7. Magistri in qua agitur de Prædestinatione Christi, vbi propono.*

vide Docto. 1. Dist. 40. qu. 4. d. p. q. 4.

Continuationem.
Quid prædestinatio
Quotuplex
Quod Christus sic prædestinatus,
Difficultates cum solutionibus.

} Quo ad primum quomodo continuat Magister literam sequentem cum præcedente? Egit in præcedentibus de prædicationibus diuinis & humanis quòd Deus sit homo, & homo sit Deus, ad quid de prædestinatione? Respon. optime factum fuit. Nam cum fuerit conclusum quòd Homo sit Deus. & solius Dei sit prædestinare, quis posset dicere, ergo si homo est Deus; & Deus est prædestinans, ergo non solum Deus prędestinat sed & homo, Idcirco vt tollat difficultatem dicit quòd sicuti homo nõ est Deus pro essentiam sed solum pro communicationem Idiomatum, sic non prædestinat sed prædestinatur. Idcirco vt res facilior & clarior appareat quædam adducam de materia hac per difficili, vt postea vobis sit etiam ad concionandum vsui. Sciendum igitur est quòd sex sunt gradus necessarij quibus anima nostra ad salutem tendit in Throno Solomonis optime præmonstrati, scilicet Gradus.

Præscientiæ, Electionis, Prædestinationis, Vocationis, Iustificationis & Magnificentiæ.

} Præscientia ab æterno cognoscit saluandos, Electio ab æterno optat saluare, Prædestinatio præparat media saluandis, Vocatio dat modum saluandis. Iustificatio constituit saluandos, & Magnificentia glorificat saluatos.

} Ideo primum agã de Præscientia, diuina deinde singillatim de alijs, vltimo difficultati satisfaciam, Quo ad præscientiam quatuor propono.

Lib. 2. sen. Dist. 35. 38. 40.

Primum præscientia.
2. Quòd cum præscientia diuina stat liberum arbitrium
3. Difficultates
4. Solutiones.

} Quo ad primum quid sit præscientia? Præscientia de mente omnium Doctorum & præcipue Magistri sen. D. 35. 38 & 40. dicitur esse certa notitia cuiuslibet futuri, siue boni, siue mali, siue salutis siue damnationis, siue vitæ siue mortis. Ideo Doctor noster in 4. lib. Dist. 1. q. 4. ar. 1. declarans hanc veritatem assumit pulcherrimum fundamentum ex Auerroe 12. Diui. tex. com. 51. Si Deus non cognosceret omnia, ergo solicitudinem de eis non haberet, sed hoc est falsum, quoniam habet solicitudinem, ergo cognoscit. Si vero non prœcognosceret omnia ipse non esset supra omnia, sed est supra omnia & omnibus communicat esse, Ideo prœcognoscit. Et quando dicitur, quòd ista inferiora non intelligit, ergo nec præscit futura opera & euentus. Doctor optime explicat dicens quòd non intelligere stat & explicatur quo ad acquisitionem scientiæ & hoc quadrifariam.

Tex. 51. li. 12.

Primo prout ista sunt nobiliora,
Aut viliora
Aut componentia,
Aut diuersa.

} Non est, ergo dicendum quòd intelligat ista inferiora vt acquirat scientiam ab eis vt nobiliora cum ipse sit in supremo nobilitatis gradu.
} Nec acquirit vt viliora quoniam sic eius vilesceret Intellectus. Nã minima vilitas si intellectui diuino accideret vilissimum faceret.

Nonacquirit etiam speculando seipsum tanquam quoddam ens compositum ex omnibus intellectis, quia tunc sequeretur quod Deus non esset simplex, sed hoc falsum est cum sit summe simplex.

Nec potest acquire speculando seipsum per actum differentem & diuersum à seipso, quia sequeretur hoc absurdum quod Deus primo esset in potentia & post in actu, inde transferretur de potentia ad illum actum diuersum eos per aliud, sed hoc est falsum quoniam est actus purissimus & simplicissimus & in ipso idem est intelligens, intellectio & intellectum, Ideo comprehendendo se tanquam obiectum per se intellectum firmum, immobile, & eternum sui consequenter & consecutiue cognoscit reliqua omnia. Exem. de Max. calore & de max. luce quæ virtualiter & perfectionaliter continent omnem lucem & calorem. Ideo pro conclusione dicit Doctor de mente Auerrois qui arguit contra Themistium qui volebat quòd Deus intelligeret alia à se & non per sui cognitionem, sed per rerum cognitionem quòd intelligit omnia, intelligit quia præscit, præscit quia est summum speculum in quo relucent omnia, relucent omnia quia est fecundissimus, ergo à primo ad vltimum præscientia omnes futuros euentus amplectitur.

Vlterius, Præscientia sumitur quadrifariam.

Vniuer-

Vniuersaliter
Singulariter
Temporaliter
Æternaliter.

} Vniuersaliter & sic amplectitur saluandos & damnandos, pro Gloria & pœna.
} Singulariter, & sic sumitur pro sola reprobatione, quia præscit Deus culpam futuram illius. Ideo potius ad malum quàm ad bonum respicit.
} Temporaliter pro presenti iustitia & sic comprehendit illos qui pro tunc si decederent in illo statu damnarentur. Hoc modo quilibet viator existẽs in mortali si decederet damnaretur. Sic Paulus & Petrus si decessissent dum alter erat persecutor & alter negans Christum damnati fuissent, d. scrip. Qualis quisq; in termino vitæ inuenitur tali modo iudicatur ad regnum vel gehennam. Ideo hoc modo multi prædestinati ad æternam vitam secundum præsentem dicuntur præsciti. Illud sumitur ex Ioan. 10. Alias oues habeo quæ nõ sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere. Erant tẽporaliter præsciti, nõ æternaliter.

Quarto modo præscientia sumitur, æternaliter & dicitur esse cognitio eorum qui finaliter damnabuntur. Sic Iudas Scarioth licet quo ad præsentem iustitiam præsciebatur electus propter gratiam quam assumpsit in apostolatu, ineternitate tamen erat præscitus & damnatus. De hac loquitus fuit Dominus Iesus dicens.

Nunc antichristi multi facti sunt. Ex nobis prodierũt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis vtiq; nobiscum permansissent. Fuerunt in tempore prædestinati, sed non æternaliter. Hæc quo ad primum de præscientia quo ad quid sit & quotuplex sit. Secundum quod erat videndum est penes liberum arbitrium quo modo cum præscientia diuina stet nostra libertas. Patet ex omnibus scripturis, scientijs, & disciplinis philosophicis, & primo est scriptura.

Deus constituit hominem & posuit in manu cònsilij sui, sed quod constituit & posuit in manibus sui consilij cognoscit illum, ergo eo modo cognoscit quo constituit, ergo liberum cognoscit, quia sic constituit, ergo cum præscientia & scientia sua stat libertas.

Idem asserit Ansel. in lib. de Concordia Prædestinationis Capi. 2. Non debes dicere Præscit me Deus peccaturum tantum, sed præscit me peccaturum sine omni necessitate, sed voluntate. Vnde cum præscientia diuina stat contingentia rei.

Idem habetur in Canonicis legibus. 23. q. 4. Nabuchodonosor vbi differitur de salute illius, & de damnatione Pharaonis & quòd euentus vtriusq; à libero venit arbitrio non obstante præscientia.

Nam dicit Canon desumptum ab August. Quid fuit in causa salutis & damnationis? Non natura, quia ambo homines erant. Non dignitas quia ambo Reges. Non malitia quia ambo populum Dei possidebant. Non pœna quia ambo flagellati sunt. Quid, ergo fines fecit esse diuersos? Nisi quod vnus manum Dei sentiẽs in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: Alter libero contra Dei misericordiosissimam veritatem libero pugnauit arbitrio, ergo cum præscientia stat libertas.

Confirmatur. Si homo ex necessitate peccaret Deus iniuste pœnã illi infligeret, sed falsum est quòd Deus iniuste infligat, ergo non necessitate inculpam cadit sed voluntate.

Idem asserit Paulus Roma c. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt in eum ideſt iustificatio quæ est gratis per gratiam Iesu Christi, & per nostrum liberum arbitrium credendo & operando. *Rom. 8.*

Idem Roma. 4. & Gen. 15. Credidit Deo Abrahaam & reputatum est illi ad iustitiam, Ideo inquit Doctor. Solus Paulus in Biblia loquutus est de prædestinatione sub hac conditione credendi libere, ergo debemus cum illo tenere.

Idem primo Ethi. c. 3. Domini sumus operationum nostrarum à principio vsq; in finem.

Idem 3. Ethi. c. 5. Electio depender à consilio, consiliũ à libero arbitrio, ergo cum præscientia stat libertas.

Idem 2. Ethi. c. 1. Dicit quòd virtutes non in sunt nobis à natura, & necessario sed per assuefactionem & electionem voluntatis, prout recta ratio terminabit.

Idem Physi. lib. 2. tex. com. 48. dicit quòd rerum euentus.

Quidam sunt semper,
Quidam vt in pluribus
Quidam à casu, &
Quidam contingentes
Ad vtrum libet.

} Et ventus necessarij sunt ortus solis super terram, mors nascentium, quia sunt
} à causis necessarijs agentibus secundum impetum naturæ.
} Euentus vt in pluribus, sunt ortus hominũ cũ vno capite & duabus minibus.
} Euentus à casu & fortuna est inuentio Thesauri.
} Euentus ad vtrumlibet est eligere vnum oppositorum à libero arbitrio, sed omnes electiones præscit Deus, ergo cum præscientia stat libertas.

Ideo Ansel. in libro primo de libertate arbitria quæ est eadem cum Deo, Ang. & homine, Dicit liberum arbitrium est potestas seruandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem, sed rectitudo voluntatis sequitur rectitudinem intellectus, ergo cum rectitudo intellectus præsciatur à Deo præscitur vt libera. *Cap. 4.*

Ideo si præscientia faceret necessitatem simpliciter & indistincte, igitur. Gratia, Fides, Baptisma & opera sunt frustatoria, sed hoc dicere hæresis est, & ille anathema. 34. q. 3. c. Placuit 2.

DIFFICVLTATES
Contra prædicta.

Prima diffi. est Ciceronis vt d. S. Aug. 5. de ciui. Dei Cap. 10. Si omnia futura sunt præscita, ergo necessario euenient probatur. Ordo euentuum est ab ordine causarum, sed sic est quòd causæ sunt certæ, necessariæ, & essentiales, ergo & euentus erunt necessarij, ergo si Deus præscit hæc præsciet in suis causis, ergo necessarię. *Iob. 14.*

Præterea D. scriptura. Terminos posuisti qui præteriti non poterunt, ergo necessitate euenient. Præterea D. Aug. lib. Retractation. cap. 23. & recitatur à Mag. sen. Dist. 41. c. 3. Reprobat opinionem illam quę dicebat ꝙ Iacob fuit electus quia præsciuit eum credere in eum eiq; seruire, igitur non ex lib. arb. sed ex necessitate. *Ephe. 1.*

Præterea D. Aug. Ad Ephe. 1. super illis verbis elegit nos ante mũdi constitutionẽ. vt essemus. S. Nõ elegit nos eo ꝙ sancti essemus, nec ideo quia sancti futuri essemus, ergo vsus bonus liberi arbitrij non est causa.

Præterea Deus præsciuit & prædestinauit se creaturum mundum, ergo necessario ipsum creauit. Patet consequentia. Quia libertas est à voluntate. In creatione non fuit voluntas nostra, ergo necessario, *Bon. 1. D. 38. Ranſp. 15.*

Præterea ex propositine maiori de necessario & minori de in esse semper concluditur de necessario vt d. Primo Priorum. fiat, ergo syllogimus talis. Omne prœscitum à Deo necesse est futurum esse, sed hoc est prœscitum, demonstrato Iuda, ergo necessario damnabitur.

Præterea Deus præscit aliquid futurum. Quæro.
Aut istud, possibile non est esse futurum. } Si est impossibile non esse, ergo necesse est esse.
Aut est impossibile non esse futurum. } Si vero est possibile non esse, ponatur, quòd non sit, quia possibile posito in esse nullum sequitur impossibile, ergo Deus præsciuisset falsum, sed hoc est erroneum, ergo veniet necessario.

RESPONSIONES.

Obiectorum.

Ad primum Ciceronis. Certus est numerus causarum, ergo effectuum, ergo necessario. Respon. Aug. valet in causis naturalibus non in voluntarijs, quia voluntates sunt liberæ.

Ad 2. Terminos posuisti. Respon. quòd præscientia dupliciter dicitur includere necessitatem.
Vel vt respicit Deum. } Si vt respicit Deum sic dicitur necessaria, quia infallibilis. Nam illud dicitur
Vel vt respicit euentum. } necessarium quod nullam mutationem aut vicissitudinem suscipit. Cum in Deo nulla penitus sit mutatio Ideo dicitur necessaria eius scientia, & præscientia. Ideo præscientia huius dicti. Petrus præscitus est ad Deo, ergo necessario dannabitur. Si in sensu composito accipitur, ideſt præscitus vt præscitus.

Si vero sumatur præscientia vt respicit euentum rei, dico quòd non includit necessitatem. Nam euctus rei est à causa libera & contingente. Sic ergo dicitur quòd Deus posuit terminos vitæ singulis vltra quos non potest vita nostra progredi, tamen ex propria libertate potest abreuiari quia gladio, vel arsenico, & similibus potest offendi, & sic finiri. Eadem via respondetur ad illa de electione. Electio præuisa est, sed cum libertate nostra.

Ad 4. præsciuit & prædestinauit mundum creare, ergo. Respon. quòd necessitas est tripliciter.
Prima est necessitas naturæ, } Necessitas naturæ est vis operatiua agentis in aliquo quod non potest.
2. necessitas finis } ali ter se habere, vt mors in homine est necessaria irreparabiliter
3. necessitas conformitatis. } quia qualitates actiuæ & passiuæ faciunt impetum violentum, ista cogit, & tollit libertatem.

Necessitas finis optimi stat cum libera voluntate. Nam dicitur immutabilitas. Quia voluntas adeo delectatur illo bono quòd nullomodo mutatur ab illa delectatione. Ista necessitas est in Angelis qui necessario fruũtur. Deo ideſt Immubiliter.

Necessitas conformitatis dicitur esse quandó voluntas conformatur intellectui, & nil aliud vult quàm quod intellectus dictauerat. Ista necessitas stat In Deo respectu mundi creatio. Nam Deus vult immutabiliter mundum producere, ista voluntas vult immutabiliter quia est conformis intellectiui immutabili, Intellectus est immutabilis quia in Deo non datur tempus vbi mutatio, sed solum æternitas vbi omnia simul & immutabilia. Tamen ex parte producti mundi dicitur esse contingentia, quia poterat non creari.

Ad 5. quãdo dicitur ex maiori de necessario & minori de in esse sequitur con. Respon. q. necessitas dupli.
Altera consequentis } Sequitur necessitas consequentiæ. Nam si præscitus est ille, ergo necessario dam
Altera consequentiæ. } nabitur. Dicitur quòd est necessitas illationis, nó consequentis. Non euentus damnationis, quia est à libero arbitrio.

Ad 6. Aut est possibile illud futurum præscitum. Respon. quòd quando infers, ergo possibile est aliter se habere quàm Deus præsciuit, sumitur dupliciter.
Vel in sensu diuiso. } Si in sensu diuiso dico quòd est vera. Et sic explicatur. Deus præsciuit hoc futu-
Vel in se, composito. } rum, & possibile est illud non euenire, quia est contingens. Vnde mutatio est in euentu rei, non in Deo. Si vero sumatur in sensu composito est falsa, & sensus est. possibile est quod Deus præscit vno modo, & eueniat aliomodo modo, vt ista. Hic currens possibile est quòd non moueatur est falsa in sensu composito, non in diuiso sensu.
Vel quo ad factum rei. } Primo modo est necessaria.
Vel quo ad facientem rem. } Secundomodo non, quia est à causa libera.

Arg. 2. Idcirco Doctor facit hanc diuisionem quòd necessitas adhuc est duplex.
Prima præcedit rem } 1. quæ præcedit est ac si dicas Necesse est cras solẽ oriri sup terrã, est coactio.
2. sequitur rem. } 2. Quæ sequitur quando dico. Necesse est te sedere quando sedes, te scribere quando scribis, & ista etiam dicitur necesitas, sed dicitur contingens.

Dicitur necessaria quoniam res est sic in facto esse, & nõ potest negari, & ab eo quòd res est vel non est omnia dicũtur vera vel falsa, quando res est, necesse est esse. Res est à suis causis, causæ sunt essentiales, ergo necessaria tamen contingens quia pendet à libera voluntate, quæ est contingens. Sicut dicimus quod præteritum est, necesse est vt sit præteritum, non tamen necessario venit in præterito. Ideo Glossa ordinaria. Guido Carmelita, & Hugo dicunt quòd ista propositio. Hęc prędestinata sunt & præscita, ergo necessario euenient. Illud verbum necessario sumitur dupliciter.
Primomodo vt determinat totam consequentiam } 2. Si sumatur vt determinat totalem consequer-
Secundomodo vt determinat solum consequens, } tiam, dicitur esse vera, quia tantum valet ista propositio. Hæc sunt præscita, ergo necessario euenient, sicuti ista. Si Deus præuidit aliquid, Illud euenire est necessarium. Si autem necessario determinet consequens est falsa, quoniam euentus rei semper est à libera voluntate. Hæc sunt quę volui dixisse in presenti lectione. In sequenti aggrediar secundum propositum de prędestinatione.

LECTIO VIGESIMAOCTAVA

Super Materia.

Dist. 41. Prędestinationis ex tracta à Doctore Nost. in primo sen. D. 41. & in 4. Dist. 1. q. 4. ar. 2. & 3. in qua quinq; queruntur & etiam eo loci dixi quędam similia.
Primum quid Prędestinatio inuestigatur, } Quo ad primum quęsitum de quidditate prædesti-
Secundum Causę prædestinationis, } nationis loquũtur fere omnes Doctores se scolastici.

3. Quod

3. Quod prædestinatio sit conditionata'.
4. An effectus prædestinationis quòd est à Deo possit mutari?
5. solutiones difficultarum assignabo.
} ex quibus assumo præstantissimorum descriptionem, vt doctrinam exquisitissimam habere possitis in concionibus. Nam multi ex ignorãtia terminorum maximam in animis auditorum confusionem generant, & sunt in causa multarum hæresum. De hac materia scribunt. *4. sent. D. 1. q. 4. ar. 3 Doctor.*

S. Augustinus. Magister sen. } S. Aug. in libro de præde. Sanctorum.
S. Thomas. } Mag. primo sen. D. 40. lib. 1.
Scotus } S. Thomas. p. p. q. 23. ar. 1.
Alexander de Ales, } Scotus Dist. 40. li. primus.
Gabriel Biel } Alexander de Ales p. p. q. 28.
Cardinalis Cameracensis } Gabriel Biel & Grego. Arimi. lib. p. Dist. 40.
Cortesius Doctor singularis. } Cardinalis Cameracensis lib. p. q. 12.
Et Ioannes Bachonus. } Cortesius lib. p. D. 6. & Ioa. Bacho. p. lib. dist. 41.

Sanctus Augustinus diffiniens Prædestinationem inquit. Prædestinatio est gratiæ pręparatio in præsenti quæ non est sine præscncia. Quoniam cui gratia præparatur prącognoscitur.

Mag. sent. inquit. Prædestinatio est de bonis salutaribus & de hominibus saluandis, vnde licet differat ab illa Diui Augustini nomine non differ tamen re, quia bona salutaria sunt gratia & dona.

Sanctus Thomas inquit. Prædestinatio est ratio transmissionis creaturæ rationalis aduitam æternam in mente diuina. Vnde licet differat verbis, re vero minime discrepat.

Scotus inquit. Prædestinatio est ordinatio electionis à diuina voluntate alicuius creaturæ rationalis ad gratiam & ad gloriam.

Alex. de Ales d. Prædestinatio est prącognitio Dei de saluandis & bonis gratiæ, quibus hic liberantur & in futuro coronabuntur, Vnde dicit causam materialem, formalem & finalem.

Marsilius dicebat. Prædestinatio est præparatio gratiæ in presenti; & gloriæ in futuro. Idem dicit Biel cum Scoto suo.

Cardinalis Cameracensis ait. Prædestinatio est diuinum propositum dandi uitam æternam. Quæ videtur similis illi diui Augustini in lib. de Bono perseuerantię q. est prescientia beneficiorũ Dei. Vel alterius in li. de Prędestinatione sanctorum. Prędestinatio est propositum miserendi. Idem dicit Cortesius prestantissimus Doctor & elegans.

Doctor vero Noster. p Dist. 40. ar. p. diffinit etiam ille Prædestinationẽ dicens. Prædestinatio est velle, efficax & æternum Dei, ordinans creaturam rationalem ad vitam æternam. In qua diffinitione sex obseruo.
Primum est velle } Primum dicit quòd est velle, vt ostendat quòd est actus elicitus interne ab ipso Deo. Nam vult omnes homines saluos fieri, & ad agni, veri
2. efficax, } peruenire. Dicitur velle efficax. Quoniam dat media ad merendum
3. Dei } vitam æternam. Dat Gratiam, virtutes & præcepta.
4. æternum. } Dicitur, Dei quoniam Prædestinatio actiua dicitur esse Deus, à quo
5. ordinans cre. ra. } gratia & Gloria. Dicitur quòd est velle æternum. Quoniam ab eterno cognouit saluandos & proposuit dare suam gratiam, & gloriam.
6. ad vitam æternam.

Dicitur quòd est velle ordinans, quoniam per gratiam & per virtutes tanquam per medium animæ rationales ordinantur ad precepta, præcepta ad opera, opera ad meritum, & meritum ad præmium, & præmium dicitur esse vita æterna. Ideo cum omnes concurrant ad finem eundem, ælectio erit ad libitum propter veritatem, hæc tamen Doctoris Nostri propter dignitatem, erit ad imitationem. Hæc quo ad primum de quidditate Prædestinationis. Secundum respicit causas Prædestinationis. Hic sunt tres, opiniones.
Prima opinio dicit quòd est ordo & Pulchritudo vniuersi, } Prima dicit quòd pulchritudo vniuersi
2. quòd est sola diuina voluntas, } dicitur esse causa prędestinationis. Nã
3. quòd est bonus vsus liberi arbitrij. } nobilissimæ creaturæ nobilissimus debet assignari locus, locus est cælum. In cœlo est Deus manifeste, in Dei manifestatione est gloria & finis prędestinationis, est gloria, ergo ordo iste erit in causa.

2. Opinio inquit quòd est sola diuina voluntas causa Prædestinationis. Nam inquit. Certum est quòd omnes æqualiter sunt in diuino conspectu. Æqualiter sunt Petrus & Iudas, Iacob & Esau: Nabuch & Pharao Deus habet hunc finem quòd vult dare gloriam Petro, si vult dare gloriam vt finis & corona, ergo oportet dare media ad consequendam illam, causa huius magnificentiæ non est à Petro, quia ista voluntas fuit ab eterno, ergo à Dei sola, voluntate, ergo absq; merito quia nullum meritum erat in Petro cum nondum fuisset creatus, sic de alijs.

Confirmat ex Dicto Pauli. An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, & post sub infert. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me feciſti sic? ergo sola voluntas dicitur esse in causa.

Ideo addunt quòd duplex est ordo.
Alter prędestinationis & } Primus ordo est à Deo solo. Nam formant quatuor instãtia temporis
Alter reprobationis. } In primo instanti naturę vult omnes saluare. In secundo prędestinat Petrum. In 3. confirmat Petrum in gratia, In 4. premiatur & coronat.

Alter reprobationis Iudæ. In primo vult prędestinare Iudam cum Petro. In 2. Deus est indifferens non vult dare illi nec beatudinem nec miseriam In 3. instanti videt eum male vsurum libe. arbitrio, & in 4. instanti reprobat. Ideo causa damnationis est in Iuda, Esau, & Cain. Et si quis dicatur quod in hac re apparet acceptio personarum, cum fit iustitia sine misericordia, & misericordia sine iustitia. Misericordia in Petro sine iustitia quia sine merito eligitur & iustitia sine misericordia in Pharao. quia seueriſſime punitur. Respon. Acceptio personarum sumitur dupliciter.
Vel respectu virtutis & meriti } Si consideretur respectu meriti dicitur q. cõmittitur quando non me-
Vel respectu doni & gratię. } renti sed indigno datur corona & sic est iniustitia, & sic non potest fieri de iure: quia corona debet dari magis digno. Quia est minister coronę & non dominus.

Si verò consideretur quo ad dona & quo ad gratiam, Dicunt quòd non committitur, quia vnusquisq; potest facere quod illi lubet. Idcirco cum Deus nulli sit Debitor potest facere quod illi placet. Præterea sua voluntas est illi regula & iustitia. Hæc opinio minimè tueri potest, quia est suspecta.

Idem ad tertiam accedo quæ defendit doctor dicens. Quod Prædestinatio Petri & omnium saluandorum est, quia prouidit Petrum & alios bene vsuros libero arbitrio vsq; in finem & Iudam cum alijs damnauit quia vidit male vsuros liberum arbitrium.

Bona.8. Confirmatur à Diuo Paulo Roma.8. Omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Secundum propositum ideſt secundum prædestinationē, quia propositum dicitur prædestinatio. Nota d. cooperatores. Ecce concursus voluntarius. Ecce libertas naturalis.

Rom.9. Idem Romanorum 9. dicens. Quos præsciuit & prædestinauit, conformes fieri Imagini filij eius Ecce conformitas quia bene vtebantur libero arbitrio.

Ideo Aug. dicebat quòd Prædestinatio est tripliciter.

Alia præparatiua } Præparatiua est in collatione diuinæ gratiæ qua præparatur voluntas per vocationem internam & externam.
Alia liberatiua
Alia acceptatiua. } Liberatiua, est in collatione gloriæ, qua liberantur quicunq; vere sunt præparati. Acceptatiua est liberum nostrum arbitrium quod vocationi obedit, gratiam recipit, optime quæ illa vtitur

Patet, Nam certum est quòd Prædestinatio dicitur esse conditionata & non absoluta: conditionata quia supponit liberratem nostram & labores, Dicente scriptura, Si vis ad vitam ingredi serua mandata.

Idem dicit Grego. & reperitur in canonis 23. q. 3. cap, Obtineri. Quæ prædestinantur ita prędestinata sunt vt precibus obtineantur & labore, ergo oportet bene vti libero arbitrio. Confirmatur ratione. Sicut oppositum in oppositio, sic propositum in proposito. Sed certum est quòd damnatio pendet ex malo vsu liberi arbitrij renuentis gratiam Diuinā & opera, ergo à contrario vsus rectus liberi arbitrij, cum gratia & labore erit causa Prædestinationis. Hanc opinionem possemus infinitis auctoritatibus fulcire sed sufficiat illa Aucto. Iacobi. d. Fratres satagite vt per vestra bona opera certam electionem & vocationem faciatis. Ideo opera enim illorum sequuntur illos dicit Ioannes. legatis, ergo vos scripturam apertissimam. Sed vt magis appareat veritas adducam aliquas difficultates contra prædicta & solutiones.

DVBIA CONTRA

Conclusionem. Quod vsus bonus et rectus liberi arbitrij non sit causa Prædestinationis.

Arg.1 Ioa.6. REPVGNAT sacræ scripturæ, ergo falsa. Patet antecedens ex Ioa. d. Nemo venit ad me nisi pater meus traherit eum. Tractus est motus violentus vbi passum nullam vim confert, ergo non est ex bono vsu lib. arbitrij.

Arg.2. Aug. super illa propositione dicit. Quare hunc trahat & illum non trahat dicit. Noli iudicare si non vis errare, ergo tota ratio est à diuina voluntate, ergo non ex vsu recto li. ar.

Arg.3. lib. primo. Retrac. c. 21. Repugnat Aug. & Mag. sen. Nam Aug. retractauit illam opinionem in qua dicebat quòd ideo Deus elegerat Iacob, quia præuiderat illum crediturum & ei seruiturum.

Timo. primo. Idem Paulus d. Misericordiam consequutus sum vt fidelis essem in eum.

Ephe.2. Idem ad Ephe. Gratia Dei saluati estis per fidem, non ex nobis, Dei enim donum est.

Arg.4. Præterea Paruuli non baptizati reprobantur & tamen Deus nō prędidit eos male vsu, libero arbrio, ergo

Arg.5. Nullum temporale est causa æterni, sed rectus vsus liberi arbitrij est temporalis & prædestinatio æterna, ergo non erit causa prædestinationis.

Arg.6. D. Aug. Super Apostolo ad Ephe. ideſt Sicut non elegit nos eo quòd sancti essemus: ita nec ideo elegit quia sancti futuri essemus, Igitur vsus bonus in futurum causa non fuit Prædestinationis.

RESPONSIONES.

Ad primum Nemo venit ad me, de Tractu. Respon. quòd tractus est duplex,

Cogens & Aliciens. } In Cogente nulla reperitur nec volūtas nec intellectus consentientes, & de hoc nō loquitur. Apostolus.

In alliciente reperitur intellectus & voluntas quæ adhæret prōptè trahenti, per dona, per gratiam & pulchritudinem. Hoc modo trahit Deus ad sui amorem donando vobis Christum eius filium. De hoc loquitur Ioannes, & in hoc vtimur libero arbitrio.

Ad 2. quare hunc trahaat & non illum. Noli dubitare si. Recte dicit noli dubitare, quoniam non est difficultas. Nam Deus dat gratiam, & iste accipit, ille autem negat, & sic non trahitur.

Ad 3. Quod Aug. retractauit de recto vsu li. ar. & de bono vsu. Respon. quòd vsus bonus dupliciter,

Primus est vsus bonitatis moralis
Secundus est vsus bonitatis supernaturalis. } Primus vsus bonus moralis proueniens à naturali nostra libertate & à generali influxu non est causa de condig. prædestinationis sed de congruo: Ideo quia forsitam Aug. dicebat quòd esset de condigno retractare fuit necesse.

Secundus verò vsus liberi arb. qui est à supernaturali gratia & dicitur bonus bonitate gratuita est causa nostræ prædestinationis, & hoc modo soluūtur omnia argumenta. De hoc vsu intelligitur scriptura quando recitat electionem Iacob.

Ad illud quòd temporale non est causa æterni, Respon. Temporale simpliciter non est causa, æterni: Temporale vero cum gratia spirituali erit causa.

Ad illud de pueris. Respon. quòd reprobationis causa fuit non vsus liberi arb. sed non susceptio baptismi.

Ad

Ad vltimum de electione. Non elegit nos eo quòd Sancti essemus, nec quia futuri esse. Respon. quòd Sanctitas dupliciter dicitur futura ex parte nostra.

Primomodo vt respicit meritum condigni
Secundomodo vt respicit meritum congrui. } Primomodo non elegit nos, quia tale meritum in nobis reperitur quoniam meritum condigni dicitur esse ex gratia, gratia est ex Deo, ergo.

Secundomodo elegit nos, quia libera nostra voluntas conformis est diuino Patri, Nostroq; Redemptori legem obseruans, mandataq; exercens.

LECTIO VIGESIMANONA

De Christi prædestinatione ex Distinctione 7. Magist. sen. Ideo supposita explicatione de Prædestinationis quidditate, & quot modis dicatur quidditas, in præsenti lectione faciamquatuor.

Primū ponā conclusionem assertiuam,
2. explicabo illam
3. comprobabo,
4. Adducā ratione in opp. & solutionē. } Quo ad primum sit hæc cōclusio fidelis & indubitata. Christus fuit prædestinatus. Probatur sed antequàm accedam ad probationem conclusionis scire oportet quòd circa prædestinationē Christi quatuor sunt modi prædicationum. Nam lego apud scholasticos has prædicationes. Prima.

Filius Dei prædestinatus est,
2. Filius Dei prædestinatus est homo,
3. Homo prædestinatus est filius Dei,
4. Christus prædestinatus est.
Alter penes personam filij.
Alter penes potestatem filij. } Prima propositio simpliciter est falsa quando dicitur filius Dei prædestinatus est. Patet. Cū prædestinatio sit ordinatio æterna eorum quæ per gratiam debent fieri in tempore, sequerentur Duo errores maximi.
Penes personam filij quoniam sequeretur quod filius non esset æternus sed hoc falsum, ergo.

Penes personam & potestatem filij quoniam sequeretur quod filius reciperet gratiam sed hoc est falsum, quia communicat gratiam. Ideo non admittitur ab orthodoxis.

2. Propositio & prædicatio est ista. Filius Dei prædestinatus est homo. Ista propositio & prædicatio pariter dicitur periculosa nisi recte intelligatur. Nam si prædestinatus referatur ad subiectum est falsa, quia filius est æternus: si vero referatur ad prædicatum est vera. Quia valet homo præordinatus fuit vt esset filius Dei.

3. Prædicatio Et 4. Homo est prædestinatus filius Dei, & Christus est prædestinatus, sunt simpliciter veræ. Ratio quia prædestinatio respicit in æternitate id quòd non est sed futurum, Ideo cum homo ab eterno non fuit filius Dei per vnionem in tempore fuit factus filius Dei. Et vt res clarior appareat adduco probationes.

Et primo ex Diuo Paulo Roma. 1. Prædestinatus est filius Dei in virtute, ideſt in omnibus donis. Idem S. Auguſt. de Prædestinatione sanctorum. Prædestinatio ista humanæ naturæ tanta est; & tam excelsa & summa elevatio, vt quo attolleretur, altius non haberet, ergo. Rom.1.

2. Præterea Omnis homo aut fuit præscitus, aut prædestinatus: sed Christus fuit homo, ergo aut præscitus, aut prædestinatus, sed non fuit præscitus, ergo prædestinatus, ergo.

3. Præterea Magis repugnat temporale æterno quàm repugnat æternum æterno. Sed sic est, quòd prædestinatio Christi est æterna, & conceptio. Natiuitas; & passio & mors temporalis, ergo si competit Christo temporalis conceptio, & natiuitas, magis competet illi æterna prædestinatio.

Præterea à diffinitione Prædestinationis. Certum est quòd Prædestinatio dicitur esse præparatio gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro. Sed in Christo fuerunt omnes gratiæ & in gloria stat à dextris Dei, ergo vere fuit prædestinatus.

Præterea. Aut Christus est homo per.

Naturam, aut
Per Gratiam. } Non est dicendum quòd sit homo per modum naturæ, ideſt natus secundum ordinem & cursum naturalem, quia haberet peccatū, ergo per gratiam dicimus esse hominem, quia conceptus est de Spiritu Sancto. Sed omnis gratia collata ex tempore ab æterno fuit prę ordinata: sed ista præordinatio dicitur esse prædestinatio, ergo recte dicitur esse prædestinatus.

Præterea In vnoquoq; genere datur vnum primum quod est aliorum causa & origo, vti apparet in genere calorum. Nam ignis dicitur esse primum quia est causa omnium calorum. Cum ergo Christus sit causa meritoria omnium prædestinatorum, ergo oportet q̄ sit Primus prędestinatus, ergo erit prædestinatus.

Præterea, certum est quòd Christus dicitur esse.

Imago
Exemplum &
Exemplar. } Imago patris / Exemplum mundi & / Exemplar Prędestinationis. } Imago patris quia exprimit naturam, substantiam & maiestatem paternam. / Exemplum mundi quia est signum quod debemus imitari & sequi.

Exemplar, quia ex illo alia omnia fiunt. Nam sicuti ex exemplari quod interius tenet Architectus in mente fit Domus adextra vel colossus. Sic ex ipso Christo tanquā ex quodā exemplari omnia facit Deus optimus maximus. At sicuti exemplar est simile facto ex exemplari quoniam causa & effectus sunt vniuocā, ergo oportet quod Christus sit nobis similis, ergo si nos per ipsum sumus prędestinati & ipse erit prædestinatus.

Præterea. Christus est caput Ecclesiæ per Apostolum. At non solum est caput per influentiam sed per similitudinem carnis, cum ergo sit relatio inter caput & corpus: si corpus est prędestinatum, ergo caput: Quoniam relatiua dicuntur eiusdem esse conditionis, ergo. Nos sumus corpus mysticum & sumus prędestinati, & caput Christus erit prędestinatus, ergo Recte magister concludit. Qui prędestinatus est filius Dei in virtute.

IN III. SEN.
CONTRA PRAEDICTA, quòd non sit prædestinatus.

Arg.1. CHRISTVS non potest dici filius adoptiuus, ergo non potest esse prædestinatus. Patet antecedens. quia adoptio dicit filiationem per gratiam, & Christus est filius per naturam. Consequens probatur. Quia prædestinatio dicitur esse filiorum adoptio de quo Paulus Ephe. 1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum.

Ephe.1.

Arg.2. Præterea prædestinatio est temporalium, & non existentium, sed filius Dei æternus est, ergo non prædestinatus vtraq; propositio vera, ergo.

Arg.3. Prædestinatio respicit personam & suppositum. Tunc sic. Cum in Christo sunt tantum duæ naturæ & vna persona. Natura humana & natura diuina in supposito, & in persona diuina, ergo fuit prædestinatus in persona diuina, sed hoc est falsum, quia d. Origenes prædestinatur id quod non est, sed persona verbi fuit semper, non igitur secundum personam fuit prædestinatus, ergo nullomodo modo.

persona duplicitèr creata ac increata. Nõ creata quia non est. Nec increata quia semper fuit.

Si fuit prædestinatus, ergo fuit prædestinatus vt homo, aut vt Deus. Non vt Deus, ergo vt homo. Tunc sic. Fuit prædestinatus esse filius Dei, sed filius Dei est æternus, ergo & homo iste erit æternus patet quia accessorium sequitur principale.

Arg.4. Prædestinatio sequitur prescientiam, prescientia est malorum, & peccatorum. Sed in Christo nullum fuit peccatum, ergo nec præscientia, ergo nec prædestinatio.

Arg.5. In prædestinatione confertur gratia & gloria. Sed Christus confert gratiam & gloriam, ergo non est prædestinatus; quia sequeretur ꝙ simul & semel esset agens & patiens, Diues & indigens, sed hoc est falsum, ergo.

Arg.6. Quòd non sit exemplar, nec causa nostrę prædestinationis. Nam. Æternum nõ habet causam, quia nil prę existit æterno, ergo sua prædestinatio non erit nostrę exemplar, & causa.

Arg.7. Sola diuina voluntas est causa prædestinationis, ergo non Christus erit causa. Probatur antecedens per Apostolum ad Ephe. 1. Prædestinati secundum propositum eius: qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suę. Patet consequens. Nam remota prædestinatione Christi non remouetur nostra prædestinatio, quia etiam si Christus incarnatus non fuisset d. Augustinus Deus alium modum possibilem ad redimendum habuisset, ergo.

Arg.8. Ephe.1.

RESPONSIONES, Ad obiecta.

Ad primum arg. Christus non est filius adoptiuus, ergo non est prædestinatus. Negatur conseq. ò prædestinatio facit filios adoptiuos. Respon. quòd non valet ratio: quia sequeretur, quòd filius non esset naturalis patri. Nam prædestinatio respicit duo non naturalia prædestinanti Deo, videlicet.

Personam & Naturam. } Hinc prædestinatio nõ solum dicitur de Petro vt persona sed etiam dicitur de Anima. Petri. Vnde dicitur ꝙ natura Petri, ideſt anima est prædestinata, quia est beatificanda.

Adoptio vero respicit solum personam non naturalem prædestinanti Deo. Ideo cum in Christo sunt duę naturę & vna persona. Natura Diuina in supposito diuino, & natura humana sine supposito humano. Propter naturam humanam quę non est naturalis diuinę naturę dicitur prædestinatus, sed propter personam & suppositum diuinum quod est naturale ipsi patri, non potest dici adoptiuus quia tunc sequeretnr quòd esset extraneus ipsi patri quod est falsum. Respon. formalis, est prædestinatus, ergo adoptiuus: non valet, valet tamen econtra, est adoptiuus, ergo prædestinatus.

Ad 2.3.4.& 5. Respon. quòd prædestinatus fuit non vt Deus quia æternus quia confert gratiam, sed fuit prædestinatus vt homo, fuit prædestinatus non in persona diuina: sed in natura humana.

Ad 7.& 8. quòd nõ sit exemplar & causa nostrę Prædestinationis Respon. esse causam & exemplar stat dup.

Primomodo respicit actum prædestinationis } Quo ad actum prædestinantis & sic non est causa quia
Secundomodo respicit modum prædestinationis. } ab æterno vno & eodem actu nos & Christum prædestinauit, & gratiam preparauit, & ab æterno, voluit nos prædestinare.

Christus prædestinans & prædestinatus.

Quo ad modum & ordinem dico quòd Prædestinatio fuit facta per meritum incarnationis Passionis, Resurrectionis, & assensionis Christi. Nam gratia facta est nobis per Iesum Christum. Hinc ad exemplar Christi omnia nobis donauit. Et sic cõcludimus quòd sit causa nostrę. Prædestinationis. Et simul & semel sit.

Prædestinans & Prædestinatus. } Prædestinans vt creator, Prædestinatus vt creatura. } Prædestinans vt Deus Prædestinatus vt homo. }

Vt prædestinans est æqualis patri, Vt prædestinatus est minor patre. } Vt prædestinans largitur, gratiam, Vt prædestinatus recipit omnem gratiam, }

Vt prædestinans est summa Gloria: Vt prædestinatus sedet adextris virtutis Dei. Hęc pro presenti. Insequenti aggrediar.

Quęstionem septimam Magistri Bachonis in qua quęrit. An in Christo sint plura esse naturę, vel essentię.

LECTIO

LECTIO TRIGESIMA,
Super quæst. 7. Ioannis Bachonis in qua quærit. An in Christo sint plura esse essentiæ? In hac quæstione Doctor proponit articulos duos & per consequens duas quæstiones.

D.7. Bachonis.

In primo articulo quærit quo ad essentialia rei } In primo quærit ea quæ rem in esse constituut.
In secundo quærit quo ad accidentalia rei. } In secundo inuestigat ea quæ rem manifestant.
In primo quærit, An in Christo sint duo esse essentialiæ. } Hinc vt ordinatim procedamus affero vobis quinq; principalia.
In secundo. An sint duo esse existentiæ. }
Primum erit circa continuationem. } Quo ad continuationem facilis manifesta, patens & clarissima
2. Circa Doctores diuersos } apparet, Nam cum Mag. sent. in præsenti Distin. concluserit
3. Circa Scopum Bachonis, } quòd Deus sit homo, & homo Deus; Vnde currunt conuertibiliter istæ duæ prædicationes ratione duarum naturarum.
4. Circa Difficultates aliorum, }
5. Soluam difficultates. } Meritò quis vestrum dicere poterit. Cum in Christo sint duę naturæ diuersæ, ergo erunt duo esse, ergo duo esse essentialia, Sed quia ad esse essentiale sequitur esse existentiæ, quæritur, An in Christo sint plura esse existentiæ sicuti esse essentiæ? Vnde vos videtis quomodo Mag. Bacho, in sequitur optime Mag. senten. Vlterius. Quæstio præsens non solum à Doctore nostro per tractatur sed ab Alijs præstantissimis videlicet à.

S. Thoma: Ab Egidio. } Agodofredo & Ab Alijs: } Et si alij vocantur Theologi: Cur nostrates non dicent Bachonem, Theologum? est Theologus præclarissimus, Idcirco vt

Prima conclusio.

Morem meum seruem mentę primo loco ponam Doctoris, quæ talis est In Christo sunt duæ naturæ essentiales, nempè natura diuina, & natura humana, igitur erunt duo esse essentiæ.

2. Conclusio. In Christo non sunt plura esse existentiæ. Quo ad primam, quòd in Christo sint plura essentiæ esse probatur. Auctoritate & ratione.

Arg. 1. Aug. in primo lib. de Trini. Dicit. Forma Dei accepit formam serui, sed alia est forma Dei, & forma serui, ergo aliud esse Dei, & aliud esse hominis, ergo sunt duo esse.

Arg. 2. Præterea Vnum & duo denominatiue dicuntur, sed in Christo est dualitas naturarum, ergo duo. Maio. est Aristo. 3. Phy. minor est fidei nostræ, ergo Duo esse.

Arg. 3. Sicut forma accidentalis facit alterum, sic forma substantialis facit aliud, vt dicit Porphyrius igitur cum in Christo sunt duæ naturæ & duæ formæ substantiales, ergo erunt aliud & aliud, ergo duo esse.

Arg. 4. Quæ sunt vnum in masculino genere & plura in neutro genere sunt aliud & aliud secundum esse, & perconsequens secundum actum. Sed Christus est vnus in masculino genere quia est vnus homo cum sit vna persona, & plura in genere neutro cum habeat diuersas naturas, ergo, aliud & aliud, ergo diuersa esse.

Patet exemplo. Nam quando dico homo est albus. In hac propositione datur vnus masculinus, & simul duo neutraliter. Datur vnus masculino, quia vna persona, quia vnum suppositum. Dantur etiam duo neutraliter, quia dantur duæ naturæ diuersæ, videlicet Diuina & humana igitur dantur duo esse, ergo in Christo sunt duo esse,

Ar. 5. Præterea, Si de quo minus videtur non in esse & tamen in est, ergo & de quo magis. Sed minus videtur in esse quòd subiectum & accidens sunt duo simpliciter, cum accidentis esse sit in esse & tamen sunt, ergo magis videbitur, quòd in Christo cum sint duæ naturę quæ possunt per se subsistere dicantur duo esse simpliciter, Ratio, quia natura diuina & natura humana sunt entia actualia & perfectissima non tamen accidens, cum accidens sit alteri inhærens, & non inhæret verbo, sed vnit, ergo duo esse.

Arg. 6. Præterea Confirmatur à simili. Quare illud quod fit ex Materia & forma dicitur esse vnum simpliciter & non duo? Respon. doctor ex Phi. Quia licet materia sit ens & substantia, tamen quia non est substantia perfecta, actualis, & per se, sed à forma recipit perfectionem, & actualitatem ideo sunt vnum & non duo. Igitur per contrarium. Cum natura diuina & humana sunt perfecta & absoluta, & vtraq; possunt per suam propriam subsistentiam existere hinc est quòd sunt duo esse, ergo.

Confirmatur, Si quis quæret. Cur in Euangelio legimus Ego & pater vnum sumus? Si personæ diuinæ sunt tres, quomodo vnum? & si vnum quomodo tres? Respon. quòd ista vnitas pendet à natura. Cum igitur natura sit vna erunt etiam personæ vnum. Modo fiat argumentum pro conclusione nostra. Si vnitas naturæ facit plura vnum, ergo multitudo naturæ faciat vnum plura, ergo cum in Christo sint duę naturæ, ergo duo esse essentiæ. Et si c apparet probatio primæ conclusionis. Secunda conclusio probatur etiam quòd licet in Christo sint duo esse essentiæ non tamen sunt duo esse existentiæ, quia natura humana in Christo existit, & subsistit, & viuit in substantia verbi diuini. Patet.

Ioa. 10.

2. Conclusio est hæc. Natura humana composita ex sua materia, & ex sua forma, non habet proprium viuere, nec proprium subsistere in se, sed omnis vita, existentia & subsistentia, dicitur esse à diuino verbo suppositante. Nam dicitur esse solum essentiæ, & in existentiæ in natura humana, sub existentiæ vero, & existentiæ non. Rationes sunt istæ. Natura humana nil dare potest per suã vnionẽ, diuinæ naturę, vel supposito diuino sed totaliter recipit viuere & existere, ergo non potest dare aliã subsistentiã & existentiã quàm illam quæ est à verbo, ergo non sunt duo existentia, sed solum esse existere, vel inexistere, existere quatenus erat subiecta accidentibus inexistere quatenus erat vnita ipsi verbo.

Præterea Generatio siue natiuitas naturę humanę in Christo sicuti quelibet alia terminatur ad aliquod esse, sed istud esse non est hypostaticum quòd est esse in se, quia istud habet in verbo, ergo relinquitur quòd sit esse in alio, sed esse in alio dicit in existentiam, ergo non duo existentia sed solum vnum quod est in alio.

Esse 3.

Præterea arguens contra Godofredum qui ponebat triplex esse effectus scilicet.

Subsistentiæ Existentię & Inexistentię. } Subsistentiæ in substantijs, Existentię in natura & In existentiæ in accidentibus. } Subsistentię esse dicit terminationem rei Existentię esse dicit actualitatem rei, & In existentia esse dicit innitatem rei.

Ideo

Ideo dicit quòd illud existere quod sequitur naturam humanam est aliud ab existere quod recipit à, Verbo diuino, sed hoc est falsum. Nam inquit Bacho. quòd non datur istud existere, & patet à simili.

D. Phy. primo Physi. t. com. 29. Impossibile est quod accidentia separentur à subiecto: Nam si separarentur sequeretur, hoc absurdum quòd per se existerent, sed hoc falsum quia non datur existentia sine subsistentia, & in existentia. Ideo d. Doctor consequentia ista non ⁊aleret si daretur existens inter existentiam, & subsistentiam. Nam coincidit cum his, ergo.

Idem ponit 4. Phy. Commentario. 60. si quantitas esset separata, quantitas esset substantia, sed impossibile ⁊ est quòd sit substãtia, ergo non est separata, ergo non datur existentia sine subsistentia, vel est nexistentia. Hæc quo ad probationem, modo soluere oportet difficultates.

OBIECTA CONTRA,

Conclusionem quibus probatur primum quòd non sint duo esse essentiæ: secundo quod sint in supposito Christi duo esse existentiæ.

Godofredus, quo li. 8. q. 1. Thom. 3. p. q. 17. ar. p. ar. 2. prædicatur in concreto Christus homo.

Arg. 1. Ex Diuo Thoma & Godofredo. Dicit Godofredus. Illud dicitur plura simpliciter de quo prædicantur illa in abstracto. Sed sic est quòd licet natura diuina prædicetur de Christo simpliciter, dicẽdo, Christus est natura diuina. Tamen natura humana non prædicatur. Nam non dicimus quòd Christus sit natura humana, sed benedicimus quòd est homo, ergo non sunt simpliciter. Minor est clarissima, & maior probatur. Quia si essent simpliciter tenerent sua prædicata formalia, ergo Christus humana natura sed falsum, ergo quia non prædicatur in abstracto sed inconcreto. Nã non dicimus ꝙ sit humana natura sed ꝙ est homo.

Arg. 2. D. Boetius. Omne quod est, in quantum est, vnum est, sed Christum esse confitemur, ergo vnus est, ⁊el vnum.

Arg. 3. Illud quod pertinet ad esse suppositabile hypostaticum, & personale habet denominationẽ, prædicationemq; à persona & supposito: Sed cum suppositum sit vnum, ergo & illa erunt vnum, ergo cum natura diuina & natura humana sint in verbo hypostatice & personaliter, & persona est ⁊na, illa erunt vnum esse, & non duo esse.

Arg. 4. quòd sint duo existere, In Christo sunt duo modi vitæ S. creatũ esse & in creatum. Creatũ per animam rationalem, & increatum per diuinam naturam, ergo sunt duo existentia esse, quia viuere viuentibus, est existere, & esse.

Arg. 5. Si de quo minus videtur non in esse, & tamen in est, ergo & de quo magis. Sed minus videtur, quod accidens dicat existentiam cum existentia subiecti, & tamen dicit, ergo à fortiori debet magis dici de Natura humana quòd habeat suam existentiam, vltra existentiam suppositi verbi, cum sit ens perfectius accidente, ergo sunt plura existentia.

Arg. 6. Nam inquit Godofredus. Datur duplex Vnio.

Altera per modum compositionis / Altera per modum personalitatis. } Vnio per modum compositionis, vel constitutionis nõ multiplicat nec subsistentiam, nec existentiam, nec in existentiam, nec aliud esse, sed solum relationem quandam non realem quia pars in toto non habent distinctionem realem. Vt esse capitatum, corporeum, & animatum cum ad vnam pertineant personam non faciunt diuersa esse. Vt etiam si Socrati constituto adueniret manus, pes, ⁊el oculus, ⁊t cæco nato, non propter hoc Socrati augeretur esse, quia dicitur esse non solum respectu eorum quæ habebat sed respectu futurorum.

Vnio ⁊ero per modum hypostasis multiplicat nouitatem essentiæ, ergo & existentiæ, ergo duo esset existentiæ in Christo reperiuntur.

RESPONSIONES,

Ad primum Non prædicantur in abstracto, ergo non sunt. Negatur & quãdo dicitur. Tenerent sua prædicata formalia. Negatur. Nam accidere est in subiecto realiter & sunt plura simpliciter & tamen non prædicatur de subiecto in abstracto. Non dicimus quòd homo sic albedo.

Ad 2. de Boetio. Omne quod est ideo est quia ⁊num est. Respon. loquitur de vnitate subsistentiæ, nos de ⁊nitate essentiæ. Concedimus vnitatem subsistentiæ, non autem essentiæ.

Sic ad tertium quòd denominatio fit à persona, persona vna ergo. Respon. est æquiuocatio, Valet in his suppositis, quæ vnam solam naturam, non in his in quibus plures sunt naturæ.

Ad 4. duo viuere, ergo duo exi. Respondetur. Vbi duo viuere, personalia & vbi vnum non dependet ab altero ibi duo existere, sed vbi alterum ab altero dependet ibi non sunt duo existere. Hoc in proposito viuere humanum pendet à diuino verbo.

2. homo. Ad illud de accidentibus non est simile. Nam accidens in subiecto dicit existentiam & in exi. Quia non solum recipitur in subiecto, sed perficit subiectũ; albedo, Musicus, scientia, & similia non solum recipiuntur in subiecto, sed perficiunt, & informant subiectum, at perficere est existere. At humana natura non perficit diuinam igitur non dicit exi.

Ad vltimum, Multiplicatur essentia, ergo & existentia. Negatur consequentia, quia terminatur à supposito, à quo totum esse habet. Hæc dicenda erant. In sequenti Aggrediar Di. 8.

LECTIO

LECTIO TRIGESIMAPRIMA,

Super Distinctione 8. Magistri sen. in qua quæritur. An liceat dicere. Quod Natura diuina nata sit de Virgine sicut dicitur quòd est incarnata in Beatissima Virgine?

2. An Christus sit bis genitus? Respondet vtriq; quæsito trifariam. Prima responsio est negatiua 2. affirmatiua, 3. negatiua.

Prima dicit quòd licet natura diuina sit incarnata in Maria Virgine, non tamen dicitur nata. 2. dicit quòd Christus bis natus fuit. 3. asserit quòd licet in Christo sint duæ natiuitates, non sunt tamen duæ filiationes. Hinc tria faciam pro declaratione quæsitorum,

Primum Assignabo continuationem, / 2. diuisionem: / 3. probationem & argumentorum solutionem, } Quo ad continuationem. Talis est. Cum Mag. in antecedẽtibus egerit de vnione naturarũ & de modo vnionis. Nunc intendit agere de communicatione Idiomatum, de proprietatibusq; personæ diuinæ, quoniam proprietates in sequuntur personam, & vnionem.

Idcirco in duas scinditur partes. In prima quærit an diuina natura nata sit De Beata Virgine?

In 2. an filius sit genitus bis? } Ex his ponit duas conclusiones scilicet. Diuina natura non est nata de Beatissima Virgine 2. Conclusio Christus bis genitus, & bis natus est. Tamen non continet duas filiationes sed vnam tantum. Probantur Istæ conclusiones tali modo. Et primo, quòd non sit nata de Virgine. Dicit Damascenus in lib. 3. Natiuitas est hypostasis & non naturæ, igitur natura nata non est. *Damas. lib. 3.*

2. Dicit Mag. in litera. Natiuitas æterna præstantior est natiuitate temporali. Tunc sic Natura diuina non est nata à patre in æternitate, ergo nec nasci potest à Virgine cum sit temporalis, si de quo magis videtur in esse & non in.

3. Præterea. Quod nascitur de aliquo est eiusdem naturæ cum illo, ergo si natura diuina nata fuisset de Beatissima Virgine, ergo eiusdem esset naturæ cum Beatissima Virgine, ergo filia eius, hæc autem sunt absurda, igitur non est dicendum quòd sit de Virgine nata,

4. Præterea. Quod nascitur generatur sed quod generatur est suppositum & non natura. Nam non generatur humanitas sed generatur homo sed producitur Socrates, ergo falsum est dicere, quòd diuina natura sit nata. Hæc quo ad primam conclusionem. Quo ad 2. quòd dicatur bis natus probatur.

5. D. Aug. de fide ad Petrum. Vnigenitus Dei, primo & secundo natus est, semel ex patre, & semel ex matre, sed ⁊bi datur primum & secundum, dantur duo, ergo & bis natus.

6. D. Damascenus. Duas natiuitates veneramur in Christo.

Prima ex patre / 2. ex matre. } Prima ante secula. / 2. in tempore. } Prima est super causam, rationem, tempus & naturam, super causam quia excedit omnem causam. Super rationem, quia excedit omnem intellectum, super omne tempus, quia æterna, & super naturam quia est causa naturæ. Secunda est propter nos, secundum nos, & super nos. Propter nos, quia est propter nostram salutem, secundum nos, quia natus est homo de carne nostra. Supra nos, quia non ex virili semine sed mystico spiramine, supra legem conceptionis natus est, ergo duæ sunt natiuitates.

Præterea Certum est, quòd actus multiplicantur triplici de causa vt inquit Phi.

Vel ratione subiecti, / Vel termini, / Vel temporis. } Ratione subiecti. Quia cũ sit aliud & aliud subiectũ, ergo actus & forma. Quoniã vnum quodq; subiectum respicit propriam formam & actum. Ratione termini. Quoniam sicuti terminus est diuersus, sic actus Ratione temporis. Nã sicuti alia, & alia est mensura sic & actus. Cum, ergo Christus sit natus in æternitate à patre & in tempore à matre, & alia si mensura temporis & æternitatis, ergo erit etiam alius actus æternitatis & temporis. Cum igitur Christus sit natus in æternitate à patre, & in tempore à matre, ergo bis natus, ergo duæ natiuitates. *Motus specificatur a Termino 5. Phy.*

Tamen non sequitur, ergo in Christo sunt duæ filiationes. Hoc falsum, ergo. Nam d. Damascenus, Ea quę sunt naturæ in Christo multiplicantur non autem ea quæ sunt personæ. Sed filiatio pertinet ad personam, ergo cum vnica sit persona & hypostasis & filiatio erit vnica. *lib. 3.*

Idem Beatus Thomas. Nam filiatio non attenditur pœnes terminos sed pœnes subiectum. Termini sunt duo, videlicet pater & mater, ergo si attenderetur pœnes terminos, ergo duæ essent filiationes, sed hoc falsum, quoniam eadem filiatione oritur à patre & à matre, probatur, quia eadem relatione refertur ad vtrunq; tanquàm ad vnum. Ratio est in prõptu quia pater & mater generãt vt vnica causa, ergo vna filiatio. Hinc cũ. *3. p. q. 35.*

Attendatur pœnes subiectum personam, & hypostasim, & cum persona, suppositum, hypostasis sit vnum, vna erit filiatio. & non plures. Apparet exemplis notissimis in Phy. docente, & in Rege gubernante. Nam vnica relatione referuntur. Iuuenes ad Phy. docentem, & Populi ad Regem gubernantem, vti milites ad patrem meum Bernardinum Perfectum Antiueri, referebantur quoniam causa docendi, & Imperium gubernandi dicitur esse idem, & vnicum, ergo vnica relatio. Hinc ex causarum vnitate vnitas relationis sumitur, & ex diuersitate causarum, diuersæ relationes specifice differentes. Exem. *Nam subiectis filiationis non dicitur esse natura, nec pars naturæ, sed persona, & hypostasis.*

In Magistro & Rege } In Magistro qui docet plures disciplinas nẽpè logicam, Phylophiam, & medicam facultatem, dicitur vario modo ad discipulos, & alia relatione refertur vt Logicus alia vt Phy. Ratio quia sunt causæ variæ & differentes. *Prima causa est naturalis 2. causa affectiua.*

In Rege, qui habet duos filios. Alterum naturalem, alterum adoptiuum, propter diuersitatem causarum dicitur alia ratione pater naturalis, & alia relatione patris adoptiui. Hæc pro tuitione conclusionum.

ARGUMENTA OPPOSITA.

Ar. 1. Quòd Natura diuina sit nata, quòd non sit natus Christus bis, & quòd sint duæ filiationes.

Arg. 2. D. Hila. 9. de Trinitate. Nihil nisi natũ habet filius, ergo diuina natura est nata, quia est in Christo.

Idem

Idem asserit Damasce.lib.3.c.12.Beatissima Virgo dicitur Teotocon,ideſt Dei genitrix: ſed Deus eſt nomen naturæ,ergo ſi Chriſtus natus eſt ex virgine, ergo & diuina natura.

Idem Auguſt.lib.de fide ad Petrum. Natura æterna atq; diuina concipitur & naſcitur ſecundum veritatem humanæ naturæ,ergo.

3. Quod eſt incarnatum, eſt natura, ſed natura diuina eſt incarnata vt dicit Magiſter,ergo eſt nata.

3. D. Bernardus quòd diuina fortitudo fuit infirmata, ergo in illa vnione,ergo ſi conuenit infirmitas magis naſci conuenit,

Quo ad ſecundum quòd non ſit bis natus,

Ar.4. Quod ſemper generatur & nullam admittit permutationis viciſſitudinem,ac ſucceſſionẽ dicitur ſemel generari, ergo cum filius ſemper generetur abſq; vlla tranſmutationis ſucceſſione, & interpelatione ſemel generatur,ergo non bis. Minor eſt manifeſta,& maior probatur quia in æternis non datur ſucceſsio,ſed omnia ſunt ſimul.

Patet etiam ex pſalmo. Semel loquutus eſt Deus. Gloſſa inquit ſemel loquutus ideſt genuit filium, ergo.

Quo ad tertium,quòd non ſit vnica filiatio ſed duæ.

Arg 5. Multiplicatio effectus pendet à cauſæ multiplicatione,ſed Generatio & natiuitas in Chriſto dicitur eſſe Chriſtus,ergo & filiatio erit Chriſti quia à generatione & natiuitate dicitur filius, ergo duplex filiatio quia duplex generatio,

Arg.6. Vbi vnica dicitur eſſe filiatio ibi termini relatiui ſunt eiuſdem ordinis & ſpetiei: At termini filiationis in Chriſto ſunt diuerſi, ergo vna nõ poteſt eſſe relatio & p conſequens filiatio. Nam filiatio in Chriſto vt reſpicit patrem dicitur eſſe æterna, vt reſpicit Matrem dicitur eſſe temporalis, ſed temporale & æternum ſunt diuerſa igitur non erit eadem filiatio, ergo non vna ſed duæ, quia termini diuerſi.

Arg.7. Illa ſunt diuerſa quorum vnum poteſt intelligi ſine alio, Sed ſic eſt quòd poſſumus intelligere filiationem æternam à patre ſine filiatione temporali à matre, ergo non ſunt eadem,ergo ſunt plures.

Maior eſt vera quia illa ſunt eadem quæ ſimul generantur & concipiuntur, Minor clariſſima quia poſſumus intelligere æternum ſine temporali è, & contra, ergo.

RESPONSIONES.

Argumentorum.

AD primum de natura quò ſit nata. Reſpon. quòd propter maximam identitatem perſona diuinę cum natura diuina ſæpiſſime ſumitur perſona pro natura,& natura pro perſona. Idcirco ad omnes Auctoritates S. Auguſt. Damaſceni Hylarij & aliorum, dicentiũ quòd natura eſt nata, debetis dicere quòd natura ſumitur pro perſona,& hypoſtaſi.

Sic quando dicitur quòd fortitudo eſt infirmata,ſumitur fortitudo per perſona quia Chriſtus d.Paulus eſt Virtus Dei & ſapientia,Et quando dicitur à Bernardo eſt infirmatus. Reſpon. ideſt ſe habuit ad modum infirmi. Dicitur hoc ad excitationẽ populi,quomodo ſit poſſibile Deum manere ſub carne illa ſic flagellata.

Ad 4. quòd non ſit bis genitus. Negatur & quando dicitur quod ſemper generatur. Reſpon. Gene.attenditur pœnes menſuram, cum, ergo ſint duæ Menſuræ æterna & temporalis, ſic & duæ generationes, ò ſemel loquutus eſt Deus. Reſpon. æternaliter, non temporaliter.

Ad 5. multiplicatio cauſarum arguit multiplicationẽ, effectuum,ergo duæ filiationes quia duæ generationes quę ſunt cauſæ filiationum. Reſpon.quòd illa propoſitio eſt falſa. Nam cauſæ ex quibus generatur homo vnicus, ſunt plures, vt patet de ſole,de intelligentia, & de matre & patre,ergo non currit. Ideo in cauſis ſubordinatis vnus datur effectus licet cauſæ ſint multæ; ſic in propoſito Generatio temporalis Chriſti ſubordinatur generationi æternæ & ideo effectus vnicus.

2. Relatio,vel filiatio nõ multiplicatur ex parte naturæ,vel cauſæ,aut actionis, aut natiuitatis, ſed multiplicatur ex parte, ſubiecti,perſonæ & hypoſtaſis. Cum in Chriſto igitur ſit vnica hypoſtaſis, ſic vnica filiatio.

O' multiplicato vno relatiuorum & reliquum, multiplicatur hic correlatiuum matris,ergo orfiliatio materna, ergo duæ. Reſpondetur,quòd relatio eſt duplex.

Altera formalis } Relatio formalis multiplicat relatiua quia conſurgit ex dependentia
Altera materialis vel accidentalis, } eſſentiali, quoniam dicitur eſſe cauſa & cauſatum, ſicuti in patrem & filium. Nam filius dependet eſſentialiter à patre,& pater à filio, quia educitur per filium in actum, ergo.

Relatio vero materialis non multiplicat correlatiua. Exemplum, Quando vnus Mag. docet plures diſcipulos, vel vnus pater generat plures filiationes, Relatio quæ eſt in ipſis mag. & patre, nõ dependet ab vnoquoq; diſcipulo,& filio eſſentialiter & formaliter quia iam erant pater & magiſter ſed ſolum dependet materialiter, & accidentaliter. Nam non conſtituitur in eſſe formali, & vere pater & magiſter ſed ſolum innaſcitur primæ paternitati nouus reſpectus ad 2.& 3.filium, ſic etiam dicimus de Magiſtro, quòd exmultiplicatione Diſcipulorum nõ oritur Relatio magiſteriorum ſed nouus reſpectus ad diſcipulos, Modo applico ad propoſitum, Cum Chriſtus ab æterno ſit productus à patre & de nouo generatur à matre non oritur alia filiatio cum iam erat filius,ſed bene oritur,quidam reſpectus filiationis temporalis,& ſic vnica & nõ duabus filiationibus conſtituitur.

Et quando dicitur. Intelligo vnam ſine alio. Gene.æternam ſine temporali, ergo. Reſpon. Non prouenit à diuerſitate ſubiecti, & relationis, vel filiationis,ſed reſpectu menſuræ, quia alterum æternum, & alterum Temporale. Vel reſpectu naturarum, quia eſt ibi natura diuina & humana. Altera à patre,altera à matre. Id circo non eſt mirum ſi poſſum vnam ſine altera intelligere. Hæc pro præſenti. In ſequenti lectione aggrediar Doctoris Noſtri Diſtinctionem 8.in qua quærit.

Ioa.Bacho. An Relatio ſit fundata in ſubſtantia 2. An Relationes, vel filiationes fundatæ ſuper naturam diuinam & humanam in Chriſto, ſint relationes reales?

LECTIO

LECTIO TRIGESIMA SECVNDA

Super Diſt.8.Ioa.Bachonis inqua Duo potiſsima facit. Alterum pœnes fundamentum relationis. Alterum pœnes nunerum relationum, primum An filiatio fundetur in ſubſtantia? Secundum. An relationes reales fundentur ſuper duas naturas? Ideſt. Cum in Chriſto ſint duæ naturæ reales & diſtinctæ ſint etiam duæ filiationes? licet in præcedenti hoc vltimum fuerit excuſſum, nihiloſectius ob Doctoris præſtantiſsimi decorem & Doctrinam exquiſitiſsimam volo iterum ad eius mentem alia quædam explicare. Ideo pono has concluſiones et probabo. Prima. In ſubſtantia datur relatio. Secunda in Chriſto non fuerunt duæ filiationes.

QVO ad primam concluſionem probo q.in ſubſtantia ſit relatio,ſit filiatio.Et prima probatio ſumitur à Boetio in Prædicamento Ad aliquid. Nam inquit. Quod Dominus eſt, & quòd ſeruus eſt, ſubſtantia eſt. Ideo ad aliquid præter aliud prædicamentũ non poſſumus intelligere, ergo in ſubſtantia fundatur, ergo relatio.

Probat Boetius per hoc. Nam dicit quòd quædam relatiua habent contraria vt ea quæ ſunt in qualitate, quædam quæ carent contrarietate,vt duplum & dimidium, pater & filius,ergo cum pater & filius ſunt ſubſtantia,relatio erit in ſubſtantia.

Præterea. Inter producens & productum datur relatio realis, At ſubſtantia prima producitur vt ſocrates abhomine,ergo relatio. Minor clariſſima. Maior apparet 5.Metaphi.tex.com.20. Præterea Relatiua ſumũ tur dupliciter. Quædam ſunt relatiua ſecundum eſſe. Quædam ſecundum. Dici Relatiua ſecundum eſſe ſunt huius naturæ,quòd ad cognitionem vnius correlatiui cognoſcitur, & reliquum & contra vt duplum & dimidiũ,patrẽ & filium. Secundũ dici non,vt inter ſcibile ſciẽtiã ſenſum ſenſile,& menſuram & menſurabile,caput & manus,poſsum ſcire vnum ſine alio poſſum ſcire eſſe caput & neſcire cuius ſit, ſic poſſum ſcire manum. *Relatio.*

Patet primo Phyſi.com.63.Inter agens & inter ſubiectũ datur relatio realis,ſed in ſubſtantia eſt vera actio cum ſit tranſmutatio à non eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter, ergo.

Præterea lib.10.Metaphy.Tex.com.7.Dicit Auerrois quòd ſubſtantia prima dicitur eſſe menſura omniũ ſubſtantiarum, ſed menſurati ad menſuram eſt relatio realis,ergo relatio eſt in ſubſtantia. Quo ad ſecundum licet relationes ſint in ſubſtantia,tamen in naturis realibus,& ſubſtantijs diuina & humana non dantur duæ relationes reales ideſt duę filiationes. Probatur.

Filiatio ſequitur ſuppoſitum, ſed in Chriſto eſt tantum vnum ſuppoſitum, ergo vna filiatio,ergo vna relatio. Minor eſt aperta. Maior probatur. Filius ſolum ratione qua eſt ſuppoſitum refertur ad patrem, ergo Confirmatur ex Ariſto.7.diui. tex & com.28.& 12.lib.tex. & Co. 18. Vbidicit quòd non generatur homo ſed iſte homo eſt ſuppoſitum,ergo.

Confirmat Doctor de mente Phi.5.Diuino.t.com.20.Nam Phi.eo loci ponit gradus tres relationis, modo potentię.

Primus precedit actum	Primus gradus eſt inter calefactiuum & calefactibile.	Secundus	*Relationis gradus.3.*
2. eſt cum actu	2. eſt inter calefactiens & calefactum,	gradus re-	
3. eſt poſt actum.	3. eſt poſt rem calefactam ſicut inter patrem & filium,	lationis q̃	
	quia pater egit.	naſcit cũ	

actu non poteſt terminari niſi ad proprium ſuppoſitum. Patet ex Ariſto.7.diui.t. co. 28. & 12. diui.t.co.18. vbi repetit quod dicebam antea quòd non generatur homo ſed generatur hic homo,ſed hic homo eſt ſuppoſitum & ſuppoſitum eſt vnum, ergo vna relatio.

Confirmatur per Henricum 4. Quodli.q.2.per ſimile. Nam inquit iſte Doctor, Ponatur quòd quis vt pater quoniam habet filium vnum,deinde generet alium filium,certum eſt quòd dicitur ad illum ſecundum relatiue,tamen non dicitur noua paternitate ſed antiqua. Ratio. Si diceretur noua paternitate, ergo duo accidentia eiuſdem ſpetiei eſſent in eodem ſubiecto,numero ſolo differentia,ſed hoc eſt falſum,ergo ſola illa paternitate. Sic eodem modo currit de filio. Nam qui ab æterno fuit filius Dei in temporis plenitudine factus fuit per aſſumptionem filius hominis,nõ diuerſa filiatione ne ſint duæ relationes eiuſdem rationis, ſed ſolum antiqua remanſit, quia vnicum ſingulare & ſuppoſitum,ergo. Tamen aduerſus poſitionem iſtam ſunt arduę difficultates tenentes quòd ſint duæ filiationes & relationes.

OBIECTIONES CONTRA, Concluſionem.

Prima quòd relatio non fundetur in ſubſtantia. Realitas relationis eſt realitas fundamenti, ſed relatio eſt accidens, ergo fundamentum eius erit accidens. *Vide lectionem ſeptuageſimam quartam & ſeptuageſimã ſeptimam c.120.*

Præterea quòd in Chriſto ſint duæ relationes ideſt duæ filiationes. Nam poſito quòd Pater incarnatus fuiſſet diceretur filius Virginis Beatiſſimæ ergo ſi per naturam humanam dicitur cum hæc in Chriſto reperiatur merito dicetur filius,ergo duæ ſi.

Præterea. Vbicunq; dantur diuerſa principia realia,& diuerſi effectus. Sed in Chriſto ſunt diuerſa principia realia ſcilicet natura diuina & natura humana,ergo & effectus diuerſi reales,ergo ſi per naturã diuinam

dicitur

dicitur filius Dei & per humanam dicetur filius Virginis, sed alia, & alia est filiatio in diuinis, & humanis, ergo distincte, ergo duæ.

Præterea. Omne suppositum refertur relatiue ad oppositum relatuum vel propter substantiam, vel propter accidens, Vt pater refertur ad filium quoniam filius habet eandem naturam sed productam à patre, sic album refertur alteri albo in relatione similis, quia idem accidens participant, ergo cum in Christo sit natura patris dicitur filius Dei, dicetur etiam filius matris cum sit natura matris, sed alia, & alia est natura, ergo alia & alia filiatio, ergo duæ filiationes.

Præterea Posito quòd natura humana in Christo dimittatur à verbo, realiter erit filius Virginis, sed realiter differt à filio Dei, ergo cum sit in Christo realiter differt, ergo duæ.

Præterea Ista sunt æqualia realiter. Quantitas & quantum, qualitas & quale, similitudo & simile, potentia calefactiua & ignis calefatiens, ergo à simili dicemus quod ista erunt æqualia natura humana in Christo & filiatio. Quia filiatio est natura humana, ergo cum alia sit natura humana, & diuina, & filiationes.

Præterea arguit à simili. Cum duæ paternitates in eodem subiecto differunt numero, ergo & duæ filiationes. Probatur antecedens. Vbicunq; dantur diuersæ rationes proximæ fundandi aliqua, illa omnino sunt diuersa, sed alia est ratio fundandi filiationem diuinam in Christo, & alia fundandi humanam, cum diuina sit ab æterno, & humana in tempore, prima per intellectū & secunda per naturam, ergo alia & alia, ergo duæ filiationes.

Præterea argumento adhuc à simili, licet sit verum quòd genitum vt possit esse filius debet terminari ad suppositum non tamen requiritur necessario quòd ad hoc quòd sit filius habeat semper suppositum eiusdem speciei cum supposito generante. Patet in generatione brutorum. Asinus generat cum iumenta mulum Certum est quòd mulus est filius naturalis asini & tamen aliud suppositum habet, & aliam speriem tenet ab ipso asino, ergo ad filiationem non semper requiritur idem suppositum. Sic dicerem quòd adhoc quòd Christus sit filius Virginis non requiritur, quòd habeat filiationem in eodem supposito sed sufficit quòd sit vere genitus per naturam, ergo duæ filiationes.

RESPONSIONES, Argumentorum.

DOCTOR vnica responsione soluit omnia argumenta. Dicit quòd Genitum esse filium generantis stat dup. Primomodo vt recipit naturam secundo vt tenet naturam illam. Primomodo vt recipit naturam veram per generationem & natiuitatem & sic dicitur filius illius matris, & sic Christus dicitur esse filius Virginis.

Secundomodo dicitur filius alicuius solum quando habet naturam illam in proprio esse suppositi & personali cum illo à quo accepit naturam & natiuitatem, & hoc modo Christus non vere dicitur filius Virginis quia non habet naturam humanam in supposito humano, sed in supposito diuino. Et sic in Christo non sunt duæ filiationes distinctæ. Hac responsione tolluntur omnia argumenta. Nam argumenta currunt secundum primam acceptionem nos tenemus secundum modum accipiendi, & habendi suppositale esse. *Super. Di. 9. q. 2.*

Ad illud de patre quòd in ipso sunt duæ paternitates propter diuersa genuisse. Respon. quòd non sunt duę paternitates sed vna tantū, quæ nouomodo se habet ad secundum, & tertium filium, Nec sequitur multiplicatio in patre propter genita multiplicata. Quoniam maior distinctio præexigitur in principiatis, quàm in principijs.

Ad vltimum de bruto generante mulum, similiter dico, quòd est solum filiatio ratione naturæ non ratio. suppositi. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar quæstionem secundam Ioannis Bachonis in qua quærit. An singulare, & indiuiduum naturæ humanæ addat super naturam spetiei?

LECTIO TRIGESIMATERTIA

Super Quæstione 2. Distin. 9. In qua tria præcipua quærit.

Primum An indiuiduum naturæ humanæ addat aliquid supra naturam spetiei?

2. An esse essentiæ, vel subsistentiæ addat aliquid super indiuiduum naturæ humanę?

3. Quid sit ratio indiuiduationis? Pro clariori intellectu huius quæsiti ponam primo mentem & conclusionem. Doctoris, & probabo, 2. adducam opinionem scoti cum difficultatibus, 3. soluam illas.

Quo ad Doctorem ponit hanc conclusionem. Singulare nil addit supra naturam specificam. Hanc conclusionem probat multis rationibus desumptis à Ph. & primo sic.

Illa quæ sunt vnum realiter alterum non addit super alterum. Sed indiuiduum vel singulare & natura specifica sunt vnum realiter, ergo alterum non addit super alterum, ergo sing. non addit super naturam specificam. Maior est clarissima Minor probatur per Aristo. 4. Metaphy. t. co. 3. vbi inquit.

Quæ generantur eadem generatione primaria sunt vnum realiter, sed dicit Phi. quod eadem generatione primaria generatur iste homo, Generatur homo, & ens homo, ergo. Iste homo, & homo erit eadem res, ergo alterum non addet super alterum.

2. Dicit Doctor de mente Phi. & com. 7. diui. t. com. 20. quòd entia sunt in duplici serie.

Quædam sunt per se } Entia per se sunt illa quæ constant ex partibus essentialibus, vt animal, homo.
Quædam per accidens. } Entia per accidens sunt quæ ex accidētibus & subst̄atia, vt homo album.

Subiungit in entibus per accidens non est idem quod quid est, cum eo cuius est. Ratio. Quia diffinitio significat vnum quod dicit vnam naturam cōstantem ex genere & differentijs eiusdē ordinis, & prædicamenti. Igitur cum ens per accidens sit aggregatum ex pluribus partibus quæ sunt diuersorum generum, ergo nō potest esse idem, Concludit tamen quòd in ente per se idem est quod quid est, cum eo cuius est. Probatur. Quæcunq; prædicantur de aliquo & nullam diuersitatem faciunt in eo sunt idem realiter adinuicem. Sed sic est

est quòd in ente per se quod quid est, & id cuius est prædicātur de aliquo sine vlla diuersitate, ergo erunt idē Exemplum assumo de homine, & de animali rationali. Nam homo prædicatur de Cæsare, & Animal rationale absq; vlla diuersitate, ergo. Nam prædicatur inquid, & animal rationale prædicatur inquit de Cæsare, ergo si homo & animal rationale sint idem cum socrate oportet etiam quòd sint idem inter se. Exijs sequitur quòd substantiæ singulares sunt idem cum suis quidditatibus, quoniam Comenta. dicit eoloci quod loquitur de substantia indiuiduali & singulari & de sua quidditate, sed quidditas arguit naturam specificā ergo singulare nil addit supra naturam specificam.

Præterea illud non addit supra aliud quod est prius alio, sed sic est quòd substantiæ sensiles, indiuiduales, & singulares sunt priores spetiebus ergo non addunt super illas. Maior est clarissima quoniam additio supponit fundamentum præcedens cuit fit additio. Probominorem quòd sint primæ primo ratione, secundo auctotitate. Ratio probans quòd substantiæ primæ sensiles præcedant species, & genera talis est, quia si non sunt primæ, ergo sunt substantiæ aliorum, ergo ab alijs dependent, ergo ab Ideis platonicis, sed hoc est falsum ergo non datur prius illis. Idem dicitur de forma indiuiduali respectu formæ & naturæ specificæ. Nam si non est prima igitur alia præcedit, ergo fallus Arist. qui dixit. Demptis primis substantijs impossibile est aliquid remanere, ergo non remanet nec genus, nec species, ergo primæ, ergo addunt speciei. Hinc dicit Commen. 3. de Anima. Si vniuersalia haberent esse extra animam vt d. Plato, Ari. non indigeret ponere intellectū agentē. Nam Ratio præcisa intellectus agentis est propter ipsum vniuersale faciendum, vt d. Doctor. 2. ar. 3. pro. q. 2. *D. com. 3. de Anima. co. 18.*

Confirmat. Auctori. Nam inquit Phi. primo de Anima tex. & co. 8. Vniuersale nihil est, vel posterius est. Nihil est vt dicebat Plato, Vel posterius est quia fabricatur ab intellectu. Idem D. Auerroris eo loci. Non opinamur quòd diffinitiones generis & spetierum sint diffinitiones rerum vniuersalium extra animam quoniam non dātur ista vniuersalia nisi in intellectu qui facit vniuersalitatem in rebus, sed sunt diffinitiones rerum particularium extra animam, ergo si non datur nisi res particularis, extra animam idem erit res vt specifica, quòd indiuidua, ergo Indiuidum non dicet aliud à natura specifica.

Idem asserit Aristo. 7. Diuinorum tex. Com. 45. 46. 47. & 48. Vbi probatur quòd vniuersale non est substantia. Ratio in promptu. Vniuersale dicitur de multis, substantia prima non dicitur de multis, ergo vniuersale non est substantia, ergo non datur ista natura specifica extra singulare. *7. Di. tex. 45. 46. Ideo uno solo dicitur.*

Confirmatur quoniam quando diuiditur substantia partitur in materiam, formā, & compositum, de inde addit quartum quod est vniuersale, ergo ista sunt præcedentia, sed quartum exijs per intellectū, ergo non datur substantia secunda specifica distincta à singularibus.

Præterea lucidius explicatur hoc 7. Diui. tex. & com. 28. Nam eo loci Phy. explicat quomodo. Generatio dicatur esse duobus modis, *7. Diui. t. c. 28.*

Altera per se } Gene. per se dicitur esse quando generatur iste homo, } Tunc sic. Omne
Altera per accidens. } Gene. per accidens, quando generatur homo. } per accidēs est posterius eo quod est per se, & omne posterius reducitur ad prius, vt omne per accidens reducitur ad id quod est perse, ergo si species producitur consequutiue ab intellectu qui format conceptus speciei, & generis, erit posterior indiuiduo, ergo per accidens, ergo non substantia, quia substantia natura tempore, & diffinitione præcedit accidens, ergo. *Indiuiduum næ tum est esse, & mouere Intel.*

Præterea quod est omnino ab aliquo vel habet naturam illius, vel similitudinem, si naturam, ergo idem, si similitudinem, ergo conuenientem omnibus modis.

Aut diuersam. } Si eandem omnibus modis, ergo nil addit. } At cū species originatur ab indiuiduo erit eadem omnibus modis, ergo singulare nil addit super speciem, nec species ad let super indiuiduum loquendo realiter. } Si diuersam, ergo non est ab alio penitus.

Præterea Si res communis specifica esset differens realiter à natura indiuiduali sequeretur hoc absurdum q̄ materia prima esset vna natura cōmunis per informationem id est quod habeat vnam formam communem informantem illam, sed hoc repugnat Arist. 12. diui. t. co. 14 Vbi asserit quòd materia prima dicitur esse vna per abnegationem omnium formarum.

Cōfirmatur primo Phy. t com. 68. 69. Si materia haberet formam vniuersalem propriā, materia nullā aliā reciperet, sed recipit omnes formas, ergo nullam propriam habet. Patet consequens quod haberet formam communem. Certum est apud Arist. 7. Diui. t. & com. 34. 35. 36. 37. quòd ad essentiam, & ad diffinitionem speciei pertinent materia & forma. Idem habetur 2. Phy. t. & co. 91. & 92. Quia ad essentiam rei naturalis concurrunt materia & forma. Stante hac veritate arguit Doctor. Si species sit res communis differens ab indiuiduis ergo materia communis pertinens ad speciem erit informata forma communi attinente ad speciē, ergo materia erit vna per informationem sed hoc est falsum, ergo non differt ergo non daretur generatio indiuiduorum. Nam d. Philo. quare non dantur plures cœli? Resp. Quia constat ex materia & forma, ergo. *7. Diui. t. c. 34. 35. Vnum numero impossibile est inueniri in pluribus. 3. diu. 14.*

Præterea deducit aliud absurdum q̄ etiam daretur natura gene. informata corporea forma. Nam sicuti indiuidua necessario cōuenirent in illa specie species cōuenirent in genere subalterno, & genus subalternum in generalissimo corpore, ergo daretur vnum corpus vniuersalissimum omnibus corporeis participatum, ac cum omnia sint absurda, dicere aportet, quod nō datur specifica natura ab indiuiduo differens, sed sunt vnū & idem realiter.

Præterea deducit aliud argumentum demonstratiuum ducens ad incommodum ideo supponit hoc fundamentū, q̄ Veritas cuiuslibet propositionis dependet ab vnitate rei significatæ per prædicatum ad rem significatā per subiectum. Ideo nunquàm propositio dicitur esse vera affirmatiua nisi prædicatum & subiectum significent eandem rem numero siue per se, siue per accidens, siue secundum totum, siue secundum partem. Modo si per te ò Score Indiuidum est aliud à sua natura specifica, ergo distinguitur ab illa, spetie, ergo sortes non erit homo, hoc falsum ergo.

Præterea Certum est quòd sortes est compositus ex materia & forma, similiter homo constat materia & forma alioquin non posset esse prædicatum commune de indiuiduis, quoniam prædicatum dicit naturam indiuiduorum. Tunc quæro. An eadem sit materia & forma sortis cum materia & forma hominis, aut non? Si non est eadem secundum numerum, ergo non erit prædicatum sortis, si eadem est secundum numerum, ergo cum ex eodem in quantum idem resultat idem, sortes erit idem cum ipso homine, quia idem compositum, cum eadem sic materia, & forma.

Præterea. Accipio forteitatem sortis & eius humanitatem, quàm humanitatem ponis esse communiorẽ forteitate, vel indiuidualitate. Tunc certum est quòd hic sunt tria per ordinem videlicet.

Sortes / Sorteitas & / Humanitas. } Sortes determinat forteitatem, / Humanitas dicitur esse materia & forma determinans sibi forteitatem & sortem. } Sed sicuti sortes non est communior forteitate nec differens nisi vt denominatiuum, & denominans, sic nec humanitas ab ipso sorte, vt indiuiduum: Ratio est in promptu. Quoniam mensura non excedit mensuratum sed sunt æqualia, ergo si sortes vt mensura forteitatis nõ excedit forteitatem, sic nec humanitas excedet sortem, quoniam est sua mensura, ergo non erit communior, nec differens, ergo cum sit indiuiduum non differt à natura specifica.

Præterea Illa sunt penitus idem quorum medium est idem. Sed idem est medium essentiale singularis & specificæ naturæ, ergo illa erunt idem. Exem. dicimus. Omne B. est A. Omne C. est B. ergo omne C. est A. Quomodo concluditur, quòd omne C. sit A. R. per hoc medium B. quod est idem A. & C.

Clarius. Omne rationale est homo, / Socrates est rationalis, ergo Socrates est homo. } 2. Cur socrates est homo? Respon. propter hoc medium quod est rationalis? sed cum idem sit medium, penitus, idem erunt etiam adinuicem socrates & homo. Nam idem sunt omnino causa & effectus. Medium est causa hominis & socratis, ergo idem Hæc sunt quæ dicere volui quo ad conclusionem, vbi fuit conclusum quòd singulare realiter non addit super naturam specificam. Modo videre necesse est quæ dicit Scotus & Gylton.

OBIECTA CONTRA, Conclusionem.

Sco. Gylton. Arg. 1. Omnis multitudo reducitur per se ad vnum primum essentiale & reale quod est illorum mensura, & causa. Sed indiuiduorum est maxima multitudo, ergo reducitur ad vnum primum & principale. Modo sub inferos: sed istud principale non potest esse aliquod indiuiduum. Ratio. Quoniam ordo Indiuiduorum adinuicem est accidentalis, ergo necesse est dicere quòd sit specifica natura, ergo natura specifica erit aliud ab indiuiduo.

Arg. 2. Operatio arguit formam, sed sic est quod res ad extra mouet intellectũ agentem in ratione communi & vniuersali, ergo erit communis & vniuersalis, ergo specifica. Patet. Quia intellectus agens nil attribuit obiecto, sed tantum manifestat illud quod prius fuerat abditum, ergo non sunt idem. Quia indiuiduum non agit vltra suas vires igitur si singulare singulater aget.

Arg. 3. Scientia est de speciebus & non de indiuiduis, ergo si non darentur species extra intellectum distinctæ ab indiuiduis, nulla esset scientia realis, sed solum rationalis & log. Hoc falsum, ergo sunt realiter aliud ab indiuiduis.

primo post 3. de Anima. t. com. 33. Arg. 4. Scientia dicitur esse ex necessarijs per Aristo. primo posteriorum, & 3. de Anima t. com. 37. scientię secantur quæmadmodum & res. Vnde si scientiæ sunt contingentes, & res erunt contingentes. Sed omne indiuiduum est contingens, ergo omnis scientia erit contingens, sed hoc est falsum ergo.

7. Diui. t. c. 28. Arg. 5. Particulare, & indiuiduum generat, Vniuersale vero nec generat, nec generatur 7. diuinorum. t. 28. sed species est vniuersalis & indiuiduum singulare, ergo non sunt idem.

RESPONSIONES. Argumentorum.

Ad primuũ omnis multitudo reducitur ad vnum, Respon. q. Reductio indiuiduorum dupliciter sumitur. Alteromodo vt comparantur ad inuicem, & sic dico quòd est accidentalis, & vnum non reducitur ad alterũ. Alteromodo quatenus vnitas, aut vnum significat ex natura rei conceptum communem ad omnia indiuidua, & sic reducuntur sub hac conceptione.

Ad 2. dicitur quòd Indiuiduum & species dupliciter considerari possunt.

Vel essentialiter, & realiter, / Vel obiectiue, & representatiue. } Essentialiter & realiter sunt vnum & idem. / Repræsentatiue vero, & obiectiue, dicuntur differre.

Nam aliomodo mouet singulare ipsum intellectũ & aliomodo mouet sub cõceptu specifico. Vt singulare mouet vt ens incommutabile, Vt autem commune mouet sub conceptu animali, ac si realiter differrent.

Ad 3. ergo non daretur scientia. Respon. negando O' est vniuersalium, Transeat, ergo non de singularibus. Negatur quoniam singulare idem est quòd vniuersale. Ad illud 3 de Anima t. com. 9. Aliud est magnitudo, & magnitudinis esse. Igitur quod quid est non est idem cum eo cuius est, ergo singulare non erit idem cum vniuersale. Respon. Non est aliud realiter sed obiectiue & intentionaliter. Idem d. Comm. 4. metaphy. t. com. 3. contra Auicenam. d. quòd ens & vnum dicunt eandem essentiam, & quia dicebat, ergo est nullomodo. Respon. significat eandem essentiam sed modis diuersis, & significatio diuersa arguit distinctionem obiectiuam. Doctor. prologi. q. 2. ar. 2.

Ad 4. similiter dico quòd scientia est de specie non de indiuiduo quatenus contingit corrumpi. Corrumpitur indiuiduum vt singulare, non autem vt vniuersale.

Ad 5. Generare conuenit indiuiduo non autem speciei. Respon. quòd species sumitur bifariam.

Vel realiter, & hoc modo cum sit idem quòd singulare conuenit generare.

Vel obiectiue, & vt differunt ex natura rei, & hoc modo non generat, primomodo sumitur non secundomodo.

Hæc dixisse volui. In sequenti aggrediar Distin. 9. Mag. sen. in qua agitur de Adoratione Christi secundum carnem.

LECTIO

LECTIO TRIGESIMAQVARTA

Super Distintione 9. Magistri sente. In qua agitur de Adoratione. An Christus secundum quòd homo debeat adorari adoratione latriæ? In ista distintione sunt multa per vtilissima accommodataq; non solum disputationibus contra hæreticos, contra Iudæos, sed maxime necessaria in concionibus ad errores vulgi tollendos, populiq; deuotionem excitando. Idcirco duas saltem formabo lectiones super hac materia in quibus explicabo, quomodo Deus, Quomodo Christus quomodo Crux Christi: Mater Christi Euch. Sacr. S. nec nõ Imag. sanctorũ cum reliquijs sunt colẽda, venerãda et adorãda. In præsẽtiarũ igitur assumo quatuor potissima.

Primum erit circa nomina quædam Huic negotio necessario. / 2. Quid sit Adoratio, / 3. Quot sint gradus adorationis, / 4. Quomodo Christi caro sit adoranda. } 2. Quo ad primum de nominibus adorationis, legi apud orthodoxos fidei nostræ tum in theologicis codicibus, cum etiam apud scripturales, ecclesiasticos & mũda nos hæc nomina quę videntur affinia, & quasi germana videlicet.

Reuerentia. / Honor, / Laus. } Glorificatio, / Confessio, / Pietas. } Adoratio, / Cultus, / Latria. } Hyperdulia / Dulia & / Cæremoniæ. } Ista omnia se habent per ordinem ad modum scale Iacob per quàm ascendunt & descendunt intellectus Doctorum angelicorum. Ecce rationem. *Theosebia id est cultus Dei. Eusebia est cultus serui.*

Nam reuerentia & omnia alia nomina certe sunt idem realiter, generice, & transcendenter, differunt autem formaliter, vel potius gradualiter, Vos iudices eritis in explicatione singulorum. Nam

Reuerentia nil aliud est quàm existimatio alicuius maioris boni in alio quàm sit in nobis.

Honor est illa reuerentia quam exhibemus illi digno propter bonum illud.

Laus est commendatio illius in quo tale reperitur bonum.

Glorificatio est laudum ipsius honorati magna manifestatio, & præconizatio,

Confessio, est glorificatum asserere coram hominibus dominum esse aliorum. Pietas dicitur esse confessio, glorificatio est honor proueniens ex interna affectione, consanguinitate, & iustitia in ipsum honoratum.

Thom. 2. 2. q. 101. ar. 1.

Adoratio est subiectio spontanea qua alteri se submittit propter eius excellentiam & perfectionem. Cultus est subiectio diligentissima qua semper tendit ad obsequium honorati à vita vsq; ad mortem.

Latria est cultus, & honor maximus qui debetur soli illi bono, quod est vniuersale, summum immensum infinitum & omnium causa. Iste cultus soli Deo omnium creatori, & Principi debetur. Et dicitur Theosebia, & Eusebia. Theosebia id est cultus Dei, & Eusebia id est cultus bonus.

Hyperdulia est cultus, honor & seruitus, quæ creaturæ singularissimæ & eminentissimę est dignitatis, & dicitur ab hyper quòd est super id est honor super omnes creaturas. Hic honor specialissime debetur Virgini Beatissime ratione maternitatis Christi, per quam cherubinos & seraphin excellit.

Dulia est cultus, honor & reuerentia quæ communiter exhibetur creaturis excellentibus, vt pote, Angelis, Sanctis, Prælatis, Imperatoribus, sapientibus, & bonis.

Cæremoniæ, siue Religio sunt signa sensilia latriæ, hyperduliæ, & duliæ internæ, vti.

Cæremoniæ, siue Religio sunt signa sensilia latriæ hyperdulię, & duliæ internæ, vti.

Vota, / Oblatio. } 2. Sacrificium laudum, / Canticorum voces, } 3. Capitis inclinatio, / Pectoris tunsio. } 4. Manuum complicatio, vel / Genuflexio. / Interram prostratio, Thuris. / Luminariumq; accensio. } Et similium quibus protestamur Deum summum omnium opificem, aliosq; virtutibus, præclarissimisq; factis ornatos & præditos. Ista certẽ sunt eadem re, differunt gradu solum. Nam dicitur.

1. Reuerentia dum est inmente, / Honor in facto, / Laus in voce, / Glorificatio in aperto, / Confessio in Tribunali, / Pietas in auxilio, } 2. Adoratio in obedientia, / Cultus in seruitute, / Latria in dependentia, / Hyperdulia in Iustitia, / Dulia in ordine & / Cæremoniæ in veritate. } Quia ex ceremonijs externis protostamur id quod vere, integre, & complete credimus. Hinc pono hanc conclusionem assertiuam, quod ille plene, & perfecte non credit, qui in adoratione & oratione, eternas dimittit malitiose vel consuetudinali quadam negligentia sacras cæremonias. Hæc quo ad primum circa nomina adorationis, & simul & semel circa 2. & 3. de quid, & quotuplex sit Adoratio. Modo accedo ad Magistri Conclusionem. An ista adoratio latriæ attribuenda sit humanitati Christi, scilicet animæ & corpori? Pro intellectu huius scire oportet quòd humanitas dupliciter consideratur.

Primomodo absolute, / Secundomodo relatiue. } Si cõsideretur absolute vn in se est, vt natura corporalis & spiritualis sic dicitur esse seiuncta à diuinitate hoc pacto dicimus q̃ nõ est adoranda latria, sed solũ hyperdulia.

Non latria quia non est creatrix, sed hyperdulia, quia excellit omnia creata & producta. Si vero sumatur respectiue sic dicimus quòd debet adorari latria, id est vt Vnita ipsi verbo, & probatur.

Primo Auctor. / Secundo Ratione } Auctoritas est magistri recitantis Damascenum & August. Nam inquit Damasc. Timeo carbonem tangere quia ignis vnitus est. Sic verbum vnitum est carni, ergo.

Idẽ August. in serm. Dñi. de veste induta ab Imper. Periculũ mortis incurrit si quis vestẽ adorare contẽpserit cũ Imper. quãdo eã induit. Vestis verbo ęterni est humanitas, ergo si verbũ latria adorãdũ, & caro, & aia ergo.

Confirmatur. Dicit pſal. Adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt, Scabellum eſt caro Chriſti formata ex carne Virginis quæ fuit illa benedicta terra Dauid. Benedixiſti domini terram tuam. Idem aſſerit Doctor noſter Cyrillus in S. Symodo. Nam dicit illum eſſe anathema qui non adorat vna adoratione Verbum & caro quam aſſumpſit, ergo.

3.p.q.25.ar.1. ar.2. Ideo dicit S. Thomas, Ahorare carnem Chriſti nil aliud eſt quam adorare verbum Dei incarnatum, ſi adorare veſtem regis, nil aliud eſt quàm adorare Regem veſtitum, ergo eſt latriæ adoratio.

Idem Gabriel Biel. D. 9. & cum eo S Bona eadem Diſt. q. 1. Honor enim non reſpicit hanc vel hanc partem alicuius, ſed reſpicit totum ſuppoſitum, & omnes partes, ergo cum Chriſtus ſit vna perſona, & vnum ſuppoſitum conſtans ex duabus naturis diuina & humana, vnus erit honor, Vnus cultus latriæ diuinitatis & humanitatis.

Idem aſſeritur à Iacobo de Valentia ſuper pſal. 71. Adorabunt eum omnes Reges terræ.

Op. Auct. Idem probo hoc medio. Certum eſt quòd adoratio latriæ reſpicit ſummum bonum in Chriſto, ſed ſummum bonum dicitur eſſe triplex ab ipſo Chriſto.

Bonum 3.
Primum eſt creationis } Bonum creationis dicitur eſſe ſummum quia infinitum, dicitur eſſe infinitũ
2. Recreationis } quia eſt ſine aliquo ente finito & limitato ſed ex nihilo.
3. Glorificationis. } Sic bonum Redemptionis eſt infinitum quia remittit culpam infinitam, ergo ſummum.

Sic bonum glorificationis etiam dicitur infinitum quia coronat Sanctos bono indeficiente, & per menſuram æternam. Sed ſicut bonum creationis eſt à verbo ſine carne, ſic bonum Redemptionis eſt à verbo in carne, & bonum glorificationis eſt à verbo per meritum carnis, Ideo cum à carne, & per carnem vnicam verbo ſunt iſta bona ſumma, merito ſicuti verbum latria adoratur & caro in verbo eadem ſeruitute latriæ adorabitur.

Præterea. Quando vnum eſt propter alterum, ibi tantum eſt vnum, Sed caro adoratur propter verbum, ergo eſt ſolum vnum ſuppoſitum, ergo vnus honor. Explicatur maior exemplo ſenſato.

Exem. Nam tenere æquum & tenere frenum, non ſunt duo modi tenendi ſed vnus modus, quia reſpicit tantum vnum, ſcilicet tenendi æquum, ergo ſi caro eſt propter verbum, ergo vnicum eſſe, ergo. Idem apparet in honore Regis. Quando honoratur Dominus Præpoſitus à Turre Ill. Comes M. Antonius. Caro adoratur latria vt verbo honoratur etiam veſtis, & ſuum pallinm. Quando honoratur Archidux Ferdinnandus meus amantiſſimus, honoratur & corona, & ſceptrum eius, Sit ergo concluſio.

Arcuſ. An.

CARO ADORATVR LATRIA Cum verbo.

OBIECTA ADVERSVS Contra, Quòd non debetur honor latriæ carni, vel humanitati Chriſti.

Luc. 4. Baute. 6. Arg. 1. Hæc concluſio repugnat ſcripturæ, ergo falſa. D. Euangelium Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli, ſoli ſeruies, ergo non humanitas, quia non eſt Deus.

Ioa. 5. Arg. 2. Omnes honoficent filium ſicut honoficant patrem, ſed pater non adoratur quo ad humanitatem, ergo nec filius. Idem ſuper illud Adorate ſcabellum pedum eius quoniam ſanctum eſt. D. Gloſſa. Nemo carnem Chriſti manducat ſpiritualiter niſi prius adoret, non illa dico adoratione latriæ quæ latria eſt, quæ ſoli creatori debetur, ergo.

Rom. 1. Arg. 3. Latria debetur ſoli creatori, humanitas eſt creatura, ergo non debetur ei dicente Paulo Roma 1. Euanuerunt in cogitationibus ſoluerunt & ſeruierunt creaturę. Humanitas non exit ſuos terminos licet ſublimis ſit, ergo honor debetur vt eſt ſtatus honorati, & cum honoratus ſit limitatus & honor erit limitatus, non erit igitur latria, cum reſpiciat obiectum illimitatum.

Arg. 4. Chriſtus vt homo eſt minor Deo patre, Hinc ſeruit Deo. Hinc orat Deum, ergo & honor minor, ergo non latria quæ ſolum non ſeruienti ſed præcipienti, & Imperanti.

Arg. 5. Latria debetur ſolum enti independenti, At humanitas eſt dependens. Igitur non latria illi debetur.

RESPONSIONES.

Argumentorum.

Ad primum Reſpon. quando dicitur ſoli Deo honor & gloria, Deus ſolus. Reſpon. quòd ſolum ſumitur bifariam.

Primomodo vt dicit principalitatem, & ſic ſolus Deus, quia ſolus cauſa, principium & origo omniũ rerũ.

Secundomodo vt ſolum dicit ſingularitatem, & hoc modo non. Quia etiam humanitas aſſumpta adoratur. Exemplum ſi quis dixerit, Solus Petrus eſt in Eccleſia Carmelitarum, non excluduntur à Petro partes eius, S. manus, pedes Torques, Dyadema & ornamenta ſic non excluditur in Chriſto humanitas, ergo. ſicad 2. ſecundum R.

Ad 3. dicitur quòd caro nuda à diuinitate non eſt adotanda latria, ſed verbo vnita ſic.

Ad 4. quando dicitur quòd non exit terminos Reſp. Verum eſt ratione ſui, non autem ratione alterius. Nã honor debetur ratione hypoſtaſis, at cum vnicum ſuppoſitum ſubſtenſieet naturam humanam & diuinam, ergo Idem honor.

Ad

Ad 5. eſt minor patre, ergo non idem honor. Reſpon, ſi naturæ vt naturæ comparentur adinuicem dicitur eſſe minor patre, ſi vero conſiderẽtur vt in vnico ſuppoſito quoniam denominatio à ſuppoſito fit, & ſunt vnum, & non datur maius nec minus & ſic adoratur. Exemplum, In Imperatore ſemper eodẽ modo honoratur licet aliud & aliud ſit indumentum, ergo.

Ad vltimum orauit & adorauit patrem, ergo non adorari debet latria. Reſpon. Oratio ſumitur duobus modis,

Primomodo vt dicit eleuationem mentis in Deum. } Non orauit primomodo quia animæ Chriſti omnia præſentia ſunt propter verbum.
Secundomodo vt dicit modum & formam orandi. }

Sacrificiũ debetur non perſe ſed propter diui.

Secũdomodo orauit quia dedit formam, ordinem, & efficatiam orationibus noſtris Exem. de Baptiſmo, Baptizatus, non ad indigentiam, ſed ad conſtitutionem ordinem, & efficatiam. Ideo.

Adoratur per anautoma. Præterea. Caro non eſt ancilla verbi quia ab hypoſtaſi ſubſtentata vti dicit Damaſcenus ſed cõſocia, Ideo honor cum ſit perſonæ & perſona cum ſit vna, vnus erit honor, vna latria. Hæc dixiſſe volui. In ſequenti aggrediar quomodo Imago Chriſti, Crux, Virgo, Sancti, & Reliquię ſanctorum venerari debeant.

LECTIO TRIGESIMAQVINTA

De Imaginibus.

In præſenti lectione quatuor per ordinem facere decreui vt materia propoſita de Adoratione ſit clarior & Iudæorum hæreticorum q; errores expellantur à noſtra ſchola. Idcirco,

Primum reſpicit cauſam cur Imagines introducantur in Eccleſia.

2. Reſpicit quomodo ſint adorandę. } Prima eſt ſapientiæ } Quo ad primũ cur Imagines ſint
3. De reliquijs ſanctorum. } 2. Securitatis, } introductæ in Eccleſia à Sanctis
Prima affert bonum, 2. veritatẽ 3. præmiũ. } 3. Iuſtitiæ, } Patribus? Reſpon. omnes orthodoxi quòd multis de cauſis ſunt introductæ.

De his. Ioan. Bacho. 4. ſen. d. 2. q. 4. ar. 2. Quodli. c. 59.

Prima reſpicit ſimplicitatem, { Simplicitatem populi, } Prima ratio Imaginũ fuit ad ſimplicium, & rudium inſtructionẽ
2. Tarditatem, { Tarditatem affectus, } Nam ſunt libri rudium in quibus vti in ſcripturis legunt facta, merita, & ſanctorum coronas.
3. Labilitatem, { Labilitatem memoriæ, } Nã in Imagine diui Chriſtophori viſa quaſi ſuper ſcriptura diſcurrunt quomodo Chriſtum portauit, quid ſenſit. Sic de alijs diuis.
4. Auctoritatem. { Auctoritatem diuinam }
5. Deteſtationem. { Deteſtationem hereticorum. }
6. Imitationem. { Imitationem ſanctorum. }

2. Cauſa Imaginum introductionis fuit ad noſtri affectus excitationem. Nã homo dupliciter ad deuotionem excitatur.

Verbo & Exemplo. } Verbum auditur } Verbum remiſſe mouet } Exemplum ſi quis dixerit Leonem occidiſſe duos æquites turbatur cor ſed non fugit homo, At ſi quis dixerit & duxiſſet Leonem huc, non ſolum turbaretur cor ſed pertimeſceret, ſed fugeret. Sic Imaginis exemplum per maxime mouet affectum noſtrum, Ideo dicebat Oratius. Segniuś irritant animos demiſſa per aures, Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus. In arte Poe.
Exemplum videtur. } Exemplum intenſe mouet.

3. Cauſa introductionis fuit memoriæ facilis labilitas, quæ omnia obliuioni tradit. Nam verbum aurem per vnam ingreditur & per alteram egreditur. Non ſic quæ videntur.

Seſſione V. ſeſimaquinta. 4. Cauſa introductionis fuit Eccleſiæ Auctoritas. Ideo Concilium Tridentinum ſeſſione 25. declarat, q̃ ſint introducendæ, & adorandæ cum reliquijs ſanctorum. Atteſtatur Synodus Nicena in qua fuerunt multa decreta contra Imaginum oppugnatores.

Apparet in tempore Euangelij vbi Chriſtus ſudarium ſuum ſanctæ Veronicę donauit. Apparet Taurini vbi lintheamina tenet D. N. Ieſu Chriſti Imaginem. Sic S. Lucas Virginis Primiparę Imaginem depinxit.

Apparet apud Solomonem qui multas fecit Imagines in ampliſſimo Templo. Antea Moyſes ex præcepto diuino duos Cherubin confecit. Apparet in pecunijs.

5. Ratio. Introducuntur in deteſtationem hæreticorum. Nam Eccleſia noſtra circa Imagines & Nomina hæreticorum duo facit:

Primum delet & comburit } Delet, & comburit vt damnatio ſua oſtendatur ab Eccleſia & à Cęlo. Ideo qui libros, vel Imagines, aut ſtatuas hæreticorum teneret certe hæreſis ſuſpitione non careret. Ideo inter cæteras leges ſuper his habemus Epiſtolam Leonis Papæ p. huius nominis ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem & plurimorum de abolendis nominibus de Diptychis hæreticorum. Dypticha erant duæ Tabulæ, quarum altera viuorum, altera mortuorum hærecticorum nomina continebant. Mund. 30.
2. Depingit, & ſcribit. }

Depingit quandoq, Imagines & ſcribit nomina ad dedecus, ignonimiam, infamiam & maledictionem ſicuti notatur de luthero qui de Monacho nigro in peſſimum hæreticum conuerſus eſt. Idcirco Chriſtophorus Longolius ad infamiam iſtius malæ beſtiæ lutheri in quadam tabula lupum nigrum depinxit cuculla monachali ſuper impoſita adiecto hoc eleganti tetraſticho.

Hereſiarcha, reus voti, fideiq; lutherus } E Monacho (quæ eſt hęc hominum mutatio?) nigro,
Pingitur hic atris hæreticiſq; notis. } Eſt niger effectus Dæmonis arte Lupus.

Sic etiam lucifer depingitur ſub Michaelis pedibus in forma horribili ſerpentis ad ſuum perpetuũ dedecus, Vt ſciamus per ſuperbam rebellionem ſupremam perdidiſſe gloriam.

Ratio vltima introducuntur Imagines ad Imitationem præcedentium diuorum, ſapientum, Ducum & optimorum. Hinc omnes ingenue orti præ oculis ſemper habent ſuos auos, Duces, & præſtantiſſimos & viribus totis quærunt factis & vita eos emulari. Sic Eccleſia Sancta vt Sancti immitentur à populis Imagines ſtatuas, Altaria, Templaq; ædificat vt ſint nobis imitationis exempla, & luciditſſima ſpecula. Idcirco Chriſtus Saluator Abagaro Regi ſuam ſpecioſiſſimam miſit Imaginem, moremq; in Eccleſiam introduxit. Teſte Euſebio Auctore non ignobili. Hæc quo ad primum de Introductione imaginum.

3.p.q.25. Bon. 3.d.9.q.2.3.4. 3.sen.D.3.

Secundum respicit modum adorationis. In hoc 2. puncto respondent omnes Doctores S. Thomas. S. Bo. Gabriel Biel, Tho. Vualdensis per optime & noster Doct. in 4. sen. Dist. 2. q. 4. ar. 2. nec nō in lib. 3. quodli. q. 13. Alexander de Ales. Gerson. 3. parte in tractatu pro deuotis. Paulus Corresius. 3. sen. Dist. 3. Et quia eadem est omnium conclusio idcirco dicam ea quæ tangit N. Doctor, quòd in Christi Imagine duo sunt pensanda.

Alterum pœnes materiam Imaginis, videlicet pœnes lutum, colorem, lignum, lapidem &c, argentum & aurum, & hoc modo nullo pacto est adorāda, nec veneranda. Ideo si quis sub hac relatione veneraretur Imaginem Idolatraret. Ideo sub hac conditione dictum fuit Exodi 20. Non facies tibi Imaginem, neq; sculptam similitudinem.

Alterum vero quod pensatur in Imagine est.

Representatio Coniunctio & Vnio. } Representatio imaginis ad prototypum, ad exemplar, ad Christum, & ad diuos. Coniunctio reliquiarum quæ vnita fuere ipsi imaginato, Vti corpora ossa pulueres. Vnio rerum quæ fuerunt in corpore, & in triumphis, sicuti vestes in Christo, Crux, lancea, clauj, harūdo, corona spinarum, & alia aliorum diuorū vt lapides Stephani, & Gladij Petri, & similiū.

Et sic concludit Doctor quòd sub hac relatione sunt adorandæ & veneran dæ. Confirmat multis pulcherimis exemplis, ex quibus selegi hæc quatuor in re naturali, artificiali, canonica & Theologica.

In re naturali. Dicit Doctor. Materia consideratur dupliciter.

Primomodo vt priuata sua forma & suo actu, & sic vituperatur & detestatur & sic maleficium corruptionis, machinaturq; compositorum destructionem.

Secundomodo consideratur in respectu ad formam, ad actum, & ad perfectionem & sic dignificatur & ꝯvocatur substantia & naturæ fundamentum. Sic Imagines quo ad materiam non honorantur. Quo ꝯverò ad formam sic sunt honore dignissimæ, & necessarissimæ.

Idem apparet in medicina, vt amara est abominabilis, Vt vero est sanatiua est amabilis, & honorabilis. Idem in canonicis sanctionibus de Conse. Dist. 3. cap. 1. Ecclesia non vt lignea, lapidea ac ferrea feriatur, sed vt ad diuina & sacra deputatur mysteria honoratur, cultuq; veneratur.

Idem in excomunic. Nam sicuti per multa iura ꝯvitandus est vt excommunicatus est. Tamen vt dicitur esse Dominus & Pater, propter debitam reuerentiam quàm debent serui Domino, Vxor cum marito, & filij cum patre, possunt simul cohabitare, vt habetur in cau. 12. q. 3. Quoniam multos.

Apparet in Prælato, & inimico. Prælatus vt peccator, & inimicus vt offensor non sunt honorandi tamen, vt Prælatus, & ꝯvt homo sunt honorandi dicente Domino. Quæcunq; dixerint vobis facite, secundum opera eorum nolite facere. Idem de aqua pura, & de aqua in Baptismo veneratur non vt, aqua, sed vt aqua sanctificata.

Quod. 10. q. 9. D. Henricus. Quidam Hæbreus comedit carnem alicuius sancti, in hæbreo non veneratur, tamen in Resurrectione sunt venerandæ. Idem apparet de carne Virginis vt nata à peccatoribus non veneratur, vt ꝯverò prædestinata ad Christi incarnationem, & ꝯvt sanctificata veneratur. Et sic concludit doctor quòd Imagines materialiter sumptę certe non venerantur, formaliter verò, & vt ad prototypum referuntur honore sunt decorandæ.

Et cum hæc sint clarissima quæritur qua adoratione sint adorandæ Imagines? Per responsione dico quòd

Imago quæ dru plex.

Imagines sunt quatuor gradaum, & conditionum.

Prima est similitudinis 2. Instrumentalis 3. Naturalis, 4. Spiritualis. } Similitudinis est Pictura. Instrumentalis est Crux, Naturalis est Virgo Maria, Spiritualis est anima. } Imago similitudinis vt representat prototypum adoratur eadem adoratione qua prototypum adoratur. Ideo si representat Christū adoratur adoratione latria, si representat Beatissimam Virginem adoratur adoratione hyperdulia, si representat sanctos adoratur, seruitute dulia.

Damas.

Hoc asserit Diuus Damascenus inducens S. Basilium loquentem de Christi Imagine, ꝯvbi inquit. Imaginis honor ad prototypum peruenit ideſt ad exemplar, sed exemplar est Christus, Christus est Deus, ergo latria. Apparet in Abraham qui adorauit tres viros vno honore, quia in illis vidit Trinitatem.

Ideo Phi. in lib. de memoria & remi. dicit quòd motus animæ in imaginem dupliciter est, Alter est, vt res quædam est, alter ꝯvt sit alterius Imago ideſt Cæsaris, & Pontificis, & sic dicimus hunc cæsarem, & Platonē.

Imago Instrumentalis quòd est crux quinq; modis sumitur.

Primo. Vt lignum. 2. vt crux Christi, 3. vt perfusa sanguine Christi. } Quarto vt representans Christum extensum in cruce, Quinto vt representans Christum triumphantem. Primomodo non adoratur, quia solum creatura, alijs vero modis

Thom. 3. p. q. 26. ar. 4.

adoratur latria.

Ratio est in promptu quocunq; modo sumatur semper representat mihi Christum, Christus quocunq, modo representatus est Deus, sed Deo competit latriæ seruitus, ergo crux vt representatiua, latria venerabitur. Ideo Canit. Ecclesia ò Crux aue spes ꝯvnica hoc pani. t. auge, pijs iusti. reisq; dona veniam, ergo latria à veneranda est.

Quo ad Imaginem scilicet quo ad Virginem matrem Christi, Non debet venerari latria cum sit creatura, nec creatoris celsitudinem ascendere valet. Tamen quia super omnes creaturas ascendit ad gradum maternitatis quòd sit facta mater Dei, Idcirco altiori seruitute adorari & venerari debet. Hæc quo ad præsens negotium. Videamus modo dubia contra determinata.

OBIECTA CONTRA, Determinata.

Quòd Crux Christi non latria, & quòd Mater Christi latria & sancti, latria venerari debent. Ideo remitto ad aliam lectionem.

LECTIO TRIGESIMASEPTIMA

Inqua quæritur Quomodo ista adorari possint. Videlicet.

Crux Christi, Eucharistia, Mater Christi & Sancti.	Sanguis & præputiū, Damascenus, S. Thomas, Bonauentura.	Inqua Respondent isti Doctores præstantissimi scilicet. Gerson, Gabriel Biel, Brulefer,	Et Olkot. Vbi apparet quædam controuersia sed dicitur esse potius in verbis quàm in Re. Nam.

Damasc. lib. de sancto. Imagini S. Thom.

Damascenus dicit. Non crucem adoramus sed typum, ideſt Christum figuratum per crucem. S. Thomas obseruat quòd Crux sumitur quadrifariam.

Primomodo vt est figura quadra ex Ligno, ære argento, vel auro,
Secundomodo vt est sanguine Christi sparsa
3. vt tacta à carnibus Christi.
4. modo vt repræsentat Christum.
Et concludit quòd omnibus modis repræsentat Christum: Nam vt quadra repræsentat Christum extensum, vt sanguine tincta & tacta repræsentat Christum passum, & crucifixum, & Christus passus & crucifixus est Deus, ergo si Deus latria adoratur & Crux hoc modo adorabitur. } Si sumatur & consideratur à Diuo Bona. aliomodo est respondendum. Nam S. Bona. dicit quòd Crux tripliciter sumitur.

Bona.

Primomodo vt est figura quadrangularis,
Secundomodo Vt lignum in quo Christus pependit,
Tertiomodo Vt Typus Christi.
Primomodo vt dicitur esse figura quadrangularis & est instrumentum nostræ salutis & sic veneratur veneratione dulia, vti apparet in exaltatione, & inuentione quæ solennizantur ad aliorum Sanctorum modum & vsum.
Secundomodo Vt in ea pependit Christus & honoratur hyperdulia, vt instrumentum excellentissimum & causa instrumentalis nostræ salutis.

Tertiomodo vt significat ipsum Christum passum, & triumphantem, & sic adoratur latria vti Christus, quæ dicitur esse famulatus cum subiectione.

Gerson.

Gerson autem dicit super Cantico Virginis Tracta. 8. quòd in cruce sunt duo.

Tractat. 8. super Mag.

Lignum & Signum. } Vt lignum nullam habet diuinitatem, ergo nec causam Redemptionis & sic non adoratur. Vt autem est signum fidei nostræ, quod signum ostendit signatum ꝯvt nomen pro nominato, & Imago pro Imaginato, sic dicitur adorari latria. Gabriel autem Biel lectione quinquagesima Canonum de mente sancti Anselmi, tenet quòd crux: clauj, lancea, & corona vt sunt instrumenta potentissima & fortissima diuinæ sapientiæ ad hominis restaurationem vti coniunguntur membris Christi, eadem adoratione latria qua Christus venerari debet, sed non latria propriè dicta, sed analogice dicta, quia hæc instrumenta recognoscuntur tanquàm res quædam habentes habitudinem ad Christum, & dicitur esse hyperdulia.

Galvi. Bi.

Stephanus autem Bruleser lib. 3. Di. 9. nullomodo concedere vult quòd, Crux Christi adoretur latria. Nā dicit ipse. Siue Crux consideretur vt res quædam est lignea, siue vt tetigit carnem Christi, siue quatenus mysterium Redemptionis in ea exercuit, Siue vt representat Christum passum non debet adorari latria. Ratio quia semper omnibus his modis dicitur esse creatura, & creaturæ non debetur latria.

Olkot astipulatur huic opinioni quòd nullomodo adoranda est latria. Quia soli Deo ascribitur talis honor, sed crux non est Deus, nec potest esse Deus, ergo non adoranda latria.

Vltima opinio mea est ad Doctoris mentem & cum Diuis Thoma & Bona. Dico quòd vt Instrumentum salutis nostræ efficacissimum adoratur hyperdulia.

Vt autem signū rememoratiuū, & representatiuū Christi sic latria adoratur. Hæc quo ad primūde cruce.

Quo ad illud de sanguine præputio scire oportet quòd sanguis Christi est duplex.

Ioa. Bacho. 3. sen. dist. 21. q. 1

Miraculosus & Naturalis. } Fit quæstio specialis à Doctore Nostro in hoc 3. sen. Dist. 21. q. 1. super sedebo & responsionem habebitis quòd in Christo sanguis fuerit subtriplici respectu, sic dicam de præputio. Idcirco accedo ad id quod spectat, & intuetur Eucharistiæ adorationem inqua difficultate idem respondemus quòd species accidentales vt longitudo, latitudo, albedo, sapor & odor, non adorantur, quia sunt creaturæ accidentariæ, sed adoratur solum caro, anima & diuinitas.

D. Scotus non adoratur continens, nec signans, sed contentum & signatum, & adoratur latria. Idem alij omnes asseuerant, & confirmant.

4. sen. Di. 11. q. 4.

Quo ad illud de matre & de Diuis an latria debeant venerari? Respon. absolute quòd Virgini nec Diuis non conuenit latria, sed matri Hyperdulia, & Diuis Dulia, Non conuenit latria Matri quia est simplex creatura & sancti simplices creaturæ, Conuenit tamen Matri hyperdulia cum excedat sanctos, & conuenit sanctis Dulia cum maximis splendeant virtutibus & meritis.

Confirmatur de Matre Maria. Adorans, & subiectus alicui subiectione & adoratione latriæ fatetur illum esse Deum, sed ꝯvirgo adorabat Christum adoratione, & seruitute latria, ergo fatebatur Christum Deum esse, ergo cognoscebat se Deum non esse, ergo latria non est veneranda.

Præterea latria ascribitur, ei inquo summa reperitur Maiestas, summa maiestas est in ente maiori & maximo sed solus Deus est maximum ens. Est maximum ens quia à se & in se. Maria non est summum ens quia ab alio, ergo non dicitur esse adoranda latria.

Sic dicimus de Diuis, Nam latria debetur solum creatori Maximo & omnium causæ principioq; sed mē bra sunt creaturæ, sunt finitæ, & causatę, ergo non debetur latria sed Dulia. Addo corollarium ad omniū dilucidationem quòd Imago in pariete dupliciter considerari potest.

Primomodo vt Imago dicitur esse quædam res constans ex talibus lineis & coloribus, & tantæ magnitudinis nulla habita relatione ad Aloysium fratrem meum, vel ad Sanctum Albertum carmelitam, & talis consideratio non est imaginis vt Imago, sed vt est qualitatis, & ad hanc considerationem nulla sequitur lętitia, nec honor nec adoratio, & dicitur esse solum in phantasia.

Secondomodo consideratur vt dicitur esse Imago Pompeij, Aloysij, & Sancti Alberti, & sic aggenerat lætitiam, & hoc modo dicitur esse in memoria, & sic anima conuertitur emoria ad rem imaginatam, conuertitur ad animam. Imperatoris, ad statum Aloysij, & ad fœli citatem S. Alberti.

OBIECTA CONTRA,

Prædicta quod latria debeatur Virgini Beatissimæ Diuis, et aduersario Sathanæ.

Arg. Primum Idem honor debetur, Regi & Matri, ergo si Christus Rex, latria adoratur & Mater Beatissima adorabitur. Probo antecedens legitur Regum lib. 2. cap. 2. Quòd Thronus positus est matri Regis Salomonis ad dexteram eius, Vnde eodem honore quo Salomon adorabatur & Bersabea mater eius, ergo si Thom. arg. 5. Salomon est Christi typus, & Barsabea Virginis eadem veneratione cum Christo adorabitur.

Arg. 2. Præterea Damascenus inquit. Honor matris refertur ad filium, sed honor filij est latria ergo, & matris erit latria.

Arg. 3. Sicut Crux adoratur latria sic mater adorabitur. Nam magis vnitur mater Christo quàm crux, & Maria est mater omnium hominum quia Dei mater, ergo si Deus quia omnium pater dicitur latria adorari, & mater adorabitur latria, ergo.

Arg. 4. Quod etiam membra Christi vt sancti latria sint venerandi, patet, Eadem adoratione adoratur caput Regis, & manus & pedes, sed nos sumus corpus Christi mysticum, & Christus est caput, ergo si caput latria & Sancti vt corpus.

Arg. 5. Concluſum fuit quòd honor latriæ debetur Imagini Christi quia refertur ad prototypum, ad exẽplar, sed nos Imago Dei per gratiam, creationem & sancti per gloriam, ergo eadem adoratione sunt venerandi, quia nos referimus Deum.

Arg. 6. de lucifero quòd possit sine peccato à dorari latria. Patet. Opus sequitur intentionẽ & credulitatẽ ergo si aliquis adorat Dæmonium credens Christum adorare, non peccat, sed meretur quia intentio sua est in Deum & Christum conuersa & directa.

2. Cori. 2. Patet exemplo. Qui emit cuprum intendens emere aurum non damnificatur sed vendens, Cum, ergo Sathan transfiguret se in Angelum lucis potest decipere, ergo si adoratur non peccat adorans. Nam ignorantia facti adhibita diligentia excusat. Hic apparet lux diuina, omne diuinum adorandum, ergo.

RESPONSIONES,

Argumentorum.

Ad primũ positus est Thronus ad dexterã, ergo idem honor & æqualis negatur. Nam licet aderat tamen sceptrũ non tenebat. Secunda Responsio, & soluit difficultates maximas, sciendum oportet quòd honor duplici de causa debetur alicui.

Prima dicitur esse sanctitas } Sãctitas causa dicitur. Ideo hoc modo, Abraam, loth
2. Iurisdictio, potestas, & Imperium } Angeli, Beati adorantur Gene. 18. Gen. 19. Iuris. Sic Bersabea & Salomon Dauid adorantur. 3. Reg. 1. sic Pontifices, Imperatores & Reges adorãtur Dulia Deus verò in sanctis, & in suo Vicario latriæ adoratur.

Ad 2. Honor matris refertur ad filium. Respon. Referri stat dupliciter.

Vel vt finis } Refertur ad filium vt finis, quia Christus est causa finalis, propterquam Ipsa
Vel vt subiectum, } adoratur excellentissima veneratione hyperduliæ. Non tamen refertur vt ad subiectum. Hoc est quòd illo eodem honore quo veneratur Mater & ipse Christus, quia tunc Deus non esset, sed falsum, ergo.

Ad 3. quando dicitur quòd crux adoratur latria, ergo Virgo Maria cum sit proximior Christo quam lignum crucis. Respon. Quod crux dupliciter sumitur.

Vel vt res quædam, } Primo modo vt res non adoratur latria,
Vel vt signum rememoratiuum. } Secundo modo vt significat rememoratiuum & sic adoratur.

Præterea quando dicitur de Virgine quòd est proximior Christo, ergo Respon. esse proximum stat dup.

Alteromodo quo ad vitam humanam, } Quo ad vitam humanam certum est quòd ex proximior
Alteromodo quo ad vitam salutarem. } & propinquior, quia habent eandem carnem. Quo vero ad vitam salutarem non dicitur esse proximior, sed ipsa crux. Nam Virgo non fuit instrumentũ Redẽptionis, sed Crux ipsa. Idem asserit Ansel. in lib. 4. loquens de cruce & de lancea, clauis, corona, & indumentis, di
Lib. 4. cit quòd omnia sunt veneranda: At subiungit. Non representant ista sic Christũ vti Crux. Ideo apud Matheum 24. cap. habetur quòd Crux est signum filij hominis, & quòd in cœlo apparebit crux non autem alia instrumenta. Hinc mulieribus dictum fuit, Iesum quæritis crucifixum: Non dicit lanceatum: Non coronatum sed crucifixum, quia fuit instrumentum accommodatum nostræ Redemptioni.

Ad illud. Adoratur simul caput & corpus Respon. verum est quando caput & corpus eiusdem sint naturæ: ordinis & rationis, non autem quando sint diuersæ naturæ vti in proposito. Ideo licet adoretur corpus naturale Christi non tamen adoratur mysticum, quoniam naturale vnitur assumptione vero mysticum, gratia & fide.

Præterea Christus est caput magis secundum diuinam naturam quàm humanam, ergo non eadem adoratione. Vltimò est caput vt persona sed persona est diuina, ergo adoratur latria & non mysticum.

Ad illud de Imagine humana. Adoratur Imago in pictura, ergo à fortiori homo. Respon. quòd non valet & ratio est clarissima. Nam ideo adoratur Imago picta quia totaliter refertur in Deũ, & nullus per se ei ascribitur honor cum sit irrationalis & insensilis. Ideo est solum signum signati, & ad prototypum refertur. Nó sic autem in imagine humana. Nam cum sit creatura rationalis non totaliter refertur ad Deum, sed est quid per se distinctum & honoris capax, sequitur, quòd meretur, honorem, ergo ne detur honor creatoris creaturæ non admittitur ista latria. sequerentur etiam duo pericula.

Primum esset Idolatriæ } Idolatriæ adorando creaturam } Vt euitentur errores nó
Secundum esset superbiæ. } Superbiæ, quia nimis se extolleret creatura. } adoratur.

Ad

Ad illud de lucifero. Respon. quòd ignorantia facti excusat quando adhibetur debita diligentia, sed non quando non est adhibita diligentia. Diligentia ad certionem nostram habendam est tripliciter.

Scriptura, } Scriptura docens nõ esse omni spiritui credendum sed probantur an ex Deo sint. Qui ci- 1. Ioa. 4. Eccl
Oratio. } to credit leuis est corde, d. Salomon. 19.
Suspensio. } Oratio interna Deum supplicando vt vos illuminet, Oratio humi. pe. cœlum.

Suspensio. Nam in visionibus & apparitionibus magis formidare debemus quàm desiderare. Ideo legitur de Rege Francorum Ludo. 12. respondisse cuidam militi qui volebat illi Christum in carne in hostia ostenre, dixisse magis credere quàm videre volo, quoniam videndo meritum amitto, & credendo acquiro. Dicitur, ergo quòd maximum esset scelus adorare, nisi addatur diligentia, & per illam dyabolus manifestabitur. Ideo legitur de quodam Eremita quòd oculos clausit dum Dyabolus dicebat se esse Christum. Nam inquiebat. Volo magis credere Christum quàm videre. Dyabolus vero propter humilitatem recessit. Ad exemp. de emente cuprum vice auri, dicitur quòd emens dupliciter pensatur. *Exemp. De eremita qui clausit oculos cum diabolus dicebat esse Christum.*

Vel quo ad mentem suam } Si quo ad mentem voluit emere aurum & emit cuprum non habet ius re-
Vel quo ad pactum. } petendi, & damnum ex sua culpa.

Si vero consideretur quo ad pactum inter ipsum & mercatorem, dico, quòd quia culpa & circumuentio fuit ex parte mercatoris, habet ius repetendi. Ratio non erat totalis ratio in se sed in mercatore. Modo redeo ad propositum. Ratio non adorandi Demo. est in nobis ergo si sequitur adoratio peccamus.

O in matrimonio Ignorantia facti excusatur, putabat mulier accipere Franciscum & accepit Aloysium fratem meum; Respon. excusat si facta fuerit omnis diligentia vt illud Iacob cũ Lya, si aũt nõ fuerit facta diligentia nõ excusatur. Secundo Nõ est simile. Ratio. Quia resolutio nõ est solum in muliere, sed in viro, & quia malitiã aliorũ nõ potest detegere idcirco excusatur, nõ sic in negocio præsenti quia tota ratio in nobis ergo.

Addo corolarium quod potest sumi ex dictis omnibus, licet non sit de primaria quæstione. An præter Papæ informationem possit aliquod corpus alicuius sancti venerari, & adorari In pluribus Ecclesijs? Nam non reperitur hic corpus S. Angeli: An possimus illud hic venerari? Respon. quòd non quia esset fictio, cum non possit adorari id quod non est. Ideo S. Augustin. in lib. de vera, Religione dicit. Quod enim quædam sunt vera. Quedã falsa quedã dubia. Vera tenẽda sunt, falsa respuẽda. Dubia absq; peccato credi possunt igitur si Ecclesia Romana quæ vnquã vllis hæresibus subcubuit vt dicit. 24. q. 1. decreuerit tale corpus in tali Ecclesia venerari debere, esset temerarium alibi velle adorari, & esset peccatum. Hinc cum in primitiua Ecclesia nõn potuisset honorifice sanctorũ corpora sepelire ob Tyrãnorũ rabiem, nõ poterant honorari, cum autem nũc depressis Tyrãis determinauerit loca sanctorum, nos possumus secure venerari sed in loco solum vbi sunt corpora. Et si quis dixerit, vbi sanctorum beneficia recipiũtur & corpora debẽt venerari. S. Pet. in Catania curauit mamillas S. Agathæ, ergo sicut Rome sit & ibi debet venerari. D. S. Aug. de S. Stephano q infinita miracula fecit ciuitate Calamonsi &. Hyponẽsi, ergo sicuti Deus vbiq;. Respon. q non valet quia Deus vere est per effectum non autem corpus.

LECTIO TRIGESIMAOCTAVA

Super dist. 10. octaua Mag. sent. nec non Bachonis in qua quæritur à Magistro. An conditio personæ conueniat Christo vt dicitur esse homo?

Secundo, quærit an Christus sit filius adoptionis? Quo ad primum satis superq; in antecedentibus explicauimus, quòd non sit persona vt dicit naturam humanam, sed solum vt est Dei filius, ne in vna persona duo suppositа dentur.

Idcirco dimissa parte prima accedo ad secũdã inqua verba facit de filiatione adoptionis. Et vt facilior sit res ipsa dicam.

Continuationem. } Quo ad primum, Cur magister agat de adoptione? Respondetur quia
Quid adoptio } vult expellere omnem difficultatem. Nam maxima oriri posset difficul- *Adoptare. Est idem quod ascire.*
Aquibus fieri possit } tas penes Christum. Cum Christus vt homo sit filius Dei per gratiam,
Conclusionem probabo, & } & filiatio per gratiam est adoptio quædam, ergo potuisset esse filius ado-
Soluam difficultates. } ptiuus, ergo erit extraneus patri, ergo non eiusdem naturæ, ergo aut erit maior, aut minor. Maior non tum ratione filiationis, cum filius non potest esse maior patre: tum ratione naturæ qua nil maius, ergo erit minor, ergo non Deus, ergo non debet adorari latria. Vt ergo tollat hanc difficultatem agit de ipso Christo An sit adoptiuus sicuti est homo & filius per gratiam.

Quo ad secundum quid sit adoptio? De hac re loquuntur omnes fere Theologi & legistæ ex quibus selegi hos præcipuos videlicet.

Azonem, } Azo Iurisconsultorum Doctissimus ex lib. 8. Codicis. A. eo. L. adoptio inquit, Ado-
Richardum, } ptio est legitimus actus per quem qui filius non est pro filio habetur. *Adoptio quid vidi.*
Thomam, & } Richardus. 4. sen. Distin. 42. q. 1. ar. 2. Inquit. Adoptio dicitur esse voluntarius motus
Ioan. Bachonum } quo quis de non filio fit filius non naturalis. Hæc nullo modo potest esse similis naturali quia inquit Phi. sicuti ars est debilior natura, vnde potest certe imitari sed nunquàm attingere licet multum elaboret, sic adoptio imitatur naturam: Tamen nunquam erit filius naturalis. *4. meteorum,*

S. Thom. eadem Dist. & lib. 4. Idem asserit. Adoptio inquit est admissio alicuius ex gratia ad participandum hæreditatem.

Ioannes noster Bacho. eadem Dist. & lib. recitans Hostiensem inter Canonistas præcipuum d. Adoptio est legalis actio ad solatium eorum inuenta principaliter qui liberos non habent. Quam definitionem explicare intendo. Dicit in hac diffinitione. Adoptionis quatuor.

Primum

Primum quod est actus 2. legalis. 3. ad solatium. 4. eorum qui non habent filios. } Primum dicit quòd est actus, quia adoptio debet esse eorum qui possunt agere. Ideo d. Doctor de mente Hostiensis quòd solum ille qui est maior natu potest adoptare minorem natu, sed non e contra, minor nō potest adoptare maiorem. Sic qui non est sui Iuris, Qui non potest generare naturaliter, Qui est frigidus, Mulier etiam non potest adoptare sed solus mas, Nisi concedatur illi ad filiorum in prælio ad Ecclesiæ tuitionem pacisue, Regni defensionem debebat admissorum. Sic nec spado, aut castratus, sic nec minor sexaginta annis, quia antea vacare debebat generationi si vult filios habere.

Secundum d. quòd est actus legalis quia adoptio debet fieri coram Principe & Magistratu in quo sit Imperium Auctoritas, & Iurisdictio mera & mixta. Ideo si fiat in domo priuata per se, vel corā vicinis non est vera adoptio, nec generat impedimentum in Matrimonio quia est sine solemnitate. Nam quando fit cum solēnitate impedit matrimonium secundum Iura Canonica, A. de Adoptione L. 2. & de Cogna. legitima. legalis cognatio impedit, ergo.

Tertium Dicit in solatium filiorum. Nam inquit Doctor. Legum conditores & alij soliciti fuerunt ne quis sine hærede secederet, ne mors illos nimis affligeret. Hinc duo bona oriebantur ex adoptione.

Caius Iurisconsultus in Pandectis vlt. libr. de adoptione & Emancipatione

Alterum pœnes adoptantem, Alterum pœnes adoptatum. } Pœnes adoptantem, quòd filius adoptiuus erat illi in solatium & obsequium, & rustorum filiorum loco succedebat, in aliamquæ transibat familiam. Pœnes adoptatum quòd susciepiebat institutionem in vita cū alimentis, & in morte si ab intestato pater recedebat succedebat parti defuncti.

Quartum Dicit liberorum, quoniam non solum masculi, sed fœminæ, neptes, & affines possunt adoptari. Et adoptio fiebat dupliciter. Primo per Prætorem & dicebatur adoptio, secundo per populum, & rogante Tribuno. Hinc ponunt discrimen inter.

Secundum fiebat. primo per prætorem & dicebatur adoptio. 2. per populum rogante tribuno.

Arrogationem & Adoptionem. } Nam arrogatio non fit nisi consensu principis, & arrogati ideſt quòd sit verbum expressum ex parte arrogantis & arrogati. Ideo infans arrogati non potest quia non habet cognitionem quòd filius sit illi subiectus. Arrogator debet esse maior annis 64. Quod hoc faciat affectione sanctissima & debet relinquere sua bona, & si mancipauerit eum ex causa non legitima debet relinquere ei quartam partem suorum bonorum. Vti insitores arborum. Ascisunt, & inserunt ramum ramo, ramumq; plantæ. Adoptatus vero non transit in Iurisdictionem adoptantis, secundo non habet hgiptimam in bonis adoptantis nisi ab intestatu recedat. Exijs modo accedo ad quæsitum Magistri in quo quærit, An Christus sit filius adoptiuus Dei? Respon. absolute quòd non & probat.

Illud, dicit Magister non est filius adoptiuus nec Dei nec hominis quod est filius Dei & filius hominis naturaliter, sed Christus est filius Dei naturaliter propter diuinam substantiam, & hominis propter humanam substantiam, ergo non erit adoptiuus.

Maiorem & minorem probat Magister Auctoritate Augustini in lib. de fide ad Petrum dicens. Ille Deus factus est naturaliter hominis filius, qui est naturaliter filius vnigenitus Dei patris.

Idem asserit Diuus Hyeron. super Epistо. ad Ephesios. De Christo Iesu scriptum est, quia semper cum patre fuit, & nunquàm eum (vt esset voluntas paterna) præcessit, & ille quidem natura filius est, nos vero adoptione.

Idem S. Hylarius contra Arrium & sabelliū lib. 3. de Trini. Nō solū est filius Dei nomine sed proprietate.

Idem S. Ambrosius in lib. 1. de Trini. Christus est filius non per adoptionem sed per naturam.

Idem Ambro. asserit in lib. de Incar. dicit quòd non adoptione sed natura dicitur filius.

Rationes sunt multæ astruentes hoc. Illud quod adoptatur in filium non est filius, sed Christus est filius, ergo nō adoptatur. Præterea, Adoptio dicitur esse quædam similitudo & participatio filiationis naturalis, sed Christus dicitur esse filius Dei non per similitudinem, nec per participationem aut gratiam sed per naturam, ergo non erit filius adoptiuus.

Præterea si filius esset adoptiuus sequeretur quod spirans esset spiratus, sed hoc est falsum, ergo, probo. Certum est quòd Adoptio appropriate ascribitur spiritui sancto, vt d. Paulus Roma. 8. Accepistis filium adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater, ergo verbum spirans esset spirator,

Præterea. Hoc patet ex maximo discrimine inter filium adoptiuum & naturalem. Nam adoptiuus fit de non filio filius. Naturalis verò non fit sed generatur. Dicente Ioanne Dedit eis potestatem filios Dei fieri hi, qui credunt in nomine eius, ergo cum Christus vt filius Dei sit naturaliter genitus sequitur quòd non possit esse adoptiuus. De hoc Euangelio. Filius meus, est tu. Ego hodie genuite.

Ioa. 1.

Præterea patet ex fine. Nam certum est quòd in adoptione quis fit dominus ad participationem bonorū adoptantis, sed Christus est princeps & Dominus omnium bonorum ex se, ergo non est adoptiuus. Hæc quo ad probationem.

OBIECTA CONTRA, Determinationem Quod Christus sit filius adoptiuus.

Tho. 3. p. q. 23. Arg. 1. Hæc conclusio repugnat Diuo Hilario, ergo falsa. Patet. Nam dicit Hylarius Potestatis dignitas non amittitur dum carnis humanitas adoptatur & loquitur de Christo, ergo si Christus est filius, sequitur q filius adoptatur.

Bon. 3. sc. d. 20. q. 1. Arg. 2. Vbi datur idem spiritus, eadem gratia, & causa ibi, datur idem effectus. Sed in Christo datur. Idem spiritus sanctus & gratia qua nos sumus filij adoptiui d. Paulo. Non accepistis iterum spiritum seruitutis in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, ergo sicuti nos per illum sumus adoptiui, & ipse erit.

Arg. 3. Præterea Christus dicitur esse seruus hominum, nam formam serui accepit, ergo magis dicetur filius adoptiuus Dei, Patet quia dignius est nomen adoptiuum quàm seruile.

Arg. 4. Præterea. Si Christus non est filius Dei adoptiuus vt homo, ergo est minoris dignitatis quàm sint homines reliqui, qui sunt filij adoptiui. Probatur. Nam Christus, aut est filius Dei vt homo.

Naturaliter Aut adoptiue. } Sed non est naturaliter, quia non est eiusdem naturæ, ergo erit adoptiue, ergo vere dicitur adoptiuus.

Arg. 5. Præ-

Arg. 5. Præterea. Certum est quòd ratio filiationis adoptiuæ pendet ex gratia. Hinc etiam Angeli ratione gratiæ dicuntur filij adoptiui attestante Iob. Cum me laudarent astra matutina, & iubilarēt omnes filij Dei ergo vbi gratia ibi filiatio adoptiua, ergo vbi maior gratia, & maior filiatio adoptiua, cum igitur in Christo sint omnes gradus gratiæ, erit & per consequens omnis adoptionis gradus, ergo Christus erit adoptius filius. *Iob. 38.*

Arg. 6. Hæreditas datur filijs, Christus est hæres regni cœlestis & nos sumus propter illum, ergo filius ergo vel naturalis, vel adoptiuus, sed non est naturalis quia est summa fœlicitas, ergo erit adoptiuus.

RESPONSIONES,

Ad primum caro humana in Christo adoptatur. Respon. Sanctus Thomas quòd adoptio est duplex,

Propria & Impropria } Propria est assumptio personæ extraneæ in filium, & hoc modo non fit à verbo. Impropria, quando vnitur alicui id quod poterat esse persona & hoc modo cum Caro & anima humana vnitur personæ verbi per gratiam quoquomodo vocatur adoptio.

S. Bona. d. Quòd vocatur adoptio non ratione sui, sed ratione effectus, quia ex illa fiebat adoptio nostra.

Ad 2. quando dicitur datur idem spiritus & causa, ergo Respon. peccat per insufficientem enumerationē Nam non datur personę assumptio, sed naturæ tantum.

Ad 3. dignior est gradus filiationis adoptiuæ quàm seruitutis. Respon. negatur in Christo. Nam valet de seruitute coacta non libera Christus est seruus liber. seruiuit quia voluit, quia voluntarie obtulit semetipsum, ergo. Seruitus, ergo duplex Culpæ & Virtutis, prima indignior est filiatione; secunda dignior. Ideo poterius videre hoc in sermone quem soror mea Virginia egit dum monialem habitum sumeret qui est impressus Veronæ.

Ad 4. ergo est minor Christus in dignitate cæteris hominibus qui sunt filij adoptiui. Respon. quòd non valet & ratio est apertissima quoniam valeret argumentum quoties non esset in Christo quid maius filiatione adoptiua, sed est ibi quid maius, quoniam est vnio humanitatis ad summam celsitudinem.

2. Dico q adoptio sumitur dupliciter vel quo ad finē & sic dicit perfectionem. Vel quo ad rationem & sic dicit maximam imperfectionem quia arguit indigentiam & opprobrium, Indigentiam ratione gratiæ & opprobrium ratione culpæ. Cum igitur in Christo nulla fuit culpa vt homo, sic nec adoptio.

Ad 5. Angeli sunt filij adoptiui, ergo & Christus. Respon. sunt filij triplici de causa.

Ratione creationis, Gratiæ & Extraneitatis. } Creationis quia adeo producti sunt. Gratiæ quia dona impertitus est Deus, & Extraneitatis, quia diuersæ naturæ. } In Christo autem licet sit Gratiæ collatio, & creatio animæ tamen quo ad filiationem naturalem est eadem. Et sic non currit ratio.

Eadem ratione dicimus ad vltimum, Est hæres, ergo filius adoptiuus negatur. Nam filius Regis amplissimi Filippi est hæres Regni, ergo est filius adoptiuus? Non valet consequentia, Quoniam hæreditas præcipuorum ducit à filiatione naturali. Igitur.

LECTIO TRIGESIMANONA, Super Distinctione eadem qua in ordine est decima, in qua quærit Doctor.. An esse differat ab essentia? In qua quæstione quatuor faciam.

Primum erit circa assignationem continuationis
2. Adducam opiniones Doctorum,
3. Assignabo Carmelitæ Placitum
4. Soluam difficultates aliorum. } Quantum ad continuationem. Quæri potest cur magister Bachonus agit in præsenti Distinctione de esse & dessentia? Quomodo respondet Mag. sen. quoniā egit quomodo Christus nō sit filius adoptiuus & quòd in Christo non reperitur, nisi persona diuina reiitientis opiniones falsas ponentes in Christo personam humanam? Respondetur quòd hoc optime factum est.

Nam quis dicere posset. Verbum assumpsit essentiam naturæ humanæ, ergo quia assumpsit animam & corpus, ergo assumpsit esse naturæ humanæ, sed esse dicitur esse existentia, & existentia est subsistentia, subsistentia est persona, ergo assumpsit personam, ergo erit filius adoptiuus.

Propterea vt omnis difficultas remoueatur scrupulusq; tollatur oportet examinare & enucleare quomodo sint idem, aut sint diuersa? Idcirco me conuerto ad secundum circa opiniones Doctorum præstantissimorum. Circa hanc quæstio. video multos Doctores, & inter illos adduco sex præclariores. Videlicet.

1. Henricum
Iacobum Viterbi,
Gabrielem Bielam
Stephanum Bruleferum
Sanctum Thomam &
Doctorem nostrum. } 2. Henricus tractat hoc negotium In primo. Quodli. q. 8. Iacobus Viterbi, in hoc loco. Biela, lib. 3. Distin. 6. q. 2. ar. 1. Bruleferus, lib. primo Dist. 8. q. 1. S. Tho. In li. de esse & essentia, & li. 2. Cont. Genti. ca. 54. Doctor N. in præsentiarum in ar. 5 6. & 7. } 3. Henrici placitum est, q essentia rei, & esse rei sunt idem omnino & solum differunt per comparationem ad causam primam à qua producuntur. Imaginatur iste Doctor quòd res dupli. comparatur. Vel vt respicit seipsam in prima Causa, vel vt respicit seipsam in effectu, si respicit seipsam in prima causa vt ideatum in Idea, exemplatum in exemplari, cognitumq; in cognoscente sic dicitur esse essentia, vt homo in diuino intellectu dicitur essentia hominis, si vero consideretur vt producta à prima causa in effectu sic dicitur esse.

Hanc opinionem reijtit Doctor quoniam sequeretur hoc maximū absurdum quòd res realiter fuissent ab

æterno,

æterno, patet Ab æterno diuinus Intellectus res intellexit quo ad essentias eorum, ergo si idem essentia q̃ esse, ergo æternæ, quia essentia æterna. Sed hoc falsum, ergo non sunt idem.

Iacobus Viterbiensis tenet & cum eo Scotus lib.3. Dist.6. quòd essentia & esse sunt idem realiter & solum differunt sicuti abstractum & concretum, sed quo ad principale sunt idem, vti albedo & album. Et ideo differunt ex natura rei quia verificantur de eis prædicata contradictoria, Vt si dixero. Essentia potest esse in potentia obiectiua, esse non potest esse in potentia obiectiua, ergo differunt ex natura rei. Scotus probat suam conclusionem.

Illa sunt idem realiter quorum alterum ab altero dicitur esse inseparabile, sed esse non potest separari ab essentia, ergo idem. Patet maior, minor probatur. Nam si esse seiungeretur ab essentia esset implicatio contradictionis quoniam essentia dicit esse, ergo idem.

Hæc opinio pariter reprobatur quoniam repugnat experientiæ. Nam licet materia non possit separari à forma saltem in esse formali tamen dicitur esse distincta realiter, sic licet passio non possit separari à subiecto tamen distinguuntur realiter.

S. Thomas tenet quòd essentia & esse distinguuntur realiter prout sumuntur in concreto, puta esse hominis & id quo est homo. Nam essentia non habet causam productiuam. Esse vero habet causam productiuam, ergo non sunt idem, ergo realiter differunt. Probo maiorem.

Materia & forma non producũtur in composito, sed solum compositum, ergo. Sed minor probatur quia generatio compositi dicit esse.

Idem asseritur per Aristo. 2. poste. Nam d. Phi. Quod quid est hominis & esse hominem non sunt idem, secundo quia quod quid est, est essentia, esse vero est productio.

Ideo Anicenna dicebat, Essentia nulli accidit, esse vero citra primam causam omnibus accidit, ergo sunt diuersæ realiter. Contra hanc opinionem arguit Doctor, quòd non possunt differre realiter. Nam inquit Doctor. Si esse differt ab essentia, necesse est dicere quòd esse.

Vel est accidens / Vel materia / Vel forma / Vel compositum. } Quod non sit accidens patet; quia sequeretur hoc absurdum quòd substantia substaret per accidens, sed hoc falsum, ergo. Quod non sit materia patet, quoniam materia non dat rei subsistentiam sed recipit, Quòd non sit forma patet, quia forma est pars essentiæ à qua causatur esse, ergo.

Quod deniq; non sit compositum perspicuum est, quoniam compositum nil aliud est quam essentia subsistens, ergo nullomodo datur ista differentia. Sed nullum istorum, ergo non differt.

Hinc vt rem lucidissime ostendere valeam ponã hanc conclusionem de mente Doctoris. Essentia & subsistere, vel esse subsistentiæ essentiæ differunt sicut actus & potentia. Secundo. Quia actus & potentia non variant essentiam. Nã idem est homo in actu & in potentia quo ad essentiam, addo quòd esse subsistere & ipsa essentia minus differunt quàm res diuersæ per essentiam. Hoc in 6,ar.

Vlterius dicit Doctor. Ita se habet esse ad essentiam sicuti se habent Vnum, verum, bonum, res, aliquid ad ens. Atqui ista nihil reale addunt super ipsum ens, ergo neq; esse addet aliquid ipsi essentiæ. Patet minor ex Phylo.4. Metaphy. tex. com.3. Non differt homo, & æque homo, & vnus homo.

Ideo pro ampliori doctrina addo quòd mens de vnaquaq; re siue substantialis, siue accidentalis, facit cõceptus vniuersalissimos & genericos decem in quibus apparet maxima rerum omnium, veritas.

Conceptus rerum omnium decem.

Primus dicitur esse essentia	Essentia arguit naturam rei	Vnde clarissimum apparet quòd ista non sunt diuersa secundum rem & si distinguuntur ista distinctio est solum in esse representatiuo & obiectiuo, & ideo concludimus quòd essentia & esse differunt solum sicuti actus & potentia. Hinc Doctor in arti.6. ad vberiorem doctrinam facit quadruplicem gradum differentiarum.
2. esse.	Esse actualitatem rei,	
3. Subsistentia.	Subsistentia terminationem rei,	
4. Vnitas,	Vnitas indiuisibilitatem rei in se,	
5. Res	Res, quidditatem rei,	
6. Aliquid	Aliquid, diuisibilitatem rei ab alia re,	
7. Veritas	Veritas, cõuenientiã & apportionẽ rei cũ intell.	
8. Bonitas.	Qui est omnia facere 3. de anima. 37. (luntate. Bonitas, deniq; dicit conueniẽtiã rei cũ ipsa vo-	
9. Magnitudo	Magnitudo d. quantitatem & virtutem,	
10. Mensura.	Mensura tempus.	

Primus respicit res	Differentia rerum est pœnes actus diuersos, & differentias, Hoc modo differũt
2. Intentiones	materia & forma, absoluta & respectiua, & species ab inuicẽ, Differentia intentionum respicit obiecta qua sunt in vnica re, quæ realiter non differunt, cum sit
3. Intellectus	vnica res, tamen in esse obiectiuo & repræsentatiuo differunt.
4. Realitatem.	

Differentia Intellectus est illa quæ oritur à solo intellectu & nullomodo est in re. Vt dextera & sinistra incolumna nam dextera dicitur esse solum in animalibus columnę solum per ipsum animal quod accidit, & recedit, Differentia vero non rerum sed realis dicitur esse actus totalis rei, & potentia totalis rei ideſt dicitur esse differentia esse, & essentiæ, esse dicit actum. Essentia dicit potentiam, sicut esse subsistentiæ sortis & posse esse. Ista differentia dicitur esse differentia non secundum diuersas essentias: Nec secundum diuersos modos. Nec secundum diuersas intentiones, sed solum secundum diuersos gradus. Quia id quod erat in potentia, modo est in actu.

OBIECTA CONTRA, prædicta quòd differant specie.

Ser. v.

Arg.1. Illa differunt specie quæ differunt forma, sed essentia & esse differunt forma, ergo & specie. Maior est clarissima in homine & bruto differunt specie, quia forma differunt. Probatur minor.

Perfectio rei arguit formam, ergo vbi maior perfectio ibi forma est alicui & præstantior. At cum actus essendi rei sit perfectior quã actus potentialis, ergo & forma sua, ergo differentia formali, ergo spetie.

Arg.2. Omnis

Arg.2. Omnis gradus essendi addit aliquid rei cui inest. Sed illud quod addit aliquid super aliud est diuersum ab illo, ergo si esse est gradus essentiæ, ergo addit aliquid essentiæ, ergo aliud ab essentia.

Arg.3. Impossibile est quòd idem sint secundum rationem formalem affirmatio & negatio, ergo est impossibile quòd essentia sit idem cum esse quia sunt affirmatio & negatio. Ans est Clariss. quia sunt contradictoria affirmatio & negatio. Probatur consequens. Nam dicimus. Hoc assumitur scilicet essentia & illud nõ assumitur scilicet esse, ergo alterum non erit alterum, ergo.

Arg.4. A simili. Sicut dicimus quòd forma non est materia sic argumentatur. Materia manet, forma non manet, ergo materia non est forma. Sic in proposito. Essentia assumitur à verbo & non esse, ergo non sunt idem.

Arg.5. Causa semper est perfectior causato, & causa est differens à causato, sed essentia est causa esse subsistentiæ, ergo erit perfectior, ergo differens. Minor patet, Maior dicitur esse Phi. & com.2. Phy. com.4. Vbi d. Auerrois quòd forma dignior est composito, quia magis est substantia composito, causa causato dignior est, ergo realiter differunt.

Arg.6. substantia & actionis prædicamentum maxime differunt, ergo esse & essentia, Patet Antecedens. Nam rationes prædicamentorum sunt impermixtæ. Probo consequens. Nam certum est quòd essentia rei quæ est materia, & forma sunt in prædicamento substantiæ saltem reductiue, esse vero substistentiæ cum sit vnio materiæ cum forma in prædicamento actionis, ergo diuersa, quia vnio est actio quædam.

RESPONSIONES,

R.in.ar.7. vbi argumentum.

Ad primum quando dicitur quòd actus addit perfectionem. Respon.q̃ Actus dupli. consideratur.

Primomodo vt dicit actualitatem rei, / Secundomodo vt dicit substistentiam rei, } Primus actus dicit perfectionem quoniã in isto actu res quæ erat in potẽtia reducitur ad actũ & ab esse imperfecto reducitur ad suam perfectionem via generationis, Vt patet in generatione naturali vbi per Agens res quæ erat in potentia materiæ reducitur ad actum. Secundus actus dicitur substistentia rei & nullã arguit perfectionem sed solum dicit gradum. Ratio est in promptu. Effectus formalis non est perfectior sua forma. Alia responsio, effectus est duplex.

Alter ab efficiente / Alter à forma. } Primus effectus dicit perfectionem. Quoniam dicit vnionem formæ cum materia, & per consequens suppositum rei, vel ens perfectum.

Secundus effectus nondicit perfectionem, saltem simpliciter.

Ideo dicit, Doctor si fieri posset, quòd Christus dimitteret naturam humanam quàm assumpsit, propriæ substistentiæ, ille actus substistentiæ formalis nullam diceret perfectionem differentem à sua causa formali. Reddit causam.

Effectus formalis procedit à sua causa secũdum ordinem perfectionis, sed in ordine perfectionis quod est prius est perfectius, ergo actus ille substistentiæ nullam addit perfectionem.

Ad 2. Respon. quando dicitur quod addit aliquid, quia esse. Respon. quòd effectus est dupl. quo ad gradum.

Alter dicitur esse effectus ab agente. / Alter dicitur esse à causa formali. } Effectus & gradus essendi rei de potentia ad actum per ipsum agens est perfectior gradu potentiali, & per consequens addit super essentiam in potentia aliquid, quia est via generationis ab imperfecto ad per. Gradus vero, & effectus essendi productus à causa formali non est perfectior sua forma, sed magis econtra forma est illo perfectior, quia prior, quia causa, & causa in actu semper est perfectior causato, Teste Auer. 2. Phy. com.4. forma composito perfectior quia causa est compositi, ergo substistentia non est perfectior.

2, Respon. quòd esse est triplex.

Primus est additionis / 2. Translationis / 3. formalis. } Additionis vt quando albedo albedini, additur, & calori calor. Trãslationis, vt quando hõ in potentia per generationẽ trãsfertur ad actũ. Formalis, vt quando albedo in subiecto dat esse album, quando anima vitam.

Ie.2.lib.D.12 ar.4.& 5.

Primus gradus essendi addit rem rei, qualitatem qualitati, & est susceptio magis & minus, quia intenditur; secundus gradus licet non addat nouam rem quo ad essentiam quoniam id quod erat in potentia fit actu quidditas, addit tamen nouum gradum essendi, qui dicitur esse perfectio rei, ideo qui dimittit hunc gradũ dimittit perfectionem, quia non potest sine isto actu mouere intellectum.

3. Verò gradus addit solum esse formale, & in hoc non dicitur esse nec res aliqua addita, nec perfectio, differens à causa formali, quia est à causa formali essentiali, ergo cum hic loquimur de esse & de essentia loquimur de esse formali, videlicet de esse substistentiæ.

Exem. in anima separata. Nam dum separatur incipit per se existere, & tunc nullam addit sibi entitatem, Idem etiam esset illi si nata esset per se substistere sine corpore.

Ad aliud de affirmatione & negatione hoc assumitur & illud non assumitur, ergo non sunt idem. Respon. quòd essentia & esse dupliciter Considerantur.

Primomodo vt comparantur ad inuicem / Secundomodo vt comparantur alicui tertio. } Si considerentur primomodo vt comparantur adinuicem, sic dico quòd sunt idem. Si considerentur.

1.sen.Dist.34. ar.4.

Secundomodo quatenus comparentur ad aliquod tertium, sic dicimus quòd non sunt idem. Ratio, quia dum comparatur essentia humana verbo assumẽti dicitur esse in potentia obedientiali, non tamen esse dicitur esse in illa potentia, ne daretur suppositorum multiplicatio Exempla affert Doctor in.

Inima & / In sole. } In anima. Nam dicit Doctor. Ab omnibus conceditur quòd Anima intellectiua, & forma corporeitatis sint vna forma per essentiam, & non distinguuntur. Tamen dicimus quòd corporeitas extenditur & non intellectiua anima ac si distingueretur.

Sic anima reunietur corpori, sed non existentia animæ quam nunc habet, ac si distingueretur realiter.

Sic in sole datur potentia dissoluendi glaciem, & constringendi, ac si realiter differunt in ter se, vis dissoluendi & constringendi. Ideo redeundo ad propositum de essentia & de esse substistentiæ, quòd essentia actualis assumitur, & non substistentia ergo, differunt, negatur. Quia hoc prouenit à naturæ subtilitate, in qua concedi

cedi potest vnus effectus respectu vnius gradus,& negari alius gradus, ac si realiter differrent.

Sic dicimus ad alias rationes quòd causa est præstantior suo effectu valet in efficienti causa non informali. Nam humanare ab humanitate. Albefacere ab albedine,calefacere a calore sunt idem quòd Albedo, humanitas,& caliditas,quia recipitur in subiectis albedo, humanitas & calor.

Ad vltimum,vnio est accidens. Negatur sed est vnitũ esse,quod est substantia. &c. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar Distinctio. Vndecimam in ordine.

Distin.11.

LECTIO QVADRAGESIMA

Super Distinctione vndecima in qua quærit tria,primum de prædestinatione Christi.secundum quomodo sit prædestinatus, & tertium quomodo sit creatura,et quomodo incepit esse.

Primum respicit gratiam
2. Potentiam
3. Mensuram.

Primum respicit humanitatem,
2. Maiestatem
3. Operationem,& incarnationem.

Primum non explicabo, quoniam in antecedentibus multa fuere dicta à nobis de prædestinatione in genere, in specie,& in indiuiduali. Quomodo Christus sit prædestinatus. Quo modo sit causa nostræ prædestinationis & alia quamplura. In præsentiarum igitur examinabo istud quomodo possit conuenire Christo hæc Prædicatio, Christus est Creatura.

Arrij errores.

Nam certe timeo,vereor,& tremor maximus viscera mea impetit, perçutit,& prosternit Propter impiss. hæreticum Arrium qui dum Christum creaturam esse fatebatur. (expauescite) in faciem suam diuino fulmine percussus cecidit prostratus, ò mirum iuditium crepuit medius, ⁊ viscera; sua effudit. Prostratus est vt arrogans, Crepuit medius ⁊ vt perfidus, effudit viscera vt maledictus. Prostratus est vt damnatus,Crepuit medius vt Carnifex,& proditor,& effudit viscera vt bestia. Hinc ⁊ hominem pessimum,culpam grauissimam pœnam seueram finemq; damnabilem euitemus Hanc cum illustrioribus Doctoribus,patribusq; sanctis pono conclusionem.

CHRISTVS NON EST

Creatura quàm probabo, & confirmabo Auctorita. & rationibus plurimis, ex quibus iter nostrum ad portum secure, & fœliciter peruenire poterit. Et primo sic,

Ratio prima, Roma.8.

Omnis creatura subiecta est vanitati, At Christus non est subiectus vanitati,igitur Christus non est creatura. Maior est Diui Pauli Roma 8. Vanitati subiecta est omnis creatura. Minor probatur. Quia Christus est Deus, Deus autem alieniissimus in infinitum est à ⁊ vanitate,ergo Christus non potest esse creatura.

2. Ratio. Quòd est ab æterno non potest esse creatura, nã creatura est ex nihilo. At Christus est ab æterno, Nondum erant abyssi,& ego iam concepta eram,ergo non est creatura.

3. Ratio. Si Christus esset creatura hoc dupliciter contingeret potest.

Altero modo vt naturam respicit humanam,
Altero modo vt respicit personam,
Sed neutrum est asserendum,ergo non erit creatura.

Probatur primo,quod non est creatura propter naturam humanam. Quoniam si esset creatura ratione humanæ naturæ, humana natura prædicaretur de Christo vti animal prædicatur de homine quia est hominis essentia, sed humana natura non prædicatur de Christo. Nam est falsa prædicatio dicere Christus est humana natura,ergo secundum hanc partem non est creatura. Quia non est humana natura in specie, cum cessaret omnis homo, Nec in indiuiduo.

Quo ad secundum quòd non si creatura ratione personæ, quoniam persona Christi est genita ab æterno, ergo nullomodo dicendum est esse Creaturam.

4. Præterea Sermo theologicus debet esse ⁊.

Concinnus,
Consonus.
Visitatus,
Clarissimus &
Catholicus

Concinnus,& ornatus vt delectet audientes,
Consonus, vt concordet ⁊ veritati,
Visitatus, vt conueniat multitudini
Clarissimus vt tollat difficultates, Et
Catholicus vt omnibus satisfaciat.

Igitur. Hæc conclusio Christus est Creatura minime asserenda est. Quoniam agitat contur bat & repugnat concinnitati, consonantiæ, ⁊ visui, claritati, veritati, securitati, fideiq; catholicæ.Nam ex ista conclusione quòd Christus sit creatura sequuntur absurda hæretica ⁊ tria.

Primum quòd non sit Deus.
2. Pertinatia
3. Experientia &
Defensio.

Primum absurdum est quòd non sit Deus; quia Deus æternus infinitus & omnipotens, Creatura finita,temporalis,& infirma, ergo cum ista pugnent ab inuicem non est asserendum quòd sit creatura.

2. Est pertinatia & dura pertinacio,qua homines obstinate & immobiliter opinioni propriæ adhærent, cum in Christo appareant omnia quæ creaturam constituunt,Deoquæ immortali pugnant & repugnant vt sunt defectus scilicet fames, sitis,frigus,calor,passio,& mors.

Arrius fuit Prosbyter Alexandrinus hæresiarcha

3. Deniq; est experientia.Nam Arrius,& cum eo caterua magna & pessima extrinseca solum Christi perscrutantes tenuerunt tantumodo creaturam esse & non creatorem.

Ideo pessimam hanc hæresim protulerunt quòd non solum fuit minor patre secundum humanam naturã, sed addiderũt,quòd erat minor secundum diuinam,& si erat minor secundum naturam diuinam,ergo dicebatur

batur etiam creatura secundum hanc, quoniam omne quod est minus Deo aut nil est, aut creatum est. Ideo ne incidamus talem in errorem negamus Christum esse creaturam.

Ideo S. Hieronymus dicebat. Cum hæreticis nec nomina debemus habere communia ne eorum errori fauere videamur. Hinc licet significantius Verbum Paracletus significet spiritum bonum,quod non sic habetur in hac voce Paraclitus, nihilosectius Ecclesia Romana catholica vtitur magis Paraclitus quàm Paracletus ne conueniat cum hæreticis,sic de illo nomine seruator,non dicit seruator, sed saluator licet seruator clarius & conspicue Christi Redemptionem insinuet,cum hæreticis Seruator sit magis in ⁊ usu,ergo non est admittenda quòd sit creatura ⁊.

Præterea. Ista prædicatio. Christus est creatura, Aut est per se, aut est per accidens, Non est per accidens quia est in genere substantiæ, & Deo nil accidit, ergo erit per se.

Si est per se,ergo erit simpliciter,ergo secundum quod ipsum. Idem sunt per se & secundum quod ipsum, per Aristo. 5. diuinorum, & primo posteriorum,ergo subiectum erit productum,sed subiectum est Deus, ergo Deus Creatura hoc falsum,ergo non est creatura.

Præterea prædicatum aut est diff.subiecti, aut pars,sed diffinicio realiter est idem quod diffinitum ergo si est creatura Christus in ratione prædicati,& in ratione subiecti,ergo Deus creatura; Hoc falsum,ergo. Tho.3.p.q.16. ar.8.10.ar.9.

Præterea. Quod non incepit esse non est creatura, At Christus non incepit esse, ergo non erit creatura ⁊. Maior est clarissima,Minor conspicitur à Paulo Hæbreo. vltimo,vbi dicitur. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula ⁊.

Idem dicitur in Euangelio. Antequàm Abraham fieret egosum, ergo non creatura. Ioa.8.

Idem Magister dicit. Nam inquit. Iste puer creauit stellas, ergo Deus, ergo non creatura.

Præterea Aut istud prædicatum creatura significat subiectum,aut non significat subiectum. Non est dicendum quòd non significet subiectum quoniam esset vana,ergo significat ipsum subiectum: Si subtectũ significat subiectum designat suppositum inquo terminatur prædicatum,sed suppositum in Christo est vnicum,quia vna hypostasis,& hypostasis est verbum, & verbum est æternum, ergo à primo ad vltimum dicere Debemus quòd Christus non incepit esse,& si non incepit esse, non erit creatura. Hæc quo ad probationem conclusionis quòd Christus non sit creatura ⁊.

OBIECTIONES,

Quòd Christus sit creatura quia incepit esse, et probatur Auctoritate et ratione ⁊.

Arg.1. Dicit leo sanctus & Pontifex. Noua & inaudita conuentio, Deus qui est & qui erat fit creatura,ergo cum Christus sit incarnatus in homine,& homo est creatura, erit & ipse creatura.

Arg.2. In Christo est anima & caro,istæ sunt creaturæ,ergo creatura erit in Christo.Idcirco dicebat Paulus,misit Deus filium suum factum ex muliere,factum sub lege,omne factum est creatum,ergo creatura.

Arg.3. In prædicatis essentialibus de quocunq; prædicatur inferius prædicatur & superius. Sed sic est q homo prædicatur de Christo & etiam animal. Nam dicimus Christus est homo, & animal, ergo prædicabitur superius. Sed superius est creatura,nam excedit hominem & animal,ergo Christus est creatura.

Patet maior propositio, quoniam in essentialibus,& inter superius & inferius est necessaria consequentia.

Arg.4. Præterea Si de quo minus videtur non in esse & tamen in est,ergo & de quo magis,sed minus videtur in esse quòd oppositum prædicetur de opposito,& tamen conceditur oppositum prædicari de opposito ergo magis concedendum venit quòd id quod non est oppositum prædicetur. Probo minorẽ quo ad vtrãq; partem scilicet quo minus videtur quod oppositum prædicetur de opposito, & tamen prædicatur.

Nam quod prædicatur de aliquo vel constituit illud in esse essentiali, ⁊ vel accidentali, sed vbi datur constitutio ibi proportio,& vbi proportio tollitur pugnantia & oppositio,ergo,oppositum non potest de opposito prædicari, Quod autem prædicetur patet. Nam dicimus quòd Christus est passibilis,mortalis,& sepultus sed ista repugnant magis Christo quàm creatura, si igitur ista conceduntur & illa prædicatio Christus est creatura ⁊.

Arg.5. Incepit esse, ergo creatio D. Aug.super Ioan. Antequàm mundus fieret nec nos eramus,nec mediator Dei & hominum homo,ergo incepit,ergo creatura.

Arg.6. Christus est homo, homo incepit esse,ergo Christus esse incepit.

RESPONSIONES,

Argumentorum.

Ad primum & ferè ad omnes rationes dicere oportet quòd conuenire aliquod prædicatum alicui subiecto stat dupliciter.

Vel secundum totum subiectum.
Vel secundum partem subiecti.

Si prædicatum conuenit subiecto secundum totum subiectum conuenit essentialiter illi subiecto, & ponitur simpliciter vt in exemplo si dixero. Homo est animal rationale mortale, prædicatum conuenit subiecto simpliciter, quia essentialiter, essentialiter quia est constitutiuum subiecti,& causa ⁊.

Si ⁊ vero prædicatum conuenit subiecto secundum aliquid, ac secundum partem,non potest poni simpliciter respectu prædicati,sed semper ponitur cum additione & cum aliqua determinatione, videlicet aut dicimus inquãtum tale, aut secundum talem partem restringimus illud.

Hinc assigno duas prædicationes famosas. Dicimus Homo est crispus, & Ethyops albus dente,sed prima prædicatio est simplex & absoluta sine addito,quia non potest esse crispitudo nisi in vna parte scilicet in capillis: Non autem sic fertur de albedine. Non dicimus simpliciter quòd Ethyops est albus, ratio quia non solum

solum toti potest competere, sed parti solum, ideo addimus determinationem scilicet. Dente, vel barba, aut facie. Data distinctione respondemus obiectis quòd quando dicitur Christus est creatura.

Ista propositio vel sumitur simpliciter, & sic est falsa, quoniam includit personam & diuinum suppositū quod non est creatura,

Vel sumitur cum determinatione inquantum homo, in quantum in tempore à matre natus, & sic dicitur esse vera & hoc modo currunt omnes rationes & Auctoritates p.2.3.& 4.argumenti.

Et quando dicebatur Absolute dicitur esse mortalis, & sepultus, & magis repugnant, ergo & creatura. Respon. Pugnantia dupliciter.

Vel penes contradictionem } Penes contradictionem & sic magis pugnant quàm creatura.
Vel penes inductionem } Penes inductionem in errorem non magis pugnāt sicuti creatura.
In errorem, } Dico, Quòd magis repugnat d. q. Christus est creatura simpliciter

Responsio secunda. Dico quòd magis repugnat dicendo, Christus est creatura simpliciter quàm dicendo quòd sit immortalis & mortalis. Quoniam mortalis vt prædicatum supponit in Christo subiectum suum viuen, & in esse humanitatem per vnionem & per assumptionem, cui humanitati inest mortalitas vt propria passio. Prædicatum vero Creatura nil videtur supponere ex parte subiecti sed dicit totalitatem productionis subiecti, & sic incidemus in errorem quòd persona diuina sit creata q. fuit improbatum in præcedentibus, ergo absolute non est ponenda.

Sic quando dicitur incepit esse homo, ergo incepit esse, ergo creatura. Respon. incepit esse non simpliciter sed incepit esse in quantum homo, in quantum, creatura. Hæc sint satis in quibus audistis.

LECTIO QVADRAGESIMA

Super Di. 11. Ioan. Bacho.

Prima super quæstione in qua inuestigat Doctor Bacho. Quid addat suppositum subsistens super naturam, Deinde quærit. Quid sit principium indiuiduationis. Sed vos statim dicetis mihi. Quomodo deducuntur hæc duo quæsita ex Magistri distinctione?

NON ne magister in distinctione egit de Christi prædestinatione? secundum de hac prædicatione. An Christus sit creatura? 3. An Christus incepit esse? Quomodo, ergo potest concludere q. de supposito & de Indiuiduationis principio? Respon. quod optime deducitur conclusio, vel ista quæsita. Assigno rationem. Nam cum Magister soluerit difficultates quòd Christus Dicitur prædestinatus, creatura & res quæ incepit in tempore secundū humanitatem assumptā, vnitam & subsistentificatam, Non tamen potest dici hæc prædestinatio, hęc creatura, & inceptio ratione Verbi, personæ & suppositi, quoniam est æternum. Et explicatum fuit quid prædestinatio, & quid creatura & alia huiuscemodi, necesse erat videre quid sit suppositum: Quomodo constituatur in esse, & per quid constituatur, ergo concludere possimus Ioan. Bacho. præstantissimi fuisse ingenij, & doctrinæ. Hinc Ex his assumo quatuor præcipua declaranda.

Suppositum. Persona Indiuiduum ex Stepha. Brulefero. Li. 3. q. 1. Di. 1.

1. Primum quid suppositum } Quo ad primum de supposito quid sit.
2. Quid addat supra naturam } Pro intellectu scire oportet quòd dātur istæ tres voces.
3. principium suppositi vt sit indiuiduum } Suppositum, Persona & Indiuiduum. Sed indiuiduum est superius ad personam & ad suppositum, suppositum ad personam tantum.
4. Difficultates & solutiones.

Nam valet argumentum est persona, ergo suppositum, ergo in diuiduum, sic etiam valet. Est suppositum, ergo indiuiduum, sed non valet. Est indiuiduum, ergo suppositum, quoniam indiuidum dicitur non solum de substantia singulari, sed de accidente singulari suppositum autem dicitur solum de substantia & non de accidente, sic non valet. Est suppositum, ergo datur persona. Quoniam suppositum non solum dicitur de persona rationali sed dicitur de qnocunq; singulari substantiali, scilicet de Leone, Vrso, Planta, & de lapidibus, Idcirco Christus non solum dicitur Indiuiduum, sed suppositum, & non solum suppositum sed persona. De supposito, ergo ratiotinandum venit, & primum quo ad diffinitionem. Super hoc negotio vidi fere

Suppositum quid?

omnes Doctores S. Thomam, Egidium, Godofredum, Cardinalem Cameratensem & Doctorem nostrum, ex quibus hanc collegi, & conflaui diffinitionem, quòd Suppositum pro præsenti occasionem dicitur esse Ens; vnum, completum, per se, non constituens aliud, nec natum in hærere alteri, nec ab alio subtentari, sed per se subsistens. In qua deffinitione dicit septem principalia videlicet.

1. Primum ens, } Dicitur ens quia de non ente, non datur scientia: dr̄ esse vnū, quia est persona & persona dicitur esse per se sonās indiuidua rationalis substatiæ, subsistētia.
2. Quòd sit vnum,
3. Completum, } Dicitur completum, quia habet esse naturæ essentiæ, existentiæ, & subsistentiæ. Dicitur per se, quia est substantia, quæ per se est,
4. Per se,
5. Non constituens, } Dicitur non constituens aliud. Quia non est nec materia, nec forma, sed resultans ex essentia & relatione in diuinis, & ex materia & forma in humanis. Sic anima humana non suppositum quia est pars hominis. Dicitur non
6. Non in hærens,
7. Snbsistens per se, } in hærens vt excludat accidentia quæ in hærent subiectis.

Dicitur subsistens, vt excludat naturam humanam assumptam à Verbo, quæ non subsistit in se sed in verbo subsistit. Dicitur per se subsistens, quia exercet à se in se, suas functiones. Hæc quo ad primum.

Quid insuppositio additur?

2. Quærit quid addat suppositum super naturam, Exempli causa. In supposito Pauli, quid additur super naturam animæ, & corporis Pauli? Respon. Tres præclarisſ.

Theologi Godofredus, } Egidius dicit quòd In hac materia (vt potui colligere in primo articolo) sunt
Egidius & } ista animaduertenda scilicet.
Doctor, sed vario modo. } Natura } Suppositum, } Subsistere per se & Proprietates. } Subsistere suppositi. } Agere per se.

Natura dicit substantiam. Proprietates, singularitatem. Suppositum terminationem, subsistere perfectionem, subsistere per se, excellentiam, & Agere dicit finem,

2. Dicit. Quod existere, & subsistere suppositi dependent à proprietatibus accidentalibus quantitatis, quę dicitur esse in materia quoniam habet suas dimensiones. Nam nisi in materia essent proprietates quantitatiuæ certe suppositum non esset extensum, nec corpus.

3. Dicit, quòd Natura est habita à supposito, suppositum dicitur esse habens, cum sit compositum ex actu & potentia.

Dicit quòd suppositum per se agit, quia per se est subsistens, Natura vero non agit per se quia non per se subsistit, sed agit in alio & per aliud quoniam in illo subsistit. Hoc modo dicimus quòd natura humana cum non per se subsistat sed in verbo, nil agit per se, sed omnis actio illius est ab illa, sed secundum suppositum verbi, quàm ducit, & regit.

Præterea D. Egidius quòd natura humana & suppositum humanum non differunt essentialiter, sed differunt realiter, & modaliter. Nam suppositum dicit alium modum realem essendi ab ipsa natura, non tamen dicit aliam rem essentialem. Ratio. Natura est potentia, suppositum est in actu. Exem. affert de prima materia. Nam materia consideratur dupliciter Consideratur non extensiue, & consideratur extensiue. Si consideretur in se essentialiter & absolute semper erit eadem, si vero consideretur quatenus sit subiectum quantitatis, dicitur esse extensa, & differt realiter à se ipsa non extensa, & ista extensio est modus suus, sic suo modo differt suppositum à natura realiter. Non prout dicit aliam rem à seipsa differentem, sed quatenus dicit alium modum essendi. Et volens quæsitum istud lucidius explicare ait quod essentia rei dicitur bifariam apud sapientes.

Vocatur natura, & Vocatur suppositum. } Vocatur natura dum est priuata formis accidentalibus, nempe quantitate, qualitate, extensione, & albedine. Vocatur suppositum quando sit subiectum quantitatis, qualitatis, & similium. Primomodo nullam includit differentiam neq; secundum essentiam, cum sit simplex, neq; secundum modum cum nullum includat accidens, à quo sumitur differentia. Secundo verò modo includit differentiam non in essentia cum sit eadem natura simplici, sed in modo essendi. Nam alius est modus essendi suppositi, & alius naturæ. Modus naturæ est modus sine addito, Modus suppositi est modus cum additione formarum accidentalium quantitatis, & qualitatis. Comprobatur sua opinio de mente Phi. primo de Gen. T. com. 22. Nam Phi. eo loci quærit. Quomodo materia differt seipsa dum est sub formis contrarijs? Respon. Non differt secundum essentiam, sed solum differt secundum esse. Non differt secundum essentiam cum sit eadem substantia, & natura, Differt vero secundum esse quoniam esse est à forma, & quia sunt multæ formæ contrariæ faciunt multa esse diuersa, & contraria. Sic igitur dici debet de natura. Quòd natura differt à supposito cum natura expellat omne accidens quantum, & quale, suppositum vero sit subiectum extensionum, & qualitatum alioquin non esset suppositum. Vnde apparet differentia non in essentia sed in modo essendi. Hæc quo ad Egidium.

Confir.

Egidius.

GODOFREDVS

Opinio Godo.

Autem improbat Egidium.

Egidius posuit in sua conclusione, quòd licet Materia extensa, & materia non extensa differant realiter, non differunt tamen secundum aliam & aliam rem, sed solum pœnes modum alium. Modo inuehitur Godofredus contra Egidium dicens. Si Implicat contradictionem dicere quòd aliqua differunt secundum rationem, & vnum non sit alia ratio ab alio quoniam omnis differentia arguit oppositionem, vel saltem diuersitatem subiecti: ergo à fortiori si materia extensa, & non extensa differunt realiter, Igitur erunt diuersa & opposita subiecta. Igitur alia, & alia res.

Arg. Secundum Præterea quærit Godofredus. Aut ille modus materiæ extensæ, vel naturæ suppositatæ.

Est ens absolutum Aut ens respectiuum. } Si dicatur quòd sit ens absolutum realiter differens à natura, Igitur erunt duæ essentiæ, igitur duæ res, & per consequens duæ naturæ: At hoc est falsum per dictum Egidij ponentis vnicam rem, & naturam. Non igitur differt realiter. Si dicatur quòd differt realiter quatenus dicit ens respectiuum, tunc sequeretur hoc absurdum quòd omne subiectum diceretur ad suum accidens relatiue, At hoc est falsum cum subiectum non dependeat ab accidente, ergo non differt realiter.

Arg. Tertium Si valeret hæc ratio Egidiana quòd natura differt à supposito vel suppositum à natura quoniam natura sub est accidentibus: Igitur à pari dicere possemus quòd accidentia differrent à seipsis per modum realem per quem sunt in substantia, vel subiectis. At hoc est falsum. Nam eadem est quantitas dum erat in subiecto panis, & post cum est sine pane, sed miraculose substentata. Sic idem odor in aqua, vel in aere sicuti dum erat in Rosa, & cedro. Quomodo non erit eadem natura in se, & in supposito?

Arg. Quartum Præterea. Si suppositum realiter differret à natura sequeretur hoc incommodum, quòd omnia entia erunt respectiua, & nullum ens esset absolutum. Igitur omnia indiuidua substantiæ. At hoc est falsum. Igitur Probo maiorem. Certum est quòd in supposito sunt duo.

Alterum est materiale. Alterum est formale. } Materiale dicitur esse natura, & substantia suppositi: Formale dicitur esse

constitutiuum suppositi & indiuidui. Modo si suppositum, est suppositum per quantitatem. Igitur per formam accidentalem, igitur nullum indiuiduum erit absolutum sed respectiuum, vti sunt tres personæ indiuinis constitutæ ex essentia, & relatione. Hoc autem est insulsum, cum omnis substantia singularis primum est à se, & postea ad aliud.

Notandum

Confirmatur. Quærit Godofredus. Cur tres personæ in diuinis sint vere relatiua? Respondet. Quoniam relatio est formale, & completiuum in constitutione suppositi. Sic dum Egidius ponit quòd accidentia, qualitas, & quantitas constituunt suppositum: Igitur erunt forma, ergo respectiua.

Arg. 5. Præterea. Modus imperfectus, & diminutus non potest esse causa constitutiua & existentiæ suppositi: At quantitas est modus, vel ens imperfectum; Igitur non poterit esse causa constitutiua suppositi. Ratio est clarissima. Nam sequeretur quòd substantia, quæ est natura suppositi dependeret ab accidente, & causa constitueretur ab effectu, & prius à posteriori: At omnia hæc cum sint absurda, non est asserendum placitum Egidianum.

7. diui. t. c. 20.

Arg. 6. Præterea Certum est quòd in substantijs idem est quodquid est cum eo cuius est, vt dicit Philoso: 7. Diui. tex. com. 20. Exemp. de homine, & de humanitate. Nam de principali significato sunt idem. Ratio est clarissima Quoniam est eadem diffinitio vtriusq; : At natura & suppositum sunt vt quodquid est & id de quo est quodquid, igitur non differunt.

Confirmatur. Nam inquit Godofredus. Natura se habet per modum partis constituentis, & suppositum per modum totius, sed partes & totum sunt idem realiter. Igitur non potest concludi ab Egidio quòd sint differentia realiter. Hæc quo ad Godofredum.

OPINIO DOCTORIS

Isa. Bacho. in art. 3.

Nostri Bachonis. Doctor noster volens declarare quæsitum & omnia tollere dubia inquit. In quocunq; indiuiduo producto dantur ista quatuor per ordinem.

Primum est subsistentia,
2. Est respectus,
3. Sunt accidentia.
4. Est modus formalis.

} Primum concipimus in indiuiduo subsistentiam, quæ subsistentia est effectus formalis natus ex natura cuiuscunq; entis sibi derelicto. Nam inquit Doctor in 2. Ar.

Certum est quòd essentia ignis genita est terminus adæquatus generationis, Sic essentia Leonis, & hominis. Modo inqui. Omnes istæ essentiæ animalis, elementi, & aliarum rerum si derelinquantur in sua propria natura statim subsistunt in seipsis, quod est per se existere, & operari. Quoniam subsistere est primus actus formalis essentiæ productæ.

2. Quod concipimus ex indiuiduo est respectus quem habet suppositum ad duo, nempe.

Ad partes essentiales, &
Ad accidentales, quæ non sunt actu, sed nata sunt in esse.

} Nam partes essentiales constituunt suppositum, &
Accidentales notificant suppositum. In constitutione essentiali dicitur suppositum absolutum, & in constitutione accidentali dicitur suppositum secundum quid.

3. Quod concipimus in supposito sunt accidentia quæ actu insunt supposito, vt extensio, Magnitudo, latitudo, altitudo, & qualitates.

4. Quod pensatur est modus extrinsecus derelictus ab accidentibus, vnde dicitur suppositum extensum, magnum, album, calidum, frigidum, & similium. Ex ijs respondet modo Doctor quæsito. Et ponit hanc conclusionem.

Ex Ar. 3.

Suppositum addit super naturam actum formalem subsistendi à se, qui actus præcedit omnem connotationem, & respectum accidentarium, positum ab Egidio. Hanc conclusionem optime probat.

Certum est quòd actus formales licet non differant formaliter à formis quarum sunt effectus, tamen habent ordinem essentialem secundum ordinem essentialem formarum, & sapiunt suam conditionem à formis. At substantia cum sit prior accidente, & sit prius ad se quam ad alia, sic effectus formalis substantiæ, qui est subsistere præcedet omne accidens, & maxime accidens respectiuum. Et erit ad se sicut substantia est ad se. Addit quòd iste actus formalis est actus realis contra Egidium. Patet de anima sensitiua. Nam forma, & anima sensitiua primum producit suum effectum formalem quòd est subsistere, ex informatione.

5. de Trini. c. 5 Ex ar. 2.

Idem asserit ex Aug. 5. de Trini. c. 5. Nam ostendens quòd pater in diuinis est aliquid, & substantia ad se, dicit. Si omnis res ad se subsistit, quanto magis Deus?

Addit quòd in quocunq; ente sunt duo actus,

Primus &
Secundus.

} Primus in humanitate est humanare, in albedine albefacere, in anima rationalitas.
Secundus actus in humanitate est subsistere, in albedine in hærere, & in rationali discurrere, vel in igne comburere. Primus actus non potest præueniri, quia res anihilarentur: Nam si humanitas tolleretur à Socrate nulli dubium est quòd Socrates periret, sic ablato candore in niue, rationalitate in anima, & caliditate, & siccitate in igne omnia ista perirent, At non sic dicitur de actu secundo. Nam Deus potest suspendere actum secundum, videlicet. Potest suspendere in anima actum discurrendi, & viuificandi, in igne actum comburendi vt patuit in Tribus pueris, qui e medio camini exierunt illæsi, Et in albedine, ac in omnibus accidentibus in hærendi actum. Hinc declarat quòd verbum in Incarnatione primum & non secundum actum assumpsit. Nam assumpsit humanitatem non autem subsistentiam. Humanitas est primus actus, subsistentia est secundus actus. Nec valet dicere.

Incarnatio.

Assumpsit

Assumpsit accidentia quæ præcedunt suppositum, videlicet. Intelligere, velle, amare, & reminisci, Igitur præcedunt accidentia vti docuit Egidius. Respon. quòd accidens est duplex.

Oppo.

Alterum spirituale
Alterum corporale.

} Accidens spirituale præcedit, non autem corporale, vt dicebat Egi. Præte. Præcedere stat dupli. Vel aptitudine, Vel actu, præcedunt aptitudine suppositum, non actu, sed sequuntur suppositum. Modo respondet Doctor Egidij Argumentis.

Vide. Di. 10. ar. 6. & 7.

RESPONSIONES,

Argumentorum.

Ad primum & ad omnia argum. Egidij, dicit Doctor, quòd licet ex vnione accidentium sequatur ipsi supposito esse extensum, & album, & cæt. Tamen esse est dup.

Alterum modificans,
Alterum constituens.

} Esse modificans dicitur esse accidentis. Nam accidens quantum, est in causa quòd suppositum est extensum, sic albedo quòd sit candidum, & similia.

Esse verò constitutiuum non est ab accidente sed est à forma derelicta in suo esse. Et hoc modo suppositum præcedit omne accidens.

Ad rationes Godo. quando dicit quòd si differunt natura & suppo. realiter, quòd sequitur quòd sint alia, & alia res. Dicit Doctor quòd non sequitur, Quoniam est duplex alietas.

Altera est alietas essendi.
Altera est alietas essentiæ.

} Inter suppositum & naturam est alietas essendi sed non essentiæ. Nam substistere dicit per se esse in actu, Natura verò dicit per se esse in potentia. Et iste modus, vel modi differunt realiter, sed non re. Hæc sint pro præsenti. In sequenti videbimus principium indiuiduationis.

LECTIO QUADRAGESIMA

Secunda super Distinctione vndecima Ioannis Bachonis. quæst. 2. in qua declarat duo. Primum quid sit formale Principium indiuiduationis. Et Secundum quid sit principium formale multiplicationis indiuiduorum in eadem specie?

Hinc tria faciam

Ponam Doctores circa hanc materiam,
2. Ponam Bachonis conclusionem
3. Difficultates, & solutiones.
Quo ad primum circa Doctores

} In hac materia obseruat Ioannes Bacho. hos Doctores, videlicet.
Sanctum Thomam, Aristotelem
Commentatorem
Godofredum &
Petrũ de Alueri.

Omnes isti tractant hanc materiam. Et excepto Thoma, concidunt omnes cum Doctore nostro Ideo ponam suam conclusionem quæ alijs communis videtur & probabo. Hæc est, ergo conclusio, Principium indiuiduationis dicitur esse forma. Probatur Auctoritate & Ratione.

Com. 2. de Anima. co. 9.

Nam Auerrois 2. de Anima Com. 9. Indiuiduum non est indiuiduum nisi per formam, ergo Idem. 2. tex. & com. 60. eiusdem 2. Inquit causa diuersitatis materiæ est diuersitas formæ & non econtra. Hinc diuersitas materiæ, & diuersitas dimensionum respicit formas distinctas, vnde non alia de causa datur ista diuersitas nisi propter formas. Ideo dicebat Membra Leonis non differunt à membris cerui, nisi quia anima differt ab anima, sed Anima est forma, ergo ratio indiuiduationis erit à forma.

Præterea Indiuiduum dicitur esse ens in actu, Sed non est in actu nisi per formam, ergo forma est principium. Maior est clarissima & minorem affert Philoso. 2. de Anima t. & com. 6. dicens. Anima est actus corporis organici potentia vitam habentis, ergo.

2. De Ani. t. c. 6.

Præterea Inquit Auer. eodem lib. Com. 7. Per illud aliquid dicitur esse indiuiduum per quod est vnum, sed per materiam non est vnum sed per formam, ergo forma dicitur esse principium.

Com. 7.

Præterea in eodem comentario d. Auerrois. Entia sunt in duplici serie.

Quædam sunt naturalia &
Quædam artificialia.

} Naturalia non dicuntur esse hæc nisi per formam, & artificialia non dicuntur esse hæc nisi per materiam, sed articuli isti hoc, vel hæc arguunt indiuiduum, ergo ab ipsa forma erit. Confirmatur.

Nam sicuti ablata materia domus. s. lapides, ligna, & cementa nõ remanet domus, sic ablata forma tollitur res naturalis, tollitur, leo, & homo, ergo forma dicitur esse principium.

Præterea dicit Mag. Pet. Quodli. 2. q. 5. Illud quo aliquid primo & formaliter, & simpliciter est ens subsistens, & à quolibet alio est signatum & diuisum, est principium illius. Sed forma dat indiuiduo primo & per se subsistentiam, signationem & indiuisionem, ergo erit principium. Patet quoniam forma est prima Entelechya, perfectio & vis, vt d. Philoso. Sed subsistentia arguit esse singulare indiuiduale, ergo.

Opi. Pe. Quo. 2 q. 5.

Præterea dicit Godofredus. Substantia composita prius dicitur esse in actu naturaliter per suam formam & subsistens quàm adueniat illi accidens, cum præcedat omne accidens, ergo per formam & non per quantitatem. Antecedens est Com. primo. cap. de substantia orbis. Nam inquit. Indiuidua substantiæ quæ sunt in actu sunt subiecta accidentium, ergo præcedunt accidentia, sed indiuiduatio est indiuisio, ergo per formam & non per accidens quantum erit indiuiduum. Præterea quòd sit etiam causa multitudinis forma, & distinctionis in diuiduorum & non sit Quantitas vti placet Beato Thomæ.

Arg.1. Quæ diſtinguuntur quantitatiue per quantitatem diſtinguuntur quia da oppoſitum, eſt oppoſitio in adiecto, ergo à ſimili quæ diſtinguuntur ſubſtantialiter diſtinguuntur per ſubſtantiam ſed ſortes & Plato diſtinguuntur ſubſtantialiter, ergo per ſubſtantiam, ergo non per quantitatem, ſed vbi datur diſtinctio datur & multitudo ergo non per quantitatem erit multitudo.

Arg.2. Quæ non habent eſſe ſimpliciter non poſſunt dare diſtinctionem ſimpliciter, & per ſe, ergo accidentia cum non habeant eſſe ſimpliciter, minime dabunt diſtinctionem nec diuiſionem vt d. Com. & Phi.7. diui.t.& com.2.igitur cum ſubſtantia ſit ens ſimpliciter, dat eſſe ſimpliciter, ergo conſtitutiuũ, ergo diuiſiuũ.

Arg.3. Si quantitas dicitur eſſe cauſa multitudinis, quæro. Aut erit.

Quantitas interminata } Non eſt quantitas interminata quia ſequitur indiuiduũ iam actu ſubſiſtens
Aut quantitas terminata. } tanquam ſubiectum ſuum. Non eſt etiam quantitas terminata, quoniam quantitas terminata eſt cõmunis genito,& corrupto, vnde eſſet eadem quantitas numero indiuerſis, quòd eſt impoſſibile igitur non diſtinguit indiuidua, nec multiplicat.

Arg.4. Omnis generatio requirit duos terminos in actu. Nam tendit ad compoſitum ſubſtantiale,& requirit duo.

Primus terminus eſt totalis } Primus terminus eſt compoſitum quòd producitur, & dicitur terminus
2. terminus eſt formalis. } adæquatus,

Secundus terminus eſt forma in actu.

Cum igitur diuerſæ ſint generationes, ergo diuerſi termini formales, quia materia nõ eſt terminus, ſed eſt ſubiectum, nec quantitas, quia terminus generationis eſt ſubſtantia, ergo formæ ſubſtantiales ex ſeipſis ſunt aliæ & aliæ.

Arg.5. Certum eſt quòd licet anima quo ad durationem non præcedit in creatione ipſam informationẽ ſed ſimul & ſemel Deus creando infundit,& infundendo creat. Tamen prius natura creatur, quàm informet quoniam informare ſupponit formam eſſe, Sed in quocunq; priori creatur ſemper eſt hæc ſingularis, indiuidualis,& diſtincta formaliter à quacunq; alia anima. igitur non à quantitate eſt primo diuiſio, & per conſequens multitudo, ſed à forma ſubſtantiali.

Arg.6. Præterea facit pulcherrimam & ualidiſſimam rationem contra S. Thomam. Supponit S. Thomas quòd forma ſit alia quia materia eſt alia, & materia dicitur eſſe alia quia quantitas alia & alia, ergo quantitas. D. Doctor quod eſt totum oppoſitum. Nam dicit, quod materia eſt diſtincta propter diſtinctas habilitates ad formas. Et hoc ſumitur ab Auerroi 12.diui.com.2.& in lib.de ſubſtantia orbis tractatu primo. Cum forma determinata requirat quantitatem determinatam, oportet quòd in materia determinata reſpectu formæ determinatæ ſint proprię dimenſiones præcedentes illam formam in materia. Igitur à forma eſt multitudo. Hinc di. Carmelita. Dimenſiones illæ in materia ſunt interminatæ, ſunt interminatæ quia ſunt in potentia, ſed ens in potentia non dat denominationem rebus naturalibus, nec artificialibus niſi paruam & diminutam, hoc autem prouenit ab actu, At actus eſt forma, ergo forma eſt in cauſa multitudinis.

Corroboratur per Phi. & Com.2.Phy.com.2. Nihil dicimus habere materiam, vel eſſe naturale cum fuerit in potentia,& non habuerit illam in actu. Nam quicquid eſt in potentia caro, os, & ſanguis, vel domus, nunquàm dicimus eſſe habere carnes, os, ſanguinem, vel domum, niſi recipiãt formam carnis oſſis, ſanguinis & materiam domus, per quam formam actualem reſpondemus ad quid, ergo à forma dicitur eſſe indiuiduorum multitudo? & diſtinctio.

Apparet in omnibus artibus. Nam quomodo diſtinguuntur ſcientiæ,& artes ab inuicẽ? Quomodo Theologia à Metaphyſica, & Metaphyca à naturali, & Mathematica? Reſpon. quod diſtinctio eſt à ſubſtantijs diuerſis, ſed quomodo ſubiecta ſunt diuerſa? Reſpon. ſunt diuerſa propter diuerſas rationes formales quibus vnum diſtinguitur & ſeiungitur ab altero, Nam ens ſub hac ratione formali inquantum ens ſeiungit Metaphy. à naturali, ens vt mobile ſeiungit à Mathematica,& ſic in reliquis, ſit ergo clariſſimum quod forma dicitur eſſe principium indiuiduationis diſtinctionis,& multiplicationis indiuiduorum & non quantitas. Corroboratur. Per illud aliquod conſtituitur in eſſe per quod reſpondetur interrogationi factæ per quid. Sed per quid reſpondetur cauſa formalis. Vt quid eſt homo,& quid eſt animal? Reſpon. rationalis igitur.

OBIECTIONES,

Contra determinata à Beato Thoma & ſequacibus, qui probant Quod quantitas ſit principium formale indiuiduorum quo ad eſſe, & quo ad multitudinem.

Arg.1. Omnis multitudo ſequitur diuiſionem vt habetur 10.diui.t.& com.9. Sed diuiſio per ſe competit quantitati, vt dicitur eo loci,& etiam 5.Diui.Cap.de quanto.tex.& com.18.ergo.

Arg.2. Illa ſunt vnum numero quorum materia eſt vna 5.diui.t.& com.12.cap.de vno numero. Sed materia non dicitur eſſe vna niſi per quantitatem, ergo quantitas eſt principium conſtitutiuum & multi.

Arg.3. Omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei conueniunt in ſubſtantia, ergo ſi debent diſtingui & differre oportet aliquid addere, vt appareat in ſpetiebus, non poſſunt diſtingui à genere niſi per differentias ſuper addi tas. Tunc hæc differentia non poteſt eſſe ſubſtantialis, quia diſtinctio non eſſet numeralis ſed eſſet ſpecifica, ergo erit quantitas cum ſit primum accidens,& magis conſtituens.

Arg.4. Eſſe indiuiduum eſt eſſe vnum numero, ſed eſſe vnum numero eſt eſſe aliquid per vnitatem numeralem, igitur cum vnitas numeralis ſit à quantitate, ſequitur quòd ſit principium indiuiduationis.

S.Tho. 1.ſen. Diſt.8.q.5.ar. 2. Arg.5. Patet exemplo ſenſato. Nam inquiunt Thomiſtæ. Sicut ſe habet aqua ad figuram, & ad multitudinem vaſorum, ſic ſe habent formæ ad multitudinem materierum. Sed ſic eſt quòd aqua non recipit formam, vel figuram ex ſe, nec retinet niſi ratione vaſorum. Hinc ex varietate

tate vaſorum varias ſuſcipit figuras,& fractis vaſis franguntur & recedunt figuræ. A pari formæ materiales ſumunt diſtinctionem & multiplicationem à diuerſitate corporum, hæc autem eſt à quantitate, ergo.

Ideo ponunt diſcrimen inter formas materiales & Intellectus. Volunt omnes quòd omnes multiplicantur ex quantitate, ſed non concedunt quòd in corruptione corporum anima Intellectiua perdat ſuam indiuidualitatem ſicut faciunt formæ materiales ſed remanet hæc: Et dant exemplum de cera. Nam ſi quis infundat ceram infigurarã in diuerſa vaſa accipit figuras per illa vaſa,& ſubinde ſi frangantur vaſa illa remanent figuræ. Sic anima intellectiua recipit indiuidualem,& diſtinctionem à corpore,& corrupto corpore etiam illam retinet, ergo à quantitate.

RESPONSIONES,

Ad primum multitudo ſequitur diuiſionem, diuiſio quantitatem. Reſpon. ꝙ propoſitio intelligitur dup.

Vel vt reſpicit formas ſubſtantiales quæ ſunt altera pars compoſiti, quia hic loquimur de forma & de materia quæ eſt altera pars compoſiti vt d. Doctor. ar.2.in medio.

Vel vt reſpicit accidentia alia, ſicuti albedo, caliditas & ſimilia.

Si conſideretur primomodo vt reſpicit formas ſubſtantiales ſic dico quòd nullomodo eſt cauſa diuiſionis nec hoc pacto intelligit Phi. Si vero reſpicit alia accidentia ſic dicimus quòd certe principium dicitur eſſe omnis multitudinis ipſa quantitas. Ratio. Nã non poſſunt numerari decẽ alba, vel calida niſi in quãto diuiſo.

2. Indiuiduatio dupli. ſumitur.

Vel quo ad cauſalitatem } Quo ad cauſalitatem certe non eſt niſi à forma
Vel quo ad manifeſtationẽ. } Quo ad manifeſtationem dicitur eſſe à quanto. Nam non apparent formę niſi per quantitatem,& ſic vult dicere Phi.

Ad ſecundum forma non eſt alia niſi quia materia eſt alia. Negatur hoc. Nam diſtinctio in materia quæ ſumitur à dimenſionibus dicitur eſſe non in actu ſed in potentia,& diſtinctio eſt ab actu & non à potentia. Vbicunq; materia reperitur ibi nulla diſtinctio actualis ſed ſemper eſt in potentia. Ideo explicat propoſitum Ariſto. 5.diuino.tex.& com.12.cap.de nu. Illa eſſe eadem numero quorum materia eſt eadem. Quod materia ſumitur dupli.

Vel pro altera parte compoſiti,& hoc modo eſt falſa, quoniam eſt in potentia,& non dat eſſe diſtinctum.

Vel ſumitur materia pro indiuiduo in eadem ſpecie. Nam d. Doctor quòd Phi. loquitur eo loci de vno ſecundum materiam ſicuti de vno ſecundum formam, ſed quando dicit ſortes & Plato ſunt vnum ſecundum formam, forma ibi non ſumitur pro altera parte compoſiti ſed pro ſpetie, ideſt ſunt vnum in ſpecie, ſic de materia. Ideo textura antiqua dicit vnum ſecundum materiam, & vnum ſecundum formam, noua verò. d. Vnum ſecundum numerum,& ſecundum ſpetiem,& ſic concluditur quòd non à quantitate, nec à materia ſumitur multitudo.

Ad 3. Indiuidua conueniunt in ſubſtantia. Reſpon. conueniunt in ſpecie, ſed differunt formis proprijs ſubſtantialibus,& ſufficit, ergo differentijs ſpecificis, negatur ſed numeralibus.

Ad 4. & ad omnia alia quæ dicunt multitudinem à materia dependere. Reſpondetur quòd non eſt actua lis multitudo cum ſit in potentia,& diſtinctio ſemper eſt ab actu.

Ad illud de aqua quod multiplicatur in vaſis, eſt contra ipſum Doctorem, quoniam aqua non dicitur eſſe multa per ſe, ſed ratione figurarum in vaſis,& figuræ ſunt formæ, ergo forma diſtinguit, conſtituit,& multiplicat. Idem tenet Scotus. Nam. d. Si anima indiuiduatur per ipſam materiam,& per quantitatem.

Aut eſt per eſſe quod acquirit in tali corpore, } Non eſt per eſſe quod acquirit in corpore quoniam
Aut per habitudinem quàm habet ad corpus. } minus nobile non dat eſſe maximo nobili, accidens non dat eſſe ſubſtantiæ non dat etiam eſſe numerale. quia iam vnum eſt per ſe.

Non eſt etiam indiuidua per habitudinem, quoniam habitudo eſt ens reſpectiuũ, ſed ens reſpectiuum ſup ponit ens abſolutum, ergo habitudo ſupponit animam hanc, vt fundamentum, ergo non conſtituit ſed conſtituitur. Ideo ad illa Ariſt. de lib.p. de cęlo t.com.93.& 12. Diui.tex.com.49. Non ſunt plures Cœli, quia cœlum conſtat ex tota ſua materia, ergo vbi pluralitas, ibi materia. *T.co.93.et 12. Diui.t.co.49.* *T.com.9.*

Sic 3. de Anima ſuper illud. Aliud eſt magnitudo,& magnitudinis eſſe. D. Non ſunt plures intelligentiæ in eadem ſpecie quia non habent materiam. Nam tota ratio eſt à forma, cum ſatiat,& compleat totum appetitum materiæ. Sic ad illud 2.de anima.t.com.47. Multitudo indiuiduorum eſt propter defectum perpetui tatis, quoniam non poteſt idem numero per manere in ſeipſo, ſed cauſa defectus pertuitatis eſt materia, quæ eſt cauſa corruptionis, ergo materia dicitur eſſe principium indiuiduale. Reſpon. quòd eſt in potentia non in actu. Hæc pro præſenti. In qua habuiſtis quomodo principium Indiui. eſt à forma. In ſequenti videbimus Diſt. 12. Magri in qua inueſtigat. An Verbũ potuerit aſſumere aliũ hominẽ: vel aliunde q̃ de ſpetie Adami?

LECTIO QVADRAGESIMA
Super Diſtinctione duodecima,

In ordine Mag. ſententiarum, in qua quærit de potentia verbi quo ad aſſumptionem. An potuerit aſſumere alium hominem quam de genere Adami? 2. An ille homo peccare potuerit? Idcirco vt ordinatim procedam propono tria.

Primũ erit circa continuationẽ Diſtinctionum, } Quo ad continuationem optima eſt. Nam cum intentio Mag. ſit agere de Incarnatione verbi. Incarnatio habet duos reſpectu, Alter vt dicit eſſe reſpectus verbi in ſe, quomodo potuit vniri noſtræ mortalitati? quomodo in temporis plenitudine. Quomodo corpus conflatum fuit de ſpiritu ſancto? & alia iam explicata, Modo accedit ad alium reſpectum qui noſtram reſpicit Redemptionem. Et pars præſens durat ab hac Diſtin. 12. vſq; ad Vigeſimam ſecundam. In quo reſpectu noſtrę Redemptionis quatuor præcipua agit. Nam meditatur.
2. Circa quæſita,
3. Circa difficultates & ſolutiones,

Conformitatem } Conformitatem naturæ } De his omnibus agere non possum, solum
Plenitudinem } Plenitudinem gratiæ & sapientiæ } primum assumam & alia postea suo loco
Defectus,& } Defectus passibilitatis,& } examinabo. Primum igitur conformitatem
Vsum. } Vsum virtutis, } naturæ amplectitur de quo in præsenti Di-
stinctione vbi tria quærit.

Scilicet conditionem naturæ assumptæ } Conditionem naturæ, quò ad genus,
Conditionem animæ & } Conditionem animæ quo ad liberum arbitrium
Conditionem sexus. } Conditionem sexus, quo ad suppositum.

Ideo quæritur. An potuerit assumere alium hominem quàm de genere Adami? An ille homo potuerit peccare? An potuerit assumere carnem animamq; sub genere fœmineo? Et concludit quòd potuit assumere alium hominem,& fœminam,& quòd fuerit liberi arbitrij,& quòd non potuerit peccare. Hinc probo conclusionem. Quæ duas continet partes.

Prima est quod potuit assumere hominem qui non fuisset de massa Adami. }
Lib.3.q.1.ar.2 2. Quæ est de menti nostri Doctoris, quòd etiam creaturam irrationalem potuit assumere. }

Quod potuisset assumere patet ex Diuo August. lib. 13. de Trin. Potuit creare alium hominem de quo vinceretur victor, qui esset mediator Dei & hominum non de genere Adami.

Confirmatur. Quod pendet ex Gratia indifferenter fieri potest: sed Incarnatio verbi pendet ex gratia, ergo non solum hominem de Adami massa potuit assumere, sed alium creare. Sed quare non assumpsit aliunde quam de Adami massa? Respon. Magister de mente Augustini & aliorum Doctorum quòd magis congruum fuit assumere de Adami massa quadruplici de causa.

Bona.q.1. Tho. 3.p. q. 4. arg.6.
Prima causa est rectitudo, } 2. Rectitudo iustitiæ } Est Rectitudo iustitiæ, quia hoc modo apparet prævaricator & Redemptor. Iustitia vult satisfactionem in prævaricatore. Si aliunde assumpsisset carnem quàm de Adami massa, tunc iustitiæ ordo ablatus fuisset, satisfactio est vbi offensa, in carne Adami offensa, in ipso solutio satisfactionis esse debet.
2. Manifestatio, } Manifestatio amoris,
3. Declaratio, } Declaratio sapientiæ
4. Altitudo. } Altitudo honoris. Prima causa.

Rom.5. 2. Causa fuit pietatis, misericordiæ & amoris ostensio, & manifestatio. Nam maxima pietas, immensusq; amor apparet quando quis iniurijs lacessitus, offensusq; fuit, & nihilo sectius inimico, offensoriq; vnitur per naturæ assumptionem. Hinc Paulus dicere solebat Roma. 5. Comendat autem charitatem suam in nobis.

3. Causa fuit sapientiæ manifestatio. Decreuerat Deus ab æterno vt genus humanum per vnum hominem multiplicaretur. Ne ergo decretum irritum fieret voluit deo eadem massa sibi vestimentum facere.

4. Causa Altitudo honoris naturæ humanæ. Nã ita sublimem creauit quòd nulli creaturæ subiecta erat,
S.Thom. Idcirco si alius hõ assumptus fuisset totum genus humanũ subiectũ illi fuisset, & sic suã perdidisset maiestatẽ.

Præterea inquit S. Thomas factum fuit vt Dyabolus in quo vicerat victus esset, sed maximo cum dedecore cum inuicto victor fuit victus, captus, & ligatus. Recte igitur de hac massa assumpsit naturam.

Hæbr. 2. Ideo dicebat Paulus Hebre. 2. Qui sanctificat, & qui sanctificatur ex vno oẽs, sed Christus sanctificat, & filij Adami sanctificãtur, ergo si sãctificati sunt de Adamo, & sanctificãs erit de Adamo. Hęc quo ad 1. cõclusionẽ.

2. Conclusio, vel quæstio est penes naturam assumptam. Si potuisset assumere naturam irrationalem? puta naturam leonis, aut agni? In hac quæstione Respondent,

Henricus, } Nam dicit Godofredus quando asserto fuisse possibile quòd irrationalem
Godofredus, } creaturam assumeret. Obseruare oportet quòd Diuina potentia dupliciter consideratur, sic & potentia creaturæ.
Damascenus, } Nam diuina potentia est duplex.
Herueus } Altera absoluta. } Potentia absoluta abstrahit ab omnibus legibus, &
Scotus & } Altera ordinata. } & respicit solum vim simpliciter Dei optimi Maximi, quàm vocant Iuristæ de facto. Potentia ordinata dicitur esse illa quæ leges, decreta, ordinesq; sequitur à diuina voluntate positas, Et vocatur secundum Iuristas potentia de Iure. Nam sicuti de potẽtia absoluta potest Iudæ prædictori dare cœlum, sic de ordinata, vel ordinaria non potest, quoniam non datur nisi operanti, quia esset iniustum dare præmiũ non merenti. Sic ex parte creaturæ duplex potentia ponitur.
Doctor.
Henricus tenet ab solute quòd non põt assumi à verbo,
2. d. si assumpsisset & illam personasset.
Alij omnes tenent q̃ Potuisset assumere. sed quo ad personationem differunt.
Henricus dicit quòd fuisset personata.
Scotus d. q̃ nõ fuisset personata, sed fuisset in Christo per modũ personę
Dub. solutio. Doctor d quòd nullomodo. fuisset personata sed solum hypostatizata. Accedamus ad primum quòd potuisset assumi.
Altera naturalis } Quo ad partem naturalem certe non poterat assumi, quia nulla erat potentia nec actiua, nec passiua proportionata nec congruens ipsi verbo, & sic fuit inassumptibilis. Quo ad potentiam obedientialem dico q̃ potuit assumi. Respon. ergo formaliter. Verbum de potentia ordinata non decuit assumere irrationalem creaturam, Tum quia erat remotissima à verbo, Tum quia alia erat aptior nempe humana. Ratio huius assumptionis sumitur quia verbum est infinitum & illimitatum, sed infinitæ potentiæ omnia subijciuntur in esse obedientiali, ergo Immo eaquæ non sunt in rerum natura obediunt illi. Præterea dat exemplum Erueus de corpore vnito verbo in triduo sepulturę, vbi nulla erat rationabilitas, quia anima erat separata, ergo ratio vnionis non dicitur esse rationabilitas. Nec valet dicere quòd vnio fuit ratione animæ rationalis præcedentis, & ratione aptitudinis ad resuscipiendam animã. Quoniam d. Doctor. Posito hoc casu quòd corpus illud fuisset combustum, & incineratum, certum est quòd cinis fuisset vnitus verbo, propter proportionem illam maximam quod semel assumpsit nunq̃ dimisit, & tñ nullã aptitudinẽ habebat ad animã, ergo assumptio non respicit rationabilitatẽ sed respicit potentiã infinitã ex parte assumentis & obedientialẽ ex parte naturæ assumptæ.
Altera obedientialis }

Obseruant tamen quòd non fuisset personata sed solum hypostatizata. Ratio est in promptu inquit Doctor. Quoniam persona dicitur esse naturæ rationalis vt d. Boetius, Vel vt d. Richardus Persona est rationalis naturæ incommutabilis subsistentia.
Boetius Richar.

Arg.3. Hinc

Arg 3. Hinc Doct. reluctatur Henrico qui tenebat q̃ poterat personari à verbo, & improbat Scotum qui dicebat, quòd licet per se natura irrationalis non possit personari. Tamen ratione subsistentificationis à verbo potest personari. Dicit Doctor quòd nullomodo est concedenda hæc personatio, sed solum hypostasis. Ratio. Quia personatio repugnat non autem hypostasis. Hæc sunt ad conclusionem, modo oportet videre aliquas difficultates per difficiles contra vtranq; conclusionem.

OBIECTA QVOD,

Christus non debuit assumere naturam de massa Adami. Nec potuisset assumere naturam irrationalem.

Primum arg. Decebat vt esset nobis Pontifex sanctus & impollutus segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus, ergo non de stirpe Adami quæ erat peccatoribus nimis propinqua, & peccatrix. *Hæbre.8.*

Arg.2. Præterea In omni genere principium semper est nobilius his quæ sunt à principio, ergo cum principium generis humani sit Adamus, ergo in illo debebat naturam assumere. Antecedens est clarissimũ quia causa nolilior est causato. Nam scimus quòd Cor principium vitæ, Sol luminum, Ignis calorum, & aqua humidorum dicuntur esse præstantiora vita, luce, calido, & humido conseq. nota, ergo.

Arg.3. Præterea nobilissimæ formæ nobilissima debet assignari materia, ergo cum anima Christi fuit nobilissima & verbum diuinum sit infinitæ nobilitatis, debuit assignari nobilissimum corpus excedens omnia corpora, ergo aliam massam assumere debuit. Ratio. Alia est medicina à morbo, In hac carne erat medicina humanæ fragilitatis ergo, Non de Adami massa. *Bon.q.1.*

Arg.4. Præterea quòd non potuerit irrationalem creaturam assumere. Ratio. Quod non potest exercere operationes diuinas non potest assumi à verbo diuino, sed natura irrationalis non potest exercere operationes diuinas in verbo assumente, ergo non potest assumi à verbo. *Hen.D.12.q.5*

Maior est Phi.4. Meteorologicorum tex. & com. 54. Omnia opere determinãtur & sunt propter suas operationes, & tandiu sunt, quamdiu sunt operationes propriæ, & deficientibus operationibus, tunc simul esse desinunt. Nam sol, ignis, cor, & Radix nisi radios, calorem, vitam, ac fructus emitterent, certe nec dicerentur talia. ergo alia, ergo. *Meteoro.4.t.c. 54.*

Minor est clarissima quod non possit operari operationes diuinas, quia non potest intelligere, nec velle.

Arg.5. Præterea Impossibile est quòd aliqua natura sit susceptibilis primi actus, nisi ipsa sit susceptibilis secundæ operationis, quoniam Deus non auffert libertatem rerum quo ad suas functiones, ergo si natura irrationalis non potest intelligere, nec velle quæ sunt operationes secundæ non potest assumi à verbo intelligẽte.

Arg.6. Deus dicitur esse in creatura assumpta per illapsum, quia est per intimã præsentiam, & per omnimodã præsidentiam, ergo operatur in illa omnes suas functiones. Sed non potest operari nisi ad modum naturę assumptæ & cui circumincedit, & illabitur, ergo non potest vniri irrationali quia operationes irrationales non illi conuenit. Dicitur quòd Puer ille creauit stellas. Respon. quòd est verum secundum naturam diuinam, & dicitur quòd puer propter communicationem Idiomatum, ergo.

RESPONSIONES.

Ad primum quando dicitur Christus debebat esse segregatus à peccatoribus. Resp. segregatio duplex culpæ & carnis, loquitur de prima non de secunda Ratio. Quia debebat per omnia fratribus assimilari. *Hæbreo.2.*

Sic ad 2. Non assumpsit Adamum tanquàm immundum. Quia mundans non debet mundari, Sicut primum. Mouens est immobile secundum illum motum quem producit, & primum alterans. non tamen debebat relinquere massam.

Ad 3. Nobilissimę formæ debetur nobilissima materia. Respon. quòd materia illa fuit nobilissima. Tum quia à nobilissima Virgine, Tùm quia descenderat à nobilissimis Patriarchis & Prophetis in quibus præfulserat maxima sanctitas, cum etiam quia de spiritu S. concepta fuerat.

Et quando dicitur Morbus & medicina sunt diuersarum naturarum. Respond. quòd non solum diuersarum sunt naturarum, sed eiusdem naturæ quarum qualitates sunt diuersæ. Nam sicuti cibus nimis frigidus generat morbum, sic calidus tollit morbum. Ideo sicuti primus homo qui morbum produxit fuit terrenus, superbus, & vitio plenus, sic secundus homo Christus fuit cœlestis non secundum naturam sed secundum virtutem, gratiam & secundum omnes virtutes.

Ad 4. & omnes Rationes Henrici. Dicit Doctor quòd sunt veræ, & quòd natura illa assumpta non eleuaretur nisi ad operationes sibi conuenientes, nempè ad sensitiuas functiones, ad crescere, videre, dolere, & illæ operationes ratione hypostatrationis dicerentur esse Dei. Nam diceremus. Deus Viuit, audit, videt, Dolet, & lætatur quia natura irrationalis suppositata à Deo viuit, audit, & reliqua similia facit.

Ad illud quando dicitur. Operatio insequitur naturam, & non potest esse natura nisi sic suus actus & operatio. Resp quòd est falsa ista propositio. Ratio. Quia potest posterius præscindi à priori supernaturaliter. Ideo licet Deus non possit præscindere ab anima primum actum quòd sit intellectiua, præscindere tamen potest secundum actum quòd per se intelligat, sed potest supplere per aliud, nempe per hypostasim, & sic appareret quomodo Intellectus in Christo non suas functiones per se exercet sed in verbo, à verbo & per verbum. Hæc sint satis pro præsenti, In qua habuistis quomodo verbum assumpsit carnem de Adami massa, & nõ irrationalem creaturam. In sequenti videbimus An Christus potuit peccare?

LECTIO QVADRAGESIMA

Quarta in qua magister quærit. An Christus potuerit peccare? In præsenti lectione respondent omnes Doctores orthodoxi et concludunt quòd nullomodo potuerit peccare, ex quibus adducam probationes præstantissimorum vt res tutior, certiorq; apparere possit. Hinc ex his assumo.

Tho.3.p.q.15. Bona. Di.12. Doctor. Di.3. q.1.ar.2.

vide Michaele.Di.12. pulcherime.

Magistrum sententiarum, Ioannem Bachonitanum, S.Thomam, Sanctum Bonauenturam & Herueum. } Magister sententiarum in præsenti Dist.12 hoc asserit, Ioannes Bachonus & Herueus in hoc 3.Dist.3.ar.2. S.Thomas 3.p.q.15.ar.1. S.Bonauentura in præsenti Distin.q.prima numero 12.

Mag.5. Magister sen.sic probat conclusionem. Si Christus vt homo peccare potuisset sequeretur quòd Christus potuisset damnari, si potuisset damnari, ergo potuit non esse Deus, ergo si potuisset peccare potuit non esse Deus, Nam repugnat maximè Deo peccatum, ergo non potuit peccare, quoniam erat Deus.

Ioan. Bachon. Herueus. Doctor noster & Herueus probant & illi quòd nullomodo potuerit peccare. Nam dicit, Certum est q̃ natura humana erat vnita ipsi verbo quasi vt instrumentum quo suas exercuit functiones. At instrumentũ cum non habeat formam aliam contrariam impræssam ab agente principali non potest agere nisi vt est motum à principali agente. Sed supposítum diuinum nullomodo potest coagere cum instrumento ad peccandum & semper fuit vnitum illi, ergo nullum fuit possibile peccatum in Christo.

Ioan.8. 1.Epist.c.2. S.Thomas dicit q̃ nullomodo peccare potuit tum per auctoritatem illam Quis ex vobis arguit me de peccato? Tum quia d.Petrus Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, cum ratio ipsa persuadet. Nam Christus debuit assumere id quod faciebat ad satisfactionem & liberationem humanæ naturæ, & dimittere id quod faciebat obstaculum redemptioni, At tria faciebant ad redemptionem & vnum obstaculum. Quæ faciebant ad Redemptionem erant,

Veritas Exemplum, & Defectus. } Veritas humanæ naturæ, Exemplum sanctitatis & Defectus doloris, & mortis. } Veritas humanæ naturæ vt pati posset, Exem. sanctitatis vt passio esset meritoria & Defectus doloris, & mortis vt finiret redẽptionẽ. Quod faciebat obstaculum erat peccatum, ergo non debuit sumere, ergo non assumpsit, ergo nullomodo peccauit.

Præterea assumpsit quod erat humanæ naturæ, sed peccatum non est humanæ naturæ sed contra esse naturæ. Natura est à Deo, peccatum à Dæmonio, Deus & Dæmonium sunt contraria, ergo. Hinc dicam. Si peccatum fuisset in Christo eius oblata, grata nõ fuissent Deo dicente Eccl.34. Dona iniquorum non probat Altissimus, cum repugnet sapientiæ & iustitiæ æternæ.

Idem Damascenus asserit. Si peccatum fuisset in Christo, exemplum virtutis dare non potuisset cum virtus ex Dyametro vitio reluctetur, ergo non fuit peccatum, nec potuit peccare.

S.Bonauentura & ipsa confirmat hanc conclusionem hoc pacto. Triplici de causa in Christo non potuit esse peccatum.

Prima ratio sumitur à Gratia
2. à confirmatione,
3. Ab vnione. } A Gratia, quoniam in sua conceptione anima Christi fuit plena omni gratia scientia & veritate. Ac sicuti gratia, Christi animæ omne robur præbebat sic scientia omnem cognitionem, veritas omne bonum & malum distinte repræsentabat, ergo nullomodo peccare potuit. Ratio, quia peccatum est ex infirmitate ignorantia & malitia ergo,

2. Causa quòd non potuit peccare fuit confirmatio gloriæ. Nam Christus ab instanti suæ conceptionis simul & semel fuit viator & comprehensor, Viator quia secundum animam & corpus erat passibilis. Comprehensor, quia anima clarissime Deum videbat & fruebatur, sed nullus Beatus & confirmatus potest damnari, ergo. Ratio quia non potest peccare, igitur cum Christus sit simul viator & comprehensor, nullomodo peccare potuit.

3. Causa quòd non potuit peccare fuit vnio cum verbo in vnitate personali. Nam Deus communicauit sua idiomata, Dicebatur. Deus infinitus, Immensus, & creator, sed Deo nullum peccatum est possibile, ergo nec Christo vt Deus, ergo in concussa remaneat nostra conclusio quòd non potuit peccare.

3.Quodli.q.x. Fomes quid. Præterea confirmo hac ratione. In Christo non fuit fomes peccati, ergo non fuit potentia ad pecandum. Antecedens probatur. Fomes vt inquit OKam est qualitas carnis in ordinata inclinans appetitum sensitiuũ ad actum difformem, & vitiosum in habente iuditium rationis. Inqua diffinitione includit septem.

Primum est qualitas,
2. Inordinata,
3. Carnis,
4. Inclinans,
5. Appetitum sensitiuum,
6. Ad actum disto. & viti.
7. In habẽte iuditiũ rationis. } Primum fomes dicitur qualitas, quia non est substantia. Nam si esset substãtia, ergo fuisset in Adamo, ergo in Christo qui habet substantiam carnis, sed nec in Adamo nec in Christo fuit, ergo nõ est substãtia, Dicitur qualitas, quia est accidens, quia post peccatum nobis accidit. Dicitur inordinata, quia facit nos extra ordinem legis & præceptorum Dei. Nam facit nos fornicarios, adulteros & lasciuos contra illud præceptum Non Mæchaberis.

Dicitur qualitas carnis quia à parentibus contrahitur & præcipue à patre qui dat semen.

Dicitur qualitas inclinans, quoniam est ad modum stimuli animam pungentis & percutientis.

Dicitur inclinans appetitum sensitiuum immediate, quoniam anima & voluntas non est subiecta carni sed libera, vnde potest resistere moraliter propter virtutes, & etiam per diuinam gratiam coadiuuantem.

Dicitur ad actum difformẽ propter improportionem peccati cum anima, & ad actum vitiosum propter repugnantiam vitij cum virtutibus,

Dicitur

Dicitur in habente rationis Iuditium, propter bruta in quibus non dicitur esse proprie fomes, sed appetitus, & impetus naturalis ad malum. Ex his concludo. Cum in Christo nullomodo potuerit esse causa peccati, nec peccatum. Non potuit esse fomes, ergo nec causa peccati. Probo maiorem. Christus fuit conceptus de spiritu S. Quod in ea natũ est de spiritu S. est d.scriptura, sed spiritus S. excludit peccatum, & causam peccati, ergo non potuit peccare. *Matth.1.*

Præterea Christus secundum suam animam fuit Deiformis, ergo cum Deus non possit peccare nec Christus poterit peccare. Hæc quo ad probationem conclusionis. Modo videndum est quæ opponuntus.

OBIECTIONES,

Contra conclusionem probantes quòd Christus potuerit peccare.

Arg.1. Hæc conclusio sacrosanctæ scripturæ reluctatur, ergo falsa. Patet antecedens ex solo.loq. de Christo inquit. Qui potuit transgredi & non est transgressus, omnes transgressiones fecerunt, ergo Christus intelligitur qui non est transgressus tamen potuit, ergo. *Eccle.31.*

Confirmatur D.Dauid. Deus meus, Deus respice in me, Quare me dereliquisti? longe à salute mea Verba delictorum meorum. Hæc protulit in Cruce Christus, ergo peccatum fuit. *Phylo.*

Idem Paulus 2.Corin.c.5. Is qui non nouerat peccatum ideſt Christus, pro nobis peccatum fecit.

Arg.2. Qui potest dicere orationem negatiuam & veram potest dicere etiam orationem affirmatiuam falsam & peccare, sed Christus potuit dicere primam propositionẽ negatiuam veram, ergo & falsam, ergo potuit peccare. Maior est vera, quia negatio supponit affirmationem. Minor probatur quia Christus fuit liber, ergo. *Bona.*

Arg.3. Dicit Damascenus. Totum me assumpsit vt totum me redimeret, ergo si homo potest peccare & Christus poterit peccare, quia tota substãtia hominis assumpta fuit, ergo. Potentia rationalis est ad opposita, ergo.

Arg.4. In Christo fuit fomes peccati, ergo potẽtia peccandi, quia fomes est inclinatio ad peccatũ. Probatur antecedens. In Christo fuit passibilitas & mortalitas, ergo & fomes, quoniam passibilitas & mortalitas ab eodem sunt peccato, ergo. *Tho.ar.2.*

Arg.5. Christus debebat vincere omnes tentationes, & omnia bella mundi vt esset summus Imperator. ergo cum inter digladiationes tentatio carnis sit vna maxima oportebat illam vincere & superare, ergo oportebat vt esset in illo, sed ista pendet ex fomite, ergo causa & potentia peccandi erat. Maior est Ioannis Apoc. 6. Data est ei corona & exiuit vincens vt vinceret. Cum ergo externas vincit, magis internas vincere debebat cum sint fortiores, ergo fuit in illo peccandi causa. *Apoc.6.*

RESPONSIONES,

Obiectorum.

Ad primum. Deus meus, Deus. Respon. quòd peccatum esse in Christo stat dupliciter vt inquit Damascenus.

Primomodo absolute.
Secundomodo respectiue. } Absolute vt persona diuina suppositans naturam humanam, quatenus dicitur esse homo passibilis & mortalis, & sic nullomodo fuit, nec potuit esse peccatum in Christo, & hoc modo non loquuntur de Christo ille Auctoritates.

Secundomodo consideratur relatiue ad Ecclesiam, & ad nos vt caput Ecclesiæ & humanæ naturæ & hoc modo ascribitur peccatum. Nam in Cruce pro nobis peccatoribus loquebatur. Sed propter relationem quàm habet nobiscum loquebatur in persona sua pro membris Ecclesiæ.

Ad secundum fecit peccatum. Respon. facere aliquem esse peccatorem stat dupliciter.

Vel verè
Vel similitudinarie. } Fuit ad similitudinem ratione carnis, ratione passibilitatis, & mortis quæ sequuntur peccatum, vel illum qui patitur pro aliorum peccato. Roma.8. d. Esaia posuit in eo iniquitates omnium nostrorum. Isai.53. *Roma.8. Isai.53.*

Secundo dicitur fecisse peccatum, quia fuit factus hostia peccatoris, & pro peccatis. Patet ex simili quod legitur Oseæ.4. Peccata populi mei comedent ideſt sacerdotes. Nõ quia possent comedere peccata, sed quia comedebant hostias factas pro peccatis, sic Christus factus est hostia peccatorum.

Ad 3. potuit dicere loquutionem falsam. Beatus qui potuit trans. Respon. quòd dicere est bifariam. Vel quatenus significat proferre falsum & hoc modo potuit dicere. Nam protulit calumnias illatas à Iudæis falsi, & hoc non dicit peccatum, sicuti quando ego dico quòd Iudas est proditor, & auarus, Vel quatenus dicere significat asserere & hoc modo non potuit dicere falsum, nec peccare. Respon. Secunda posse dicere stat dupliciter. vel dicendo vel recitando. Dicere non vt à se, sed recitando. Exem. in Notario, Nam legit testimonia falsa, & asserit esse falsa, non quia dixit falsum sed quia recitat aliorum falsitatem sic Christus recitat falsa Iudeorum.

Ad 4. Totum me assumpsit vt me totum liberaret. Respon. Totum assumi stat dupliciter.

Vel materialiter
Vel formaliter. } Totum materialiter ideſt. Totum rationem naturæ, quo ad substantiam & corpulentiam & sic totum assumpsit.

Totum formaliter ideſt secundum rationem seminalem in qua concurrit actio seminalis, & hoc modo nõ accepit. Quoniam à spiritu S. facta est completio corporis, Vti Adam materialiter à terra & passiue, actiue vero à Deo. Ideo in Christo fuit solum materialiter non formaliter, nec seminaliter.

Ad 5. Fuit potentia peccandi, quia anima rationalis ad oppositа. Respon. Potentia dupliciter sumitur.

Simpliciter &
Secundum quid. } Simpliciter potentia est illa libertas animæ quæ de sui conditione potest peccare, & non peccat, & hæc libertas non fuit in Christo.

Secundum

Secundum quid & est illa potentia vel libertas, quæ sic regulata est, quòd non potest peccare, ita fuit libertas in Christo ordinata & regulata, vt nullomodo posset peccare.

Ad 6. Debuit omnes tentationes vincere. Respon. Quod victoria est triplex.

Prima est cum dedecore in fraude,
2. Cum dedecore in honore,
3. Cum honore in gloria.

} Prima est Dyaboli
2. Hominis
3. Christi.

} Dyabolus hominem Adamum cū dedecore vicit, quoniam fraude & habitu serpentino vilissimo.

Homo vicit Dyabolum cum dedecore in honore, Cum dedecore, quia prius fuit victus à Dyabolo, Cum honore quia postea Dyabolum ⌝vicit.

Christus vicit Dyabolum cum honore in Gloria, cum honore quia ⌝vicit ⌝vincentem omnes. Nam Dyabolus omnes vicerat, Cum gloria, quia omnibus victis vincendi dedit facultatem. Hæc pro præsenti, in qua habuistis quomodo in Christo non fuerit. In sequenti examinabimus quæstionem Doctoris de Beatitudine Animæ Christi.

LECTIO QVADRAGESIMA

Quinta super Dist. 12. Ioan. Bachonis in qua quærit. An Anima Christi sine omni gratia habituali, sed ex sola vi vnionis ad Verbum in vnione hypostatica fuerit Beatifica? In hac lectione quatuor agam.

Primum erit circa Doctorum placita,
2. Quid sentiat Doctor,
3. Circa probationem conclusionis, &
4. Circa solutionem argumentorum.

} Quo ad primum circa Doctorum placita. In hac quæstione sunt isti Doctores præstantissimi videlicet.
Petrus de Aluerna,
Henricus de Gādauo.
Scotus Duns &
Doctor noster Bachonus.

Ar. prima Ar. 1. Petrus de Aluernia tenet quòd necessario requiritur iste habitus super naturalis ad hoc vt possit esse Beata. Henricus tenet quòd sufficit obiectum præsens in ratione fruibili, & potentia eleuata & disposita cum sibi præsentetur obiectum quàm dispositionem & idoneitatem recipit ex vi ⌝vnionis cum verbo. Scotus distinguit de habitu, & de actu. Nam inquit. Habitus est duplex.

Lib. 3. d. 9.
Alter informans animam
Alter disponens animam.

} Primus habitus gratiæ informans animam ad hoc vt possit habere actū beatificum non requiritur. Quoniam sine omni lumine gratiæ, potest in actum beatificum, quia proprius actus potest recipi in propria potentia. Anima est potentia beatificabilis, ergo sine alio lumine beatificari potest. Nam si per se esset iste habitus, posset per se recipere actum talem beatificum, sicut exemplo apparet. Si superficies posset esse per se, per se reciperet colorem, sed hoc est impossibile. Quoniam tale lumen posset beatificari. Ideo actus est duplex. Vel vt dicit receptionem, ⌝vel vt dicit operationem. Primomodo non requiritur, secundo ⌝verómodo requiritur. Ille est Beatus qui est quietus, sed sic est quod per tale: Lumen anima quietatur, ergo. Probo minorem. Perfectissima forma ad quā aliquid est in potentia quietat habentem lumen hoc, est perfectissima forma, quoniam est causa recipiendi omnes alias formas, ergo perfectissima, ergo Beatitudo.

2. vero habitus, vel vt rectius loquar, 2. actus animæ beatificus qui dicitur Dei Dilectio, & in hæsio nulli dubium est quòd nequit attingere, neq; elicere sine gratia habituali. Ratio est aperta.

Ar. 2. Anima nostra est causa creata, causa creata non est causa totalis sed in suo effectu requirit aliud coadiuuās requirit causam secundariam, causa secundaria non potest esse Deus, ergo erit lumen gratiæ. Ioannes Bacho. dicit quòd ista quæstio includit duo.

Alterum est absolutum
Alterum est ordinatum.

} Si loquamur absolute certum est quòd Deus potest animam ipsam beatificare sine aliquo lumine. Nam inquit Doctor si vellet se ostendere animæ meę sine alio habitu gratiæ posset facere. Ista in primo q. 1. ar. 4.

Si loquamur de potentia ordinata dicimus quòd in anima Christi requiritur necessario lumen eleuans animam ad dispositionem & ad eliciēdum actum beatificum quo ad visionem cognitionem & dilectionem Dei. Hoc patet in Clemen. Cap. 3. de Hære. Ad nostrum de Absoluta. Hinc Doctor multis rationibus probat quod dicit, nempe quòd absolute loquendo non requiritur habitus, vt dicebat Petrus ad recipiendum actum beatificum. Nec requiritur habitus ad eliciendum habitum beatificum, sed solum requiritur aliqua passio qua potentia passiue excitatur ab obiecto suo vt exeat in actum. Et probatur sic.

Illud quod est in potentia obedientiali respectu alicuius non requirit habitum ad actum primarium vel secundarium, At anima Christi est in potentia obedientiali respectu actus beatifici, ergo non requirit habitum ad illum, vel vt recipiat beatitudinem, vel vt eliciat beatitudinem, Maior est vera. Probo minorem.

Nam ista potentia obedientialis.

Vel est passiua
Vel est actiua
Vel rationalis
Vel optima,

} Si est potentia passiua, ergo non requirit habitum, quoniam passiua potentia est principium transmutandi ab alio in quantum aliud, Vnde nil operatur per se.
Patet in exemplis apertissimis, vt in sacramento altaris. Nam facta transmutatione ⌝panis in carnem Domini, quantitas illa longitudinis, latitudinis, & profunditatis, & simul qualitas albedinis, & saporis, per suam potentiam obedientialem non recipit nouam formam per quā posset subsistere per se, sed hanc subsistentiam immediate à Deo recipit, & dat illi mirabili quadam vi, subsistentiam, Vnde à potentia exit in actum.

Si vero ista potentia obedientialis erit actiua minus requirit habitum istum, quoniam de se apta est ad apprehensionem sui finis, & sui termini. Patet in exemplo naturali, & mirabili.

Nam certum est quòd ignis vt ignis infernalis non potest agere in spiritum damnatum, quia non est proportio, tamen agit. Sed quomodo agit? Respondent. Quia est instrumentum diuinæ Iustitiæ. Sed quomodo est instrumentum? Forsan quia imprimit aliquam nouam formam ad hoc vt cruciet animas damnatorum? Minime. Nullam formam imprimit, sed solum recipit quandam influentiam, & quandam motionem ab agente supremo, per quàm operatur ad damnatorum cruciatus.

Confirmatur

Confirmatur à simili de Anima vegetatiua & de calore naturali. Quæritur quomodo calor naturalis possit habere tantam vim vt cibum mutet in carnem hominis? Respon. Domini Medici. Quia calor naturalis est instrumentum ⌝vegetatiuæ. Et si dicatur. Forsan à vegetatiua recipit formam nouam vt possit in cibum carnem operari? Respon. Quod nullam formam recipit, quæ sit actus primus vel secundus sed solum recipit quandam influentiam, & motionem per quam potest agere. Si est potentia rationalis erit magis apta, si optima erit maxime optima. Ideo dicit Doctor p. q. Prologi ar. 3. & hoc totum exercitij causa. Intellectū nostrum posse in Dei cognitionem uisionem Dilectionē & actum beatificū sine aliquo habitu præuio stat dupliciter.

Vel de potentia ordinata Dei,
Vel de potentia absoluta

} Si loquamur de potentia ordinata pro vt respicit conditionem nostram naturalem, dicit quòd est impossibile eleuari in Dei cognitionem vt eleuare in cognitionem rerum naturalium absq; dono & lumine supernaturali propter improportionem inter Deum infinitum & potentiam finitam. Deus infinitus. Intellectus est finitus, ergo.

Doct. q. p. pro. ar. 3. in medio. D. quòd de facto ad cognitionem naturalem requiritur aliquod lumen donum. Fides charitas propter de cretalem in lib. 6. de hæreticis nam facit ad exercitium. arg. 3. & 4. Vbi datur summa gratia ibi eleuatio in Beatitudinem.

Si vero loquamur de potentia Dei absoluta, cum Deus omnia possit absq; medio, Dicit quòd Deus posset eleuare animam ad actum Beatificum sine dono, & habitu supernaturali. Nam Deus posset se ostendere animæ si vellet & illam beatificare. Ratio talis est.

Intellectus & ⌝voluntas sunt potentiæ apprehensiuæ & liberæ, sed omnis potentia apprehensiua & libera nata est in actum suum exire naturaliter non per speciem impressam, nec per habitum præcedentem illam, sed solum per obiectum præsens & per speciem quæ intellectum voluntatē quę excitant, & disponunt, ergo Deus potest per quandam excitationem vel influentiam, ac confortationem intellectum ipsum excitare, mouere, & ad Beatificum actum, eleuare, & terminare. Hinc in ar. 3. Quærit. An illa excitatio, passio, motio & eleuatio sit aliquid reale in anima Beatificata? Respon. Doctor dicens q̄ excitatio comparatur ad Deū dup.

Primomodo vt Deus dicitur esse causa finalis,
Secundomodo ⌝vt Deus dicitur esse causa efficiens.

} Si motio, vel excitatio, & passio ista consideretur vt respicit Deum causam finalem, dico q̄ nihil est reale in anima, quia causā finalis de mente phylosophorū non agit, nec mouet proprie sed solum metaphorice. Nam ex causa finali non producitur aliquid noui, sed solum excitatur quædam affectio & delectatio in medijs ad consequendum talem finem. Exempli causa. Medicus ab ipsa sanitate vt finis proprius delectatur & mouetur ad præparandum pharmacum, & ex pharmaco & calore naturali producitur sanitas. Finis quòd est sanitas nil reale fecit, quia nondum erat realiter, ergo nil producit realiter, Quoniam productio realis est ab ente in actu & ab ente præcedente. Præcedit solum in mente, & conceptus in mente, nil reale producit, ergo.

Causa finalis nō mouet propriè

Si motio vero, ⌝vel excitatio, consideretur vt respicit Deum ⌝vt Deus est causa mouens & agens dicit Doctor quòd, in Intellectu duo realia causantur.

Alterum dicitur esse Passio
Alterum vero actio.

} Passio respectu obiecti diuini mouentis & excitantis animam ad actum beatificum.

Actio respectu Intellectus qui intelligit, cognoscit, & Deum mouentem amat. Sed omnia ista sunt realia in Intellectu & anima Christi, ergo realiter causatur aliquid.

Confirmat hoc per Simplicium in Prædicamento Actionis. Nam eo loci quærit Simplicius Vtrum intelligere sit pati solum? Respon. quod est mistum ex passione & actione. Ex passione quia obiectum realiter mouet intellectū & ex actione. Quia Intellectus realiter apprehendit obiectum, ergo ex ⌝vtrisq; Sed ista sunt realia, ergo aliquid reale præcedit in intellectu actum beatificum.

Confirmatur. Agens principale in actione præcedit semper, & præuolat in actione agens secundarium, & proxinum, ergo cum Deus sit agens principale & anima Christi sit agens secundarium & proximum Deus illam præcedet excitando, & confortando ad hoc vt possit agere. Minor est vera, maior probatur. Nam illud quod dirigit aliud in opus suum directione generali, vniuersali, & spetiali semper præcedit, & præuolat illud, Cum Deus Animam Christi, & omnes alias dirigat in suos actus elicitos beatificos, ergo præuolat antecedendo, ergo præcedit aliquid. Hæc quo ad probationem conclusionis. Modo insurgunt dubia maxima ex quibus hæc potissima selegi.

OBIECTA CONTRA,

Predicta videlicet quod habitus necessario præcedat actum beatificum, et quòd exempla Doctoris non sunt accommodata nostro quæsito.

Arg. 1. Christus est eiusdem naturæ vniuoce cum alijs hominibus licet fuerit perfectior in natura. Sed alij homines indigent habitu supernaturali regulante & dirigente motus naturales sensitiuos & animam intellectiuam ad illorum beatitudinem, ergo & Christus habebit hunc habitum ad fruitionem.

Maior est clarissima. Quia fuit verus homo, sed minor probatur ex Paulo qui dicit. Gratia Dei sum id quod sum. Sic de fide & de charitate, ergo.

Arg. 2. Si non indigeret hoc habitu esset forsitan quia anima Christi vnita esset ipsi verbo in esse personali & hypostatico: sed hoc est falsum. Probo.

Minus nobile non potest esse causa magis nobilis, sed vnio est minus nobilis quàm sit Beatitudo, ergo nō potest esse causa. Ratio, causa est nobilior effectu suo, ergo si vnio esset causa sequeretur q̄ ⌝vnio, quod est causa esset minus nobilis.

Finis & vltimum conuertuntur cum nobiliori, & meliori, sed Beatitudo est finis vltimus ipsius animæ & nō ipsa vnio, ergo nobilior ipsa vnione, ergo nō erit causa. Ideo D. Doctor & obserua q̄ vltimū est duplex.

Alterum quietans
Alterum destruens.

} Primum est Beatitudo.
Secundum mors.

} Primum ⌝venit à libertate, & quietat cum delectatione, ergo.

Secundum à necessitate & istud non quietat, de quo Philo. 2. Phy. com. 23. Vltimum & finis non conuertuntur ideſt mors, quia destruit Est finis destructiuus, & anihilatiuus in quo non quies sed miseria & luctus, ergo redeundo ad propositum vnio non ⌝vltimum vt finis dicitur esse causa, ergo nec ratione vnionis eleuatur ergo, habitu indiget.

T. com. 23.

Arg. 3. quòd

Probationes. Arg.3. quòd vnio sit causa eleuationis. Vbi datur summa gratia ibi datur summa eleuatio in Beatitudinẽ, Sed in vnione hypostatica datur summa gratia, ergo summa eleuatio ad actum beatificum.

Maior est vera, minor probatur. D. Aug. 13. lib. de Trini. c. 10. In rebus per tempus ortis ista est summa gratia quòd homo in vnitate personæ coniunctus est Deo.

Regula consequens. Arg.4. Certum est quòd in consequentia formali semper cõsequens dicitur esse de intellectu antecedẽtis, & quod sit de intellectu cognoscitur hoc pacto. Quando ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis tunc dicitur formalis. Modo sic arguit Henricus, Deus vnitur humanæ naturæ, ergo humana natura est beata; Probatur. Quia ex oppositio conseq. sequitur oppositum antecedentis. Patet ex Aug. 2. de Trini. c. 6. respondens cur spiritus sanctus non fuit vnitus columbæ hypostatice? Dicit. Quia flatus, & columba non beatificantur, ergo dicam à simili, si Non beatificatur natura humana, ergo non est vnita, sed est vnita, ergo beatificatur.

RESPONSIONES.

Breuissimæ.

Ad primum & ad secundum. Respon. quòd indigere habitu stat dupliciter. Vel de potentia absoluta & hoc modo non indiget, vel de potentia ordinata & hoc modo indiget. Argumentum cutrit secundo modo Nos primo modo tenemus.

Ad secundum effectus non est nobilior causa. Transeat. Beati. est nobilior vnione. Negatur. valeret quãdo vniens Deus non esset. At est suppositum diuinum. Ideo concedimus opinionem Henrici quæ est pulcherrima. Hæc pro præsenti. In qua audistis quid potentia absoluta & ordinata & cæt. In sequenti Aggrediar Magistri Distin. 13. in ordine in qua quærit. An Christus potuerit in sapientia & gratia proficere?

LECTIO QVADRAGESIMA

Sexta super distinctione Tertia Decima Mag. sen. in qua quærit. An Christus potuerit proficere quo ad scientiam et quo ad gratiam? Vbi videbimus tria. Quo ad primum quòd in Christo fuerit gratia singularis sic probatur. Nam dicam tria.

Primum quòd in Christo fuerit Gratia singularis Gratia plena Gratia immensa	} Gratia singularis dicitur esse gratia personæ, gratia personę dicitur esse donum quo anima, vel persona Deo fit similis, fit cara, & ad opera meritoria exercenda apta & prompta, Cum ergo Christus secundum humanitatem fuit
2. quomodo Christus profecerit, 3. Soluemus difficultates.	} Deiformis, operaq; immensi meriti, & satisfactionis exercuit, necesse fuit illum gratiam istam habere. Quoniam

opera meritoria à gratia pendent. Igitur. Confirmatur. In Christo fuerunt duæ voluntates. Altera creata. Altera Increata, Creata fuit semper conformis Increatæ, Increata est Deus, sed nulla voluntas perfecte, & meritorie potest esse conformis Deo sine gratia creata, & singulari, ergo in Christo fuit ista gratia. Quo ad secundum quod fuerit gratia plena sic probatur.

Ioan. primo. D. Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, Gloriam quasi vnigenitia patre, plenum gratiæ & veritatis. Idem Ioannes. De plenitudine eius omnes nos accepimus.

Esa. 11. Idem Esai. Repleuit eum Dominus spiritu timoris Domini. Sed scriptura errare non potest ergo.

Epho. 4. Præterea quòd implet omnia, ipsum plenum esse necesse est. At Christus implet omnia gratia, ergo ipso est plenus. Hinc dicebat Paulus. Ascendit super omnes cœlos vt ad impleret omnia. Hinc ex fontibus Theologorum collegi quòd plenitudo sumitur octo modis, scilicet.

Naturaliter, Temporaliter, Regaliter, Sufficienter, Excellenter, Copiose Gloriose & Superabundanter.	} Naturaliter, in Deo, Temporaliter in Incarnatione verbi, Regaliter & vniuersaliter In Petro, Sufficienter in anima, Excellenter in Maria Virgine, Copiose in Ecclesia, Gloriose in cœlo, & Superabundanter in Christo.	} Naturaliter in Deo, quia Deus est in se, à se & per se Arcipellagus omnium perfectionum De quo dicebat Iacobus. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Temporalis plenitudo dicitur esse Incarnatio, in qua omnia tempora gratiæ, naturæ, amoris & gratiæ vniuntur & amplectuntur de qua scribit Apostolus dicens. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium sum factum ex mu. f. sub lege.

Iaco. 1. Ep. Regalis & vniuersalis in Petro, & successoribus. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in Cę. Sufficienter in singulis animabus. De qua scriptum est. Dedit vnicuiq; secundum propriam mensuram. Et illud. Actuum Stephanus plenus gratia & fortitudine.

2. Tessa. primo Excellens gratia in Beatissima Virgine Matre Redemptoris de qua dictum est. Aue Maria gratia plena. Copiosa gratia in Ecclesia propter Indulgentias spiritus sanctiq; assistẽtiam. De qua plenitudine Paulus Tessalonicenses alloquens dicebat. Euangelium non fuit ad vos in sermone tantum, sed in virtute, & in spiritu Sancto & in plenitudine multa.

Eccl. 4. Glorioſa plenitudo dicitur esse in cœlo de qua Ecclesia In Plenitudine Sanctorum detentio mea. Super

Ioan. 1. abundans plenitudo in Christo, de qua Ioannes. De plenitudine eius accepimus. Hinc notatur quòd in Christo plenitudo ista fuit.

Perfecta,

Perfecta,	} Perfecta, quia habuit omnes gradus intensiue ipsius gratiæ.
Totalis,	} Totalis, quia habuit tantam gratiam extensiue vt omnes saluare poterat.
Communis,	} Communis, quia habuit gratiam non tantum pro anima sua quantum pro alijs,
Fructuosa,	} Fructuosa. Quia ex sua passione & morte fructum infiniti meriti acquisiuit.
Super abundans,	} Super abundans. Quia transfudit illam in mundum verbo, & facto.
Mensurata	} Mensurata, quia erat creata, & increatura finita est, Nã omnia in, põderet numero & mensura fecit Deus. *Sapientiæ. 2.*
Immensa & Infinita.	} Immensa. Quia improportionabiliter omnes sanctos simul vnitos excedebat in gratia, & sapientia.

Infinita tum quia in Christo non limitatur nec gradus eius ab humano angelicoq; intellectu minime cognosci potest, cum etiam propter vnionem animæ eius, ad diuinum Verbum, invnitate suppositabili, & personali. Et cum verbum sit infinitum, infinita erit gratia. Hinc Christus respectu gratiæ dicitur esse similis.

Capiti, Radici, Cordi Igni Soli Olympo.	} Capiti, Quoniam sicuti in capite sunt omnes sensus, in corde omnes venæ. In radice omnes rami. In igne calores, in sole radij, & in Olympo omnium montium altitudo, sic in Christo omnes gradus, omnes conditiones, & omnes excellentiæ gratiæ increatæ existunt, resplendent, & iradiant.

Confirmatur Quanto aliquid est propinquius alicui principio summo & infinito influenti, tanto magis ab illo principio recipit virtutem, & perfectionem principij. Sed anima Christi fuit propinquissima verbo infinito influenti omnes gratias per vnionem, ergo cum Verbum sit immensum, in immensum accepit gratiam. Nam quanto magis quis igni soliq; propinquior reperitur, tanto magis calorem, lumenq; recipit, ergo cum Christi Anima fuerit vnita verbo in summo summam, immensamq; recepit gratiam, ergo potuit proficere.

Præterea Si effectus dicitur esse immensus, & infinitus, ergo & causa erit immensa & infinita. Sed sic est q effectus diuinæ gratiæ in Christi anima fuit infinitus, ergo & gratia infinita. Maior clarissima probo minorem. Nam effectus gratiæ Christi fuit quòd diceretur Deus homo, & homo Deus, sed Deus est infinitus, ergo, & gratia illa infinita, ergo non potuit proficere.

Præterea Illud dicitur esse immensum & infinitum cui non potest fieri additio, sed gratiæ animæ Christi non potest fieri additio, ergo fuit infinita. Maior vera. Probo minorem. Si fieri potuit additio, ergo Christus non habuit prefectam gratiam, ergo potuit aliam appetere, ergo non habuit omnem mensuram, sed hoc falsum, ergo. Nam Christus erat non solum viator, sed compræhensor, ergo satiatus, ergo infinita, ergo non potuit proficere.

Ideo dicebat Ioannes. Non ad mensuram dat Deus spiritum, scilicet Christo, ergo infinitus quia immensum & infinitum conuertuntur. *Ioan. 3.*

Idem dicebat Iob. Non æquabitur ei aurum, aut vitrum Gregorius exponens verba illa quærit. Quid vult innuere per illud aurum & vitrum? Respon. quod hic sunt tria pensanda de Christo videlicet. *Iob. 28.*

Aurum Vitrum & Inæqualitas.	} Aurum significat Gratiam Christi Vitrum significat sapientiam Christi & Et in æqualitas significat mensuram gratiæ & sapientiæ Christi.

Et sicuti aurum in valore omnia excedit metalla. Vitrum in splendore & repræsentatione omnes excedit creaturas, Et inæqualitas immensa omnes excedit mensuras in infinitum, sic anima Christi in gratia, sapientia & mensura gratiæ ac sapientiæ omnes excedit sanctos, & ang. ergo stat nostra conclusio quòd nullomodo fieri potest additio, nec potest esse in ea profectus. Hæc quo ad conclusionem quòd non potuit proficere.

OBIECTA CONTRA.

Predicta quibus probatur quòd profecerit gratia sapientia et ætate.

Arg. 1. Quod repugnat sacræ scripturæ non est admittendum. Hæc positio sacræ scripturæ repugnat, ergo non est admittenda. Nam inquit. Puer Iesus proficiebat sapientia ætate & gratia apud Deum & apud homines ergo: *Lucæ. 2.*

Idem asserit Paulus, 12. Corin. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in nobis, ergo potuit dare gratiam infinitam.

Arg. 2. Virtus infinita à nulla creatura potest coartari, sed anima Christi erat creatura, ergo non poterat coartari, ergo cum sit finita. Quia finito potest semper fieri auctio per additionem poterat semper augeri, ergo proficere.

Arg. 3. Receptum dicitur esse in recipiente per modum recipientis. Nam debent esse proportionata vnde non debent excessum pati, ergo cum anima Christi sit creatura & creatura sit finita ac limitata, ergo & gratia recepta ab illa erit finita & limitata. Sed omni limitato fieri potest additio, ergo & profectus.

Arg 4. Præterea status viatoris ordinatur ad proficiendum dicente scriptura. Ibimus de virtute in virtutem. At Christus erat viator, ergo poterat proficere.

Arg. 5. Profectus dicitur esse pœnes habitus virtutum. In Christo non fuerunt omnes habitus virtutum, ergo profectus.

Arg. 6. Christus proficiebat, & crescebat vere secundum ætatem & corpus, ergo & secundum scientiam, sapientiam, & gratiam. Ita dicit Ambrosius. li. 3. de S. Sancto. Et probatur. Nam. Aut proficiebat interne sicuti externe, aut non proficiebat. Si proficiebat, ergo non erat plenus, Si non proficiebat, ergo aliter se ostendebat quàm erat, ergo apparens, & mendax, sed hæc sunt absurda, ergo proficiebat.

RESPON-

IN III. SEN. *RESPONSIONES, Argumentorum.*

Ad primum proficere ſumitur trifariam.

Proficere dupliciter Vlpia. de Iure Iurando.

Vel acquirendo
Vel manifeſtando.
Vel auxiliando
Iuuando, operandoq;
} Proficiebat non acquirẽdo ſed manifeſtando, & oſtendendo ſe proficere 2. Proficiebat. Dicent legiſtę, auxilium ferendo. Dicebat Vlpianus de Iureiurando. Matris iusiurandum patri non proficiet, nec nocebit ſi mater detulerit ideſt Chriſtus auxilium ſingulis diebus omnibus oſtendebat ſanando, illuminando, Reſurgendo. 3. Proficiebat. Quia opera magna, Immenſa & infinita operabatur ſuper omnes Prophetas & mortales. Nam ◡bi in ætate creſcebat, ſic opera præſtantiora, admirabiliora & ſuper humanum iuditium faciebat. Reſpon. igitur formalis ſit hæc proficiebat effectiue, non acquiſitiue.

Ad ſecundum erat creatura finita, ergo poterat fieri additio. Reſpon. quod additio dupliciter conſideratur & q; nullomodo poteſt fieri additio.

Nec reſpectu formæ
Nec reſpectu ſubiecti.
} Reſpectu formæ. Nam forma dicitur eſſe perfectiſſima intenſiue quando ◡ltimum ſuæ eſſentiæ attingit gradum, quem poteſt habere. Exemplum. Ignis in ſua ſphæra ſecundum formam minime augeri poteſt, quoniam omnem caliditatis attingit gradum, ſic terra in grauitate. Nam non datur locus profundior terra, ergo. Ratio quia omnia in numero & pondere fecit. Deus.

Non fit auctio ſecundum ſubiectum, quando ſubiectum habet id quod ſecundum ſuam capacitatem & modum poteſt recipere. Vt aer non poteſt creſcere in caliditate quando pertingit ad ◡ltimum gradum caloris ſibi conuenientem.

Habita hac diſtintione, Dico quòd nec ex parte gratiæ
Nec ex parte ſubiecti poteſt fieri auctio.
} Non ex parte gratiæ, quia maior nec intenſior reperitur ipſa vnione diuini verbi cum humana carne. Nec ex parte ſubiecti. Quia Chriſtus erat interminо, erat viator & compræhenſor. Sic etiam in ſanctis non poteſt fieri additio maioris gloriæ & præmij eſſentialis, ergo profectus eſt ex parte manifeſtationis, non acquiſitionis.

Ad omnes etiam alias rationes dicimus abſolute quòd proficiebat quantum ad oſtenſionem, non quo ad veritatem. Ita ſe gerebat quo ad manifeſtationem gratiæ & ſapientiæ ſicuti creſcebat quo ad corporis ætatem. Ideo aliquo modo oſtendebat ſe ignorare etiam matrem expertemq; omnium, ac ſi fuiſſet vera creatura ſimplex. Ideo pro concluſione dicam. Quòd magnitudo ſumitur quinq; modis pro nunc.

Prima eſt Matemathica
2. Naturalis
3. Communis
4. Singularis
5. Super cœleſtis.
} Magnitudini mathematicę poteſt fieri additio per intellectum in infinitum ſed non realiter, quia nullomodo datur iſta magnitudo.

2. De anima. Magnitudini naturali non poteſt in infinitum fieri additio, ſed vnaquęque magnitudo dicitur eſſe finita dicente Philoſo. 2. de Anima. Omnium naturalium conſtantium eſt terminus & ratio magnitudinis, & augmenti, Ideo cœlo nulla poteſt fieri additio, nec ipſis luminibus ſolaribus, & ſtelliferis. Et licet quædam animalia planteq; vt Cete, & Crocodillus in immenſum aſcendant, tamen habent ſuas periodos, terminos, fineſq; terminatos, aclimitatos.

Magnitudini communi quæ eſt gratia creata: charitas, ſcientia & omnes habitus ſpeculatiui & practici, poteſt fieri additio. Nam quotidie proficimus, quotidie aſcendimus de ◡virtute in ◡virtutem. Hæc magnitudo reſpicit omnes viatores, quibus poteſt fieri additio continua vſq; ad finem. Hinc quandoq; in maiori, quandoq; in minori gratiæ gradu reperiuntur dicente Dauid. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.

Mag. ſingulari, quæ dicitur fuiſſe in Beatiſſima Virgine credo quòd non potuerit eſſe additio vt talis creatura ratione maternitatis. Nam quid poteſt maius excogitari maternitate Dei? Nil in ſimplici creatura.

Magnitudini deniq; ſuper cœleſti quæ fuit vnio carnis humanæ ipſi verbo certè nulla poteſt fieri additio nec auctio, cum opus iſtud omnia excedit opera facta & fienda, & ſic concludimus nullam fuiſſe auctionem Chriſto. Nec vt ſubiectum, nec vt gratia plenus. Hæc pro præſenti. In qua habuiſtis & cæt. Inſequenti aggrediar Diſt. Doct. in qua q̃rit an Aĩa Chriſti videat, vel cognoſcat habitualiter, vel actualiter, quę ſũt in verbo?

Diſt. 13.

LECTIO QVADRAGESIMA

Septima ſuper diſtinctione 13. Ioannis Bachonis in qua quærit. An Anima Chriſti videat actualiter, et cognoſcat omnia quæ videt verbum diuinum? Pro clariori notitia huius quæſiti compendioſe proponam aliqua quæ multum rem ipſam illuſtrem facient.

6. Ethi. erit. Primum circa habitus Intellectus
2. Circa opiniones Doctorum.
3. Circa concluſionem Bachonis.
4. Soluam difficultates
rere, & operari.
} Quo ad primum neceſſe eſt ſcire vt obſeruat Phi. 6. Ethi. q potentia intellectiua rationalis humana, habet quinq; præcipuos habitus quibus facile, prompte, & expedite poteſt in quamcunq; rem propoſitum ſpeculari, meditari, diſcur-

Primus habitus dicitur eſſe Intellectus.
2. Dicitur ſcientia,
3. Sapientia,
4. Ars, &
5. Prudentia.
} Habitus eſt principiorum,
Scientia concluſionum,
Sapientia æternorum,
Ars factibilium, &
Prudentia agibilium.
} Habitus principiorũ qui vocatur Intellectus eſt perfectio quædam naturalis, qua naturaliter intelligit omnia principia naturalia

naturalia complexa. Vt omne totum eſt maius ſua parte. Nam cognita parte quid ſit, & ipſum totum concludit omne totum ſua parte maius eſſe ſic in linea, & in ſingulis, ſic illud ſi ab æqualibus æqualia demas. Iſte habitus eſt ſemper ◡verus, quia ex principijs neceſſarijs in quibus omnis veritas fundatur. Eſt componens, & diuidens, quoniam principium eſt propoſitio Immediata affirmatiua & negatiua. Vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, de nullo ambo. Scientia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus ex principijs primis veris immediatis, & neceſſarijs. Sapientia eſt habitus, quo ſcit omnia, altiſſima profundiſſima æterna temporalia, diuina humana, difficillima & facillima, & deniq; quo regulas viuendi, regendi, operandiq; inunaquaq; arte tribuit. Ideo quidam Murgites nomine apud Homerum (vt teſtatur Ariſto.) vocabatur ſapientiſſimus quia fuit omnium cognitor.

Murgites ſapientiſſimus.

Ars dicitur eſſe habitus cum ratione factiuus regulans intellectum practicum ad bene, recteq; operãdum. Hoc declarat Cicero in ſua Rheto. dicens. Ars eſt collectio multorum præceptorum ad ◡vnum tendentium. Hac ſtatuarius, ſcriptor, Pictor, & Architecti ad opus tendunt.

Prudentia deniq; dicitur eſſe habitus ◡verus hominis actiuus circa bona & mala humana, Quo ſcit bene conſiliari, vt bona vniuerſaliter proſequantur & mala relinquantur. Vti inter antiquos narratur de Pericle Philo. Ex his, quia non eſt propoſitum agere de habitibus præciſe, ſed ſolum de cognitione animæ Chriſti. An in verbo videbat habitualiter? Hoc eſt per habitum infuſum videbat ne con omnia quæ erant in ◡verbo, vnde poteritis facilius Doctorem intelligere. Et quoniam præſens difficultas à maximis Theologis agitatur. Ideo quoſdam in medium afferam, ſubinde ponam Doctoris concluſionem & probabo. Ex Doctoribus igitur quatuor affero opiniones maximæ Doctrinæ, & vtiliratis.

Prima opinio eſt Doctoris incogniti
2. Scoti
3. Thomæ
4. Bachonis.
} Prima opinio dicitur eſſe cuiuſdam Doctoris incogniti aſſerẽtis quòd anima Chriſti poteſt cognoſcere in verbo ſcientia Viſionis omnia quæ cognouit verbum. Non poteſt tamen cognoſcere quæ cognoſcit Verbum ſcientia ſimplicis notitiæ, Declarans ſeipſum inquit. Scientia viſionis habet pro obiecto ea quę ſunt realiter exiſtentia, Scientia ſimplicis notitiæ habet pro obiecto, præſentia, & futura poſſibilia, licet nunquàm reducentur ad actum.

Opinio primæ.

Probatur iſta opinio. Quoniam potens in omnes effectus alicuius cauſæ, poteſt compræhendere illam cauſam. At Deum nullus intellectus compræhendere poteſt, ergo nec poteſt omnes effectus cognoſcere.

Hæc opinio reprobatur à Doctore per inſtantiam. Nam non ſequitur cognoſcit omnes effectus, ergo cauſam.

Apparet in cognitione concluſionum & principiorum, In ſubiecto & paſſione. In relatione & fundamento quando cauſa, fundamentum, & ſubiectum excedunt concluſiones relationes & paſſionem. Nam poſſumus cognoſcere vnum ſine alio. Non ne cognoſco perfecte relationem dominij Regis cum populo, Riſibilitatem hominis, & concluſiones mathematicales & ignoro naturam, ſubſtantiam, & excellentiam principiorum fundamenti, & ſubiecti quo ad integritatem? ſic poteſt anima Chriſti cognoſcere omnes creaturas in verbo & non compræhendere eſſentiam.

2. Opinio Scoti eſt quod omnia videre poſſit actualiter quæ relucent in verbo.

Anima Chriſti videt actualiter verbum, ſed in verbo omnia relucent, ergo omnia ◡vider. Maior apparet quoniam Anima Chriſti excedit omnes animas & Intellectus ergo ſupra omnes videt. Hanc opinionem non negat Doctor ſed accipit ◡vt conformis ſuæ poſitioni.

2. Opi. Scoti.

3. Opinio Beati Thomæ eſt. Quod in Chriſto duplex eſt cognitio.

3. Opi. S. Tho.

Altera habet pro obiecto, omnia quæ fuerunt, quæ ſunt, & quæ erunt in quocunq; tempore, loco, & modo, & ſic in ◡verbo omnia cognoſcit, dicente ſcriptura ſacroſancta Dig. eſt agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatem & ſcientiam. Gloſſa dicit ideſt ſcientiam omnium rerum.

3. P. q. 10. ar. 2

Altera cognitio habet pro obiecto non ſolũ præſentia, præten. & futura, ſed quædã quæ nunquã reducentur ad actum, quæ ſunt tantum modo in diuina potentia, & iſta nõ cognoſcit, Quia. d. Doctor S. hoc pacto diuinam compræhenderet eſſentiam, hoc falſum, ergo.

Scientia viſionis habet pro obiecto omnia quæ Deus facere diſpoſuit. Scientia ſimplicis, omnia quæ poteſt facere

Huius mentis videtur eſſe D. Bona. Diſt. 14. Reſpon. 37. dicit. Quòd Anima Chriſti habet duplex obiectũ
Alterum reſpectu eſſentialium
Alterum reſpectu comotatorum.
} Reſpectu eſſentialium, cognoſcit omnia quæ ſunt in verbo, Ratio, q accepit habitum gloriæ quo poteſt in omnia.
Reſpectu connotatorum, minime cognoſcit omnia, & quanta verbum cognoſcit.

Hæc opinio non tenetur. Ratio. Cum cognitio animæ Chriſti pendeat à verbo, & verbum plenariſſima oblatione offert ſe animæ Chriſti, ergo poteſt omnia plenariſſime cognoſcere, & videre.

4. Opinio eſt Doctoris noſtri, tenentis ſine præiuditio, quòd Anima Chriſti poteſt actu videre omnia quæ videt verbum, & hoc cum tota infinitate quàm habent ipſi creaturæ, non tamen incidit in errorem q compræhendat ipſam diuinam eſſentiam cum ſit infinita actu, ſed ſolum compræhendit quatenus eſt obiectum repræſentans ipſas creaturas.

Probatur Omne finitum poteſt compræhendi ab intellectu Chriſti, ſed verbum vt repræſentatiuum creaturarum eſt finitum, ergo poteſt à Chriſti Intellectu accipi, & compræhendi. Maior vera. Minor probatur Verbum vt repreſentatiuum creaturarum dicit actum extenſiuum, & non intenſiuum, ergo poteſt compræhendi.

Idem aſſerit Mag. in Diſt. 14. propter ſcripturam quę dicit. Spiritus non eſt datus illi ad menſuram, Vnde loquitur de facto. Vbi gloſſa d. Sicuti pater ex ſeipſo toto genuit filium, ſic incarnato totum ſuum ſpiritum, non per ſub diuiſionem, ſed generaliter & vniuerſaliter, ergo.

Arg. 4.

Idem aſſerit Fulgentius Doctor præſtantiſſimus innixus ſcripturæ dicẽti. In ipſo ſunt omnes theſauri ſa. &.
Icem Gloſſa ſuper illud Ioan. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere diuinitatem & ſcientiam, Dicit inquam accepit omnium cognitionem vniuerſaliter.

Colo. 2.
S. Apoc.

Præterea Certum eſt quòd ſi anima haberet habitum quo poſſet omnia videre omnia illa cognoſceret, ergo cum Anima Chriſti vnita ſit verbo in quo omnia reperiuntur omnia cognoſcit.

Arg. 1. Præterea Potentia quæ poteſt in obiectum adæquatum, poteſt in omnia contenta ſub obiecto ad æquato. Sed cum anima Chriſti habeat pro obiecto adæquato ens vt ens, ergo omnia habebit quæ ſunt ſub ente. Sed ſub ente ſunt omnia producta, & producibilia, ergo anima Chriſti omnia futura, & nunquàm facta cognoſcet.

Præterea

Præterea si non posset intelligere omnia qua respiciunt simplicem cognitionem hoc esset, vel quia anima non potest in infinitum.
Vel quia creaturæ sunt infinitæ. } Sed primum non est admittendum. Quoniam licet anima non possit comprehendere infinitum intensiuum secundum essentiam: comprehendit tamen Infinitum secundum extensionem. Non ne datur apud Mathematicos infinitum extensiuum diuidendo lineam, & apponendo per additionem numeris numeros in immensum? ergo.

Secundum non est dicendum quòd non possit intelligere propter creaturas infinitas. Nam repugnat dicere creaturas & dicere infinitas, ergo si finitę sunt verè poterit intelligere eas quotquot fuerint. In esse igitur repræsentatiuo poterit omnia quæ sub simplici notione cadunt, intelligere.

3.de Anima t. com.7.

Vltimo. Regula Phi. est 3. de Anima tex. & Comm. 7. Intellectus qui potest in magis intelligibilia si non impeditur, potest in minus intelligibilia, sed anima Christi potest in essentialia diuina, nam cognoscit modo perfectissimo omnes personas diuinas, ergo à fortiori cognoscet ipsas creaturas, ergo.

OBIECTA CONTRA,

Prædicta, quòd nullomodo possit in omnia quæ cadunt sub scientia simplicis notitiæ.

Marci. 13.

Arg. 1. Qui cognoscit conclusiones oportet vt magis cognoscat principia. Quia propter quod vnũ quodque tale & illud magis, ergo qui cognoscit oẽs effectus, cognoscet causam, ergo si effectus comprehenduntur & causæ, ergo Christi anima apprehendet diuinam essentiam. Sed hoc est falsum, ergo non scit omnia dicente scriptura quòd nesciuit Diem iuditij. De die illa nemo scit, neq; filius hominis, ergo.

Arg. 2. Virtus finita distinctius videt duo quàm tria, & tria quàm decem. Ideo ascendendo, quanto plura videt tanto indistinctius videt, ergo in infinitum ascendendo confusius & indistinctius videt, ergo imperfecte, sed hoc est falsum, ergo non videt omnia quæ sunt simplicis notitiæ cum sint infinita.

Arg. 3. Quæ nunquàm fient fugiunt ab intelligibilitate, sed multa sunt in verbo quæ nunquàm fient, ergo nunquàm intelliguntur. Maior est clara. Quoniam quæ intelliguntur sunt entia realia: At dicit Philoso. ab eo quòd res est vel nõ est, oratio dicitur esse vera. Minor patet, quia multa sunt in verbo quę nunquã fient.

Arg. 4. Nullus Beatus potest cognoscere omnia quæ cadunt sub scientia simplicis intelligentiæ, ergo nec anima Christi intelliget. Maior est clarissima. Nam si omnia viderent, ergo non fierent reuelationes à verbo sed hoc falsum, ergo non ꝟident.

Minor probatur. Nam vbi est eadem potentia & lumen ad cognoscendum aliquid, ibi erit eadem scientia, At In Beatis medium ad cognoscendum est lumen gloriæ creatum, quod est idem cum illo animæ Christi, ergo. Eadem potentia intellectiua vt d. Dyony. lib. de Cęlesti Hierarchia c. 4. Nam dicit Potentia animæ rationalis qualis est anima Christi, est infra potentiam animæ Christi, ergo si Angeli non omnia vident nec illa omnia videre poterit.

RESPONSIONES,

Ad obiecta.

Ad primum cognoscens conclusiones & principia ipsa cognoscit, ergo cognoscens effectus & causas, ergo infinitum. Respon. effectus duplex.

Primus ꝟniuocus } Effectus vniuocus est idem cum sua causa, & tunc cognoscens effectum cognoscit
2. æquiuocus. } causam & apprehendit, & comprehendit causam, & hoc modo non dicitur esse cognitio. Animæ Christi in ꝟverbo. Quoniam creaturæ non sunt vniuocæ cum ipso verbo, cum non sint eiusdem naturæ.

Effectus vero æquiuocus non apprehendit, nec comprehendit causam, aut principium sed sufficit scire esse, ab illa causa. Nam Philosophus scit hunc effectum quòd magnes attrahit ferrum, nescit tamẽ causam huius tractus: sic in proposito dico, quòd Anima Christi potest intelligere omnia quæ sunt in Verbo, licet verbum non comprehendat, quia creaturæ dependent non generatiue à ꝟverbo sed causatiue, & sic tollitur primum argumentum. Ad illud de illo nemo scit. Nescire sic vel alijs: scit sibi, sed nescit alijs.

Ad 2. Nego quòd videat infinita, secũdo. Dico quòd indistinctio dicitur esse in medio debili. At Anima Christi fortissimo maximoq; splendore dicitur esse illustrata, ergo videre potest omnia.

Ad 3. Quòd non sunt entia, ergo nec intellig. Respon. quòd est falsum: sunt entia in esse cognito & in modo eminentissimo. Secundo, dico quòd sicut cognoscitur priuatio per habitum, sic per ideam ideatum cognoscetur.

Ad 4. Dico quòd deficit quo ad medium. Nam Anima Christi quo ad gratiam, & ad lumen gloriæ excellit omnes Beatos, Angelosq; dicente Paulo. Deus constituit Christum in cœlestibus supra omnem Principatum, Potestatem, Virtutem, Dominationes, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed in futuro, ergo remanet conclusio quòd Anima Christi videt apertissime, limpidissime, & clarissime omnia quæ sunt respondentia scientiæ simplicis intelligentiæ. Præterea. Respon. & Mag. in Distin. 14. Habebat eandẽ scięti ã sed nõ eandẽ potẽti ã, nõ poterat creare vt verbũ. Nõ seipsam d. Ambr. super illa verba, hic erit mag. & Fi. aliissimi vocabitur. Lucæ. primo Potentiam quàm Deus naturaliter habet, accepturus erat in Incarnatione homo, ergo poterat creare. Resp. Accepturus erat nõ vt hominis persona, sed quia in humanitate erat persona infinita, vti persona fuit acceptata in carne sic potentia, sed persona remansit persona diuina, sic & potentia in diuinitate. Ratio quia summa omnipotentia communicari non potest, est, quia creatura.

Deficit

Deficit à summa stabilitate. } A summo stabi. quia ex nihilo. } Ergo nullomodo potest esse in ea summa operatio.
Deficit à summa simplicitate } A sum sim. quia est ab alis.
Deficit à summa Immensitate. } A sum. Immen. quoniam in se non subsistit.
Non agit ex se, ergo non potest in illam substantiam. omnipotens totius producit Distat à substantia & potest deficere, solus Deus est omnipotens.

LECTIO QVADRAGESIMAOCTAVA,

Dist. 13. Ioannis. Bacho.

Super quæstione 2. Distin. 13. Ioannis Bacho. in qua Camelita inuestigat. Anima Christi et per consequens quilibet Beatus, videndo Deum videat etiã simul omnes creaturas, omnes orationes, opera, archana, & cogitationes hominum? Vbi examinabo multa maxime necessaria nec non vtilitatis non paruæ. Idcirco ponum opinionem Doctorum.

Conclusionem Doctoris, } 2. Quo ad Doctores. In hoc quæsito inuenio hos precipuos Doctores, scilicet.
Probationem conclusionis, } Henricum,
Conciliationem & } Aureolum
Difficultatum solutionem. } Durandum.
Godofredum & nostrum Doctorem. } 3. Henricus dicit, ꝙ Anima Christi non ꝟvidet necessario creaturas ea visione qua videt diuinã essentiam, sed videt ꝟvoluntarię secundum ꝙ à verbo manifestantur ac reuelantur. Ratio sua talis est. si Speculũ materiale esset obiectum liberum posset se obijcere nobis, & non obicere imagines quæ sunt in eo, cum sint obiecta diuersa, & diuersa obiecta possunt distincte, distinctoque modo, & tempore ostendi, ergo Vnum si nealio. Tunc sic. Cum Deus sit speculũ volũtariũ, & sit obiectũ diuersũ à creatura, ergo poterit se ostẽdere in essentia siue creaturis.

Henriopi. Quod li. 7. q. 1.

OPINIO AVREOLI,

Aureoli. opin. quod. q. 10. ar. 1.

Opponitur huic Henrici. Nam inquit Doctor. Eadem conditione Essentia diuina repræsentat omnes Ideas, & creaturas quæ sunt in illa, que est

Exemplar. } Sed sic est quod non dicitur esse exemplar Ars, Idea, & omnia eminenter continens
Ars } libere, & contingenter, sed necessario, ergo si Anima Christi videt essentiam, necessario omnes creaturas inspiciet. Maior est manifesta, & minor probatur. Nam cau
Idea & } sa repræsentationis dicitur esse Ars, exemplar, & Idea, quoniam pendent ab illis vt
Omnia ꝯtines } principium origo, & radix.
Eminenter. }

Opinio Doctoris incogniti.

Idem asserit alius Doctor in 3. Ar. cuius nomen non ponit. Et vtitur hac ratione. Vbicunq; dantur plura æqualiter repræsentata per idem medium, & nullum repræsentatorum facultatem intellectus excedit, qua ratione vnum cognoscitur eadem ratione & reliquum cognoscitur. Sed omnia quæ sunt in Deo cũ ipso Deo æqualiter repræsentãtur, ergo cognoscens vnum necessario cognoscet & aliud. Maior vera, probo minorem Nam in repræsentatione sunt ista tria per ordinem. ꝟvidelicet.

Deus } Deus repræsentat omnia simul distincte, & per se cum sit ordinatissimus & resultant ex
Res } sui cognitione. Res non excedunt Intellectus facultatem cum non sint infinitæ, nec ar-
Intellectus. } tinguntad infinitatem essentiæ, quæ dicitur esse nuda & aperta.

Scotus lib. 3. Durã. li. 3. d. ſt. 14. q. 2.

Intellectus etiam est capax, cum eleuetur per lumen diuinæ gloriæ. Igitur cum hæc omnia reperiantur in ipso Deo, visa diuina essentia, & ipsa creata, vel repræsentata necessario videntur. Huic opinioni subscribit Scotus. Ar. 2. q. prima. Huic pariter fauet Durandus, & arguit tali pacto. Non est minor cognitio. Animæ Christi & Beatorum quàm sit nostra cognitio, sed cum nos in via cognoscimus diuinam essentiam & scimus etiam esse causam omnium, & Beati cognoscunt esse causam sed non ipsius, ergo aliorum, ergo cognoscunt alias, quia causa infinita ꝟvel est vnita effectui, vel ideæ effectus, ergo omnia necessario cognoscunt

Instantia Doct.

Præterea Diuina essentia dicitur esse bonum infinitum, at bonum dicitur esse relatiuum, ergo ad connota ta, ergo necessario Instantia Docto. Tamen Doctor repugnat ipsi Durando in hoc quod posuit Intellectum Beati cognoscere essentias rerum in diuina essentia sed ignorare existentias, Nam apparet hoc exemplo superissimo. Impossibile est videre imaginem Imperatoris in speculo, & non videre suam existentiam, ergo si in Deo intuentur Creaturæ secundum essentias, ergo secundum existentias.

Succeſſiuorum quidditas. Motus quoddi- tat. T. cap. 4. & 14. & 15.

Præterea dicit Doctor. Si possent videri quidditates, & essentiæ, rerum sine suis existentijs, etgo posset etiã Beatus videre suam beatitudinẽ & ignorare se esse beatum. Sic videre Ang. Cęlũ, elementa & similia & ignorare suas existentias, sed hoc est falsum, ergo falsum erit ꝙ possit sine existẽtia videre quidditatẽ. Cõfirmatur.

Certum est quod cogitationes vota, orationes & loquutiones mę videntur in Deo à Beato sed istorum esse & quidditas dicitur esse existentia, ergo videntur quidditates. Patet, quoniam successiuorum quidditas dicitur esse existentia. Patet in moto qui diffinitur in concretione ad subiectum. Nam nullum habet esse cũ sit accidens nisi per subiectum, sed esse in subiecto dicit existentiam, vt omnia accidentia, teste Phi. 7. Diuino. rex. comm. 4. 14. 15. Ideo inquit 3. Phy. Motus est actus entis in potentia vt corporis ad vbi, materiæ ad formam, lignum ad figuram, ergo.

GODOFREDI OPINIO,

Opi. Gode.

Dicit quòd in Diuina essentia sunt duo obiecta respectu creaturarum.

Alterum penes quidditates rerum, } Penes quidditates rerum dicit quòd necessario repræsentantur,
Alterum penes operationes rerum. } in diuina essentia. Ratio est talis. Causa repræsentationis dicitur esse infinitas, sed Deus infinitus, ergo omnia repræsentat.

R. Virginia. Pœnes vero operationem rerum vt quòd Reuer. Virginia soror mea dilectissima proponit dicere laudes canonicas orareq; in tali loco, & in tali tempore, & cum socia sua, dicit Doctor iste, quòd nullomodo potest sciri à Beato, sed soli Deo notum est. Hinc addit quòd Angeli videbant Passionem, Resurrectionem,

Ephes. 3. & Ascensionem sed ignorabant tempus, locum, & modum. Ideo dicit S. Dionysius & Glossa ad Ephes. quod Angelis mysteria incarnationis. Passionis, Resurrectionis & Ascen. fuerunt reuelata, non quo ad quidditates, sed quo ad tempus, locum, & modum complexionem, & carnem mortalem.

Tamen Doctor reijut hanc opinionem hac demonstratione. Nam inquit Doctor. Ista complexio caro, actio, & passio, Aut non

Est aliquid. Non est dicendum quòd non sit aliquid, quia tunc Christus non esset vere homo. Aut est aliquid, ergo dicere oportet quòd sit aliquid.

Aut dicitur esse aliquid reale. Non est discendum quòd sit aliquid intentionale solum, quoniã tunc Christus diceretur solum homo, & passus in cogitatione, & non realiter.

Ergo oportet dicere quòd vere fuit homo &, ꝙ vera fuit complexio, vera passio & Resurrectio sed ista dicunt quidditates, ergo Christus fuit omnino cognitus quo ad quidditatem & quo ad opera singularia, ergo omnia in Deo cognoscuntur.

Ideo vt demonstratiue, ac concluſiue scire possimus quid tenendum sit in præsenti discussione de mente N. Doctoris propono distinctionem quandam de scientia diuina desumpta à Doctore in ar. 4. quod scientia Dei est duplex pro nunc.

1. Altera vocatur speculatiua, } 2. Scientia speculatiua dicitur esse notitia simplicis intelligentiæ,
Altera dispositiua. } Scientia dispositiua dicitur esse notitia visionis.

Scientia speculatiua habet pro obiecto omnes creaturas præteritas, præsentes, futuraſq; & principaliter. Personas æternas. Scientia verò dispositiua habet pro obiecto non solum creaturas omnes, sed circunstantias creaturarum, nempè.

Tempus	}	Tempus scilicet producendi & creandi res ad extra.
Modum	}	Modum, producendi
Locum	}	Locum, in quo producuntur,
Libertatem &	}	Liberratem, in qua creaturæ operantur libere, & naturaliter,
3 ib. p. D. p. q. 2. Operationes omnium creaturarum.	}	Operationes creaturarum bonas & malas.

Habita hac Distinctione respondet quæsito quòd illa quæ cadunt solum sub scientia speculatiua & nullomodo sub scientia dispositiua illa naturaliter repræsentantur distincte, & necessario videntur necessitate absoluta vel conditionata. Ista sunt principaliter diuinæ personæ, attributa essentialia, & similia quæ spectant ad rationem intraneam.

Illa vero quæ cadunt sub vtraq; scientia, videlicet, tam sub speculatiua, quàm sub scientia dispositiua, vt

dist. p. q. 2. ar. 2 sunt creaturæ, Mysteria, Reuelationes, & circunstantiæ loci, temporis, & modi. Nullomodo videntur necessario, sed ad placitum diuinæ bonitatis. Probatur prima propositio in primo senten. D. 1. q. 2. ar. 2. vbi asserit quòd nullus Beatus potest frui vna persona sine alia. Nec essentia sine personis, ideo recurratis ad illum locũ, quoniam probare intendo secundam propositionem quòd creaturę sub scientia dispositiua nõ videntur necessario & hoc Auctoritate & Ratione.

S. Hiero. Ephe. 3. Nam scriptura Inquit. Solus Deus cordium est scrutator, ergo non omnes beati sciunt omnia. Patet ex S. Hieronymi sententia, Inquit S. Hieronymus super illud Pauli ad Ephe. 3. loquens de Christo, Vt innotescat Principibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei. Inquit Mysterium Incarnationis & Passionis Christi ad purum non intellixisse angelicas dignitates, donec fuit completum.

Idem asserit apertius, quòd Patriarchis, Prophetis & Potestatibus cœlestibus multiformis sapientia fuit per Ecclesiam reuelata.

S. Ambro. Idem asserit S. Ambrosius quòd sapientia Dei multas species, formasq; habens, quam Principes & Potestates per Ecclesiam agnouerunt.

S. Aug. lib. 2. c. 52. Idem Aug. super Gen. lib. 2. cap. 52. loquens de Visione rerum in verbo inquit. Neq; in Intellectu Dei nosceret, nisi quantum ipse monstraret. Idem Diony. 6. cap. Cœlestis Hiera. Angeli inferiores illuminatur à superioribus & purgantur.

S. Diony. c. 6. Ideo Dicebat Apostolus. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis Consiliatius eius fuit? ergo non est verum quòd Beati omnia necessario vident occulta Dei, & contingentia, cogitationes quæ hominum.

Matth. 24. Idem d. Euangelium De die illa nemo scit neq; Angeli cœlorum neq; filius hominis: ideſt filius adoptiuus, ergo. Probatur ratione, Si necessario viderentur omnia in essentia, ergo Anima Christi quo ad priuilegiũ singularis sapientiæ non excelleret alias, ergo falsa scriptura quæ dicit In ipso sunt omnes Thesa. s. & s.

Colo. 3. Ideo sit hæc concluſio prima firma ac immobilis. Quæ spectant ad diuinam essentiam ad personas diuinas, & ad attributa diuina non solum anima Christi videt necessario, sed simul omnes Beati cum sint mediũ necessarium & obiectum nostræ fruitionis, & spectent ad scientiã intuitiuã, quæ habet obiecta sibi præsentia.

2. Cõclusio. Anima Christi videt priuilegio singulari omnia essentialia, personalia, attributa, & creaturas in verbo quæ fuerunt, quæ sunt, & quæ erunt, & quæ nunquàm erunt, sed hæc cognitio est à voluntate libera Dei, qua plenarijssima gratia vniuit sibi illam animam, & omnia possibiliadona communicauit.

3. Concluſio. Quælibet anima humana & Angelica, videt in Deo creaturas, mysteria, & alia possibilia quę cadunt subscientia dispositiua libere, & secundum magis & minus, vti Deo placet reuelare, & manifestare. Quia absolutum potest videri sine respectiuo. Creaturę sunt respectiue, Deus autem absolutus. Igitur.

OBIECTA

OBIECTA CONTRA,

Concluſionem quòd necessario videantur creaturæ, videndo Deum, & patet Auctoritate et ratione.

Arg. 1. Concluſio ista repugnat Doctoribus, ergo falsa. D. S. Grego. lib. 4. Dyalo. Quid est quod non videt qui videntem omnia, videt? Tunc sic Beatus videt intuitiue Deum, in Deo sunt omnia, ergo necessario videndo Deum, videt omnia creata & creanda quæ sunt in Deo.

Patet, quia in Deo omnia sunt clara & distincta, ergo.

Idem asserit August. de triplici habitaculo. Inquit inlibello illo, quòd tria erunt in uisione. Videlicet. *Inlibello.*

Scientia hominis	}	Scientia hominis qui cernit Deum	} Fortificat exẽplo inquo ostenditur necessitas.
Scientia Dei &	}	Scientia Dei, qui cernitur ab homine,	
Scientia omnium.	}	Scientia omnium, quia omnia in Deo clarissime apparent, ergo.	

Nam d. Aug. Visio illa est similis visioni speculari in qua necessario tria videbimus, scilicet. Imaginem in speculo, Speculum maginatum, & omnia quæ sunt in speculo, ergo cum exemplum sit de visione intuitiua & necessaria, quia non potest non videri, sic erit necessaria. Visio creaturarum in diuino speculo. Ideo subiungit quòd videbimus quomodo mundus fuerit antequàm esset mundus, quando erat Deus in se vt omnipotens, infinitus. Præterea etiam videbimus quæ fiunt in terra. Præterea videbimus appetita inferni, & alia omnia igitur necessario.

Arg. 2. Deus ex natura rei, & necessario est totus mundus, & tota entitas mundi eminenter clare, & distincte, ergo Anima quæ videt Deum necessario videt omnium entitatem mundi, ergo omnes creaturas, ergo necessario. Antecedens est axioma concessum ab omnibus Theologis & Philoso. Quoniam prima causa omnes alias eminenter continet. Consequens etiam est clarissimum quia anima Beata Deum videt. Videbimus eum sicuti est, ergo omnia necessario.

Arg. 3. In hoc scientia conclusionum differt à scientiam intuitiua, quoniam scientia conclusionum dicitur esse in principijs potentialiter & virtualiter, & idcirco non possumus statim habitis principijs rerum omnes conclusiones cognoscere, sed successiue acquirimus scientiam. In scientia vero intuitiua & in essentia diuina omnia sunt distincte, ergo necessario.

Arg. 4. Præterea si videt necessario quòd est maius, & infinitum, ergo & minus. Videt personas diuinas infinitas, ergo creaturas. Quoniam creaturæ, sunt finitæ, & limitatæ.

RESPONSIONES.

Sunt in unica Distintione.

Ad omnia ergo argumenta quòd necessario cognoscuntur. Respon. Necessitas duplex dicitur simpliciter & secũdũ quid. Necessitas simpliciter excellit voluntatẽ & libertatẽ, hęc aũt nõ dicitur esse in uisione diuina. Et ideo non vident Beati necessario omnia. Necessitas secundum quid includit libetatis voluntatem, per quam ostenditur quid, quantum, & quando placet ostendenti. Sic dicimus Deus ostendit quædam absolute vt personę, quia faciunt ad Beatitudinem. Quædam ostendit libere, quia est ens Voluntarium. O Gregorius d. videntem Deum omnia vident. Respon. non necessario sed secundum quod placet. O Aug. d. de speculo, quod necessario. Namcurrit. Immo Aug. dedit hoc exemplum, quia stat in manu tenentis, ostendere quædam alicuius eleuando. & abscondere ostendendo reflexe. O est tota entitas, ergo Respon. est tota enitas sed libera. Respon. vniuersalis. Vident necessario quæ non cadunt sub scientia dispositiua Non quæ cadunt sub illa, sed sub est libertas.

LECTIO QVADRAGESIMANONA.

Super Distinctione 14. Inqua per scrutatur. An Idea rerum productarum præcedant in patre generationem filij? secundo. An præcedant actualem cognitionem creaturarum? 3. An sint principium aliquo modo filij? Vbi ego pro faciliori notitia per pendã.

Continuationem Doctoris cum Magistro.	}	Quo ad primum ad quid Ioan. noster agere de Ideis? Non ne egit in primo. sen. D. 36. & 39? subinde quomodo deducitur ex Magistro? Magister egit de scientia Christi, quomodo sit sapientissimus & in ipso sunt omnes Thesauri sapientiæ? Ad quid igitur de Ideis verba facere? Respon. quod optime factum fuit. Cum sit thesaurus omnium scientiarum debet cognoscere omnia. Sed si debet cognoscere omnia oportet vt cognoscat eo modo quo sunt, sed res omnes cum sint multæ, uariæ, & diuersæ oportet cognoscere secundum rationes suas varias, diuersas & distinctas. Oportet igitur vt isti habitus sint varij, Diuersi, & distincti, sed istę sunt Ideæ, ergo cum de scientia egerit recte agendum erat de Ideis. Hæc quo ad primum. Quo ad secundum de Inuentore Idearum.
2. Quis fuerit primus inuentor Idearum.		
3. Nome Ideæ.		
4. Diffinitionem		
5. In quibus reperiantur Ideæ.		

Multi tenet Inuentorem Idearum fuisse Platonem vt legitur in suo Timæo. Qui propter tria motus fuit. Ponere Ideas rerum omnium, licet Arist. 5. & 7. Diui. neget dari Ideas, inquiens. Gaudeant Ideæ Platonis, quoniam monstra sunt. Cum verius dixisset, si suas imposturas monstra nuncupasset.

Primum propter scientiam
2. Propter Generationem
3. Propter experientiam.
} Propter scientiam. Nam nisi daretur Idæa hominis, & omnium creaturarum æterna periret scientia. Ratio, omnis scientia demonstrata est ex principijs æternis & immobilibus quo ad substantiam, sed omnia ista sensilia sunt caduca, & mortalia, ergo non æterna, ergo non faciunt scientiam, ergo opertet dare vnũ hominem separatum, sic Leonem, Aquilam & alia.

Arist. 5. et 7. diuinorum negat dari Ideas.

Secundum quod mouit fuit generatio. Nam sicuti apparet in corporalibus, & qualitatibus quòd ab vno solo corpore ignis nascuntur omnes ignes singulares, sic aquæ, sic caliditates, & humiditates: ita certe oportet etiam dare vnum hominem, Leonem, Aquilam ex qua omnes Aquilæ Leones, & homines oriatur. Ideo sicuti ex vno sygillo millæ fiunt signaturæ, sic ex illo homine in immensum homines generabuntur. Videre etiam licet Eusebium, de præparatio. Euangelica.

3. Ratio. Nam certum est quod omne participatum reducitur ad imparticipatum. Omnis calor participatus ad vnum imparticipatum. Igitur cum homines singulares participent naturam humanam, oportet assignare vnum quod contineat eam totaliter, ergo oportet dari hominem Istum.

Ideo non solum vnam posuit Ideam sed infinitas. Nam videns quòd inter bona datur prius & posterius. Nam qnædam sunt bona substantialia, quædam accidentalia, quædam perfectiora, quædam minus perfecta, sic sunt plures Ideæ, vti attestatur primo Ethico. à Philo. & 7. diuinorum vbi Aristo. reijcit hanc opinionem vti imaginariam. Addo Imaginatus est Plato quòd cœlum esset animatũ, & in anima cœli & mundi essent Ideæ. D. Plato. Anima mundi duos habet respectus. Primus est egressus Secundus regressus. Egressus à Deo in mundum, Regressus ad Deum propter mundum. In egressu nil habebat nisi essentiam. In regressu habebat, sex perfectiones. Prima erat vocatio.

Ex Iamblico in Sympsio.

2. Illustratio
3. Appropinquatio.
} 4. Insinuatio. 5. Sygillatio. } 6. Quies. } In prima perfectione recipiebat scintillam amoris in 2. pabulum amoris. In 3. impetum amoris. In 4. finisionem amoris. In 5. formas omnium rerum in signum amoris quo omnia cognoscebat. In 6. perpetuitatem cognitionis cum quiete omnium rerum ex Ideis impressis.

Quo ad Tertium inuenio apud Theologos, & sapientes has voces scilicet.

Ideam
Speciem
Formam
Rationem
Artem
Exemplar &
Paradigma.
Quæ licet substantialiter sint idem, formaliter vero differunt.
} Idea dicitur esse prima intelligentia rei,
Species dicitur similitudo rei,
Forma dicitur perfectio rei,
Ratio dicitur modus quo fit res ipsa,
Ars dicitur exequutio rei
Exemplar dicitur esse vis & causa rei,
Paradigma dicitur manifestatio, & re, præsentatio rei ad extra, vnde vos videtis, quomodo vnica sit res in substantia ac in essentia. Ratione vero, & formali differunt variæ res, & conceptus, modo ex ijs.
} Accedo ad diffinitionem Ideæ, quã diffinitionem assumo ex præstantissimis patribus, nec non ex Phi. In qua multa scitu digna audietis In præsenti diffinitione vidi.

Quod Phi. vocat vniuersalia Plato vocat Ideas.

Phi. d. scientiã esse ex vniuersalibus.

Plato Ideas separatas & ideis causari singularia.

Ph. vniuersalia ex singularibus Ex August. 83 quæstio.

Nam.
Platonem
Dionysium
August.
Thomam
Scotum
Cardinalem Came.
Occam, &
Bielam,
Albertum Mag.
Petrum Apponensen
} Omnes isti discribunt hanc vocem Idea asserentes quòd Idea est Forma exemplaris, ratio, incohataq; intelligentia qua principium effectiuum artifex que Intellectualis cognoscit res, realiter quæ producit ad extra. In qua ponuntur sex potissima. Dicitur enim.
Forma } Forma, quoniam per ideam operamur,
Exemplaris, } Exemplaris, quoniam assimilitatur opus Ideæ,
Ratio, } Ratio, quia vnaqueq; res per suam propriam ideam fit
Intelligentia } Homo per ideam hominis, leo, leonis, & similium.
Principium effectiuũ } Intelligentia, quia operans scit quod operatur.
Productio ad extra. } Principium effectiuum, quoniam non sunt solum in esse cognito, sed realiter ad extra producuntur res.

Bacho. p. sen. D. 39. ar. 2.

Ideæ sunt Creaturæ consequutiue cognitæ: id est sunt rationes distinctæ iuxta quas creaturæ distinctæ producuntur ad extra. Hæc quo ad 3. sequitur 4. obseruandum circa subiectum Idearum. In hoc quæsito vbi, vel in quibus ponantur Ideæ varij sunt Doctores, qui sunt isti Videlicet.

Timeus locrensis fuit magister Platonis.

Plato,
Petrus Apponensis
Albertus mag.
Auerroris
Diuus Aug. & alij quam plures Doctores.
} Plato posuit Ideas in Deo In Mente Mundi & In anima humana.
} In mente diuina dicebat Plato sunt causæ solum rerum & non causatæ ab alio.
In anima mundi sunt causatæ & causæ, Causatæ à summo Opifice, & causæ rerum sub lunarium.
In mente humana sunt tantum causatæ, & non causæ. Sunt causatę quia à summo opifice fuit figillata anima ornataq; omnibus notionibus quibus res omnes cognoscere valet, licet cum corpus ingreditur mole opprimatur corporea vnde amittit notionem. quam deinde exercitio magistri & studij adipiscitur & reminiscitur vti scribitur in Menone.

Vlterius addebat quòd in his substantijs erat iste ordo, quòd in Deo Ideæ erant in causatæ ab alio, Ideæ in anima mundi erant causatæ à Deo sicuti anima, Nam causata anima mundi causabat in anima Ideas. Anima pariter Cœli & mundi causando animam humanam concausabat & illi Ideas omnium rerum. Hæc quo ad Platonis mentem.

2. Opinio fuit Alberti Magni in primo lib. suæ Metaphycæ.

Albertus Mag. posuit & ipse Ideas sed aliomodo quàm Plato. Nam finxit quod in 8. sphæra in qua sunt illæ 48. Imagines stellarum fixarum, virtutes, influxusq; Astrorum essent Ideæ dominarues rebus istis inferioribus. Exempli causã. Cœlestis scorpio dicitur esse stellarum amplexus quæ dominãtes inferis vt scorpionibus serpens serpentibus. Aquila Aquilis, Aries, & sic in reliquis, & ita singulis.

Albertus p. lib. Meta. 43 Imagines rerũ

3. Opinio Mercurij Hermetis Trymegisti Egyptij, Imaginatus est quòd cum Deus Opt. Maximus sit summe perfectus hunc mundum elementalem condidit ad instar mundi cœlestis, Mundus cœlestis ad instar mundi

mundi spiritualis. Sed cum in mundo spirituali reperiantur Ideæ. Mundum cœlestem fabricauit ornatum stellis, vt stellæ Ideis responderet. At quia Ideæ & stellæ sunt propter speties ælementales, hinc factum fuit, vt tot stellas produceret, quot speties elementales erant futuræ. Vnde stella suæ speciei influere, ac dominari posset. Hæc opinio sicuti & illa Alberti multas includit vanitates. Nam licet sint influxus à stellis, tamen indifferenter influunt. Et non solũ animantibus brutis dominantur propriæ stellæ sed alienæ, sed & hominibus non quo ad animam, liberumq; arbitrium. sed quo ad corporis complexionem.

Quod mundus est spiritualis Celestis Elemẽtalis. Spiri. sunt Angeli Homo Intelligentiæ. Cœlestis Empy. primum. Mobile Christali. Elemen. Ig. A. A, I'. S. Thomas. p. p. q. 15. Auerrois. opinio.

Opinio 4. Auerrois vt dicit Doctor N. in Di. 39. 1. sen. ar. 2. q. 1. Quæ opinio videtur conformis doctrinæ Theologorum, & præcipue Augustini. Nam inquit Auerrois. 12. diui. Deus intelligendo se intelligit omnes creaturas in esse cognito, quæ vocantur Ideæ, quoniam sunt rationes quibus Deus distinctę producit omnia creabilia ad extra. Nam Deus in sui cognitione est similis Duci, Regi, & Principi per naturam, qui dum seipsos intelligunt consequutiue, & coadunate intelligunt omnia quæ sunt illis subiecta, sicuti sunt Ciuitates Magistratus, Nobiles, mercatores, populi, & agri. Sic in illa æternitate qua Deus seipsum intellexit, consequutiue intellexit omnes creaturas in esse obiectiuo, & distincte. Opinio D. August. lib. 83. q. 46. Animã negat eas intueri, vt legitur de Diogene Cinnico, qui Idæas Platonis magno cachimo deridens se eas videre nõ posse asserebat, quia tamen facile plato videbat & contemplabatur, quia non oculis corporis sed mente inspiciebat. Ideo dicebat August. purga oculum, & me cum supra mundum ascende.

Apparet in nostro Intellectu. Nam si daretur quidam Philoso. legista, & Theologus, qui haberet notitiam exactam exquisitamq; omnium principiorum scientiarum. Certe dum seipsos contemplarentur in principijs consequutiue intelligerent omnes conclusiones, omnes affectiones illorum principiorũ in esse obiectiuo. Apparet in solari igneaq; substantia. Nam Si daretur hoc impossibile possibile, quod sol, et ignis possent se ipsos cognoscere, & contemplari, certe statim consequeretur, hæc notitia, quòd intelligerent omnes luces singulares, omnesq; calores. Ratioq; est in promptu, quoniam sunt illorum calorum, luminuq; causa. Cum igitur Deus optimus Maximus sit omnium pater, origo principium & radix, non sit mirum si intelligendo suã essentiam omnia consequutiue, adunateq; intelligat. Idcirco dicitur maxima cum ratione, quòd in Deo reperitur duplex. obiectum.

Primarium &
Secundarium.
} Obiectum primarium dicitur Diuina essentia, Secundarium sunt ipsę creaturæ in esse obiectiuo.
} Non dico secũdarium, quatenus sit distinctũ à diuina essentia, quoniam essentia dicitur esse ratio representans ipsas Ideas, quia aliomodo intelligit hominem, aliomodo, Leonem, ac si realiter esset in diuina essentia alia forma hominis distincta à forma leonis, sed dico secundarium, hoc est ordinate, & distincte cognitæ. Idcirco dicitur Artifex omnium. Quoniam sicuti artifex per artem suam distincte producit domum ad extra. Sic Deus distincte per Idæas producit res ad extra. Et sicuti artifex sine sui diminutione posset infinitas producere domos, palatia, & Theatra, sic Deus infinitas producit creaturas, posseq; infinitos producere mundos sine sui diminutione & sic cõcludimus quòd in Deo sint Ideę. Id est rationes formales, & exemplaria, quibus Deus cognoscit omnia, cognoscẽdoq; creat, & creando conseruat. Idem. S. Bonauen. 1. Di. 36. R. 21. Ideæ sunt vnum secundum rem, plures secundum respectum, quia essentia vna sed plura intelligit modo vario. Idem D. Richardus de media villa cognitio conclusionum est dup.

Alia per principia
Alia in principijs.
} Cognoscere per principia est discursus, & ideo alius & alius actus cogno. in principijs, & cognoscere princ. ita perfecte quòd vnico actu cognoscitur simul & semel conclusio cum principio. Deus cognoscit omnia in sua essentia vt in principio ideo adunatè, & vt vnum speculatum, Omnia dat. Necessaria & præsentia. Prima cognitio discursiua est ab ignoto ad notũ. 2. est simul intuitiua omnium.

OBIECTA CONTRA,
Conclusionem quibus probatur quòd non dantur Ideæ.

Arg. 1. Si in Deo essent Ideæ, vel rationes formales, & notiones creaturarum, ergo mundus æternus. patet quia cognitio Dei, est essentia Dei, essentia æterna, ergo & creaturæ erunt æternæ. Hoc falsum, ergo.

Arg. 2. Si in Deo essent Ideæ, ergo Deus esset quid aggregatum per accidens, patet quia Ideæ sunt notiones, & conceptus, conceptus sunt qualitates, qualitas est accidens, ergo.

Arg. 3. Si in Deo essent Ideæ ergo formaliter distinctæ, ergo Deus quid diuersum, hoc falsum. Probo antecedens. Distincta cognita præexigunt distinctam rationem cognoscendi, sed creaturæ sunt distincta ab invicem, ergo & ratio cognoscẽdi, ergo in Deo rationes istæ erunt diuersæ formaliter, ergo plura. Patet. Nisi esset ista ratio distincta non essent plura obiecta sed vnum, quoniam idem inquantum idem semper natum est facere Idem. 2. Phy. t. & Comm. 53.

Arg. 4. Idea nihil est. Non est Deus, quia est infinitus, Idea finita. Non est creatura quia esset quid materiale. Non est accidens, quia accidentia non sunt in Deo. Non est ens rationis, quia entia rationis nõ possunt esse exemplaria entis realis, ergo erunt nihil, ergo fictitium, & ens reale terminaretur ad ens rationis.

Arg. 5. Si Ideæ sunt in Deo plures erunt, & non vna, sed hoc est falsum, ergo non sunt. Probatur. Nam.

Aut sunt plures propter esse quod habent in Deo
Aut propter esse quod habent in creaturis.
} Nõ propter esse quod habent in Deo quoniam cũ Deus vnus sit simpli. ergo vnum.

Non propter esse quod habent in creaturis, quia non sunt, ergo non sunt plures, ergo.

RESPONSIONES.
Ad obiecta.

Ad primum, ergo mundus æternus negatur, quia cognitio est duplex.

Habitualis &
Actualis.
} Sunt in Deo in esse cognito habituali quæ non ponit rem in esse reali. Non autem in cognitione actuali quæ ponit rem ad extra & sic mundus non est æternus.

Ad secũdũ sunt conceptus, ergo qualitates, sed qualitates; sunt accidentia, ergo in Deo R. g. notio est dup.

Altera est notio effectus
Altera est notio principij.
} Notio effectus est acquisita & per consequens qualitas accidẽtalis, & hæc notio non est in Deo, quoniam licet Deus cognoscat omnes effectus non tamẽ

cognoscit acquirendo, sed cognoscit causando,ordinando, & conseruando, & hoc modo non cognoscit Ideas, Notio vero principij dicitur esse causatiua productiua,& constitutiua rerum. Et hæc cognitio est substantia in cognoscente,ergo quando dicimus in Deo Ideæ sunt notiones,dicimus sunt ꝟt principia rerum quæ produci debent ad extra,& sic non est qualitas accidentaria.

Ad 3. Si in Deo essent Ideæ,ergo Deus esset quid diuersum cum tot sint Ideæ. Respon. quòd non sequitur sunt diuersa Ideata, ergo & principium diuersum. Nam sunt diuersi effectus ignis vt comburere,calefacere,rarefacere,dissoluere,sic & Solis est dissoluere,constringere,illuminare,& tamen principium vnicum, & idem in substantia,sic licet diuersa sint Ideata,Tamen Idem Deus in substantia. Ratio. Maior distinctio est in principiatis quàm in principio. Ideo Deus dicitur esse.

Vniformis & Omniformis. } Exemplum habemus de luce. Imaginare humanam lucem oculum esse, & animam intellectiuam esse formam. Ergo cum à luce sint omnes colores. Videt se esse causam. Et cum sit vna, videt se esse vnam causam
Vniformis,quia ẽ simplicissimus.
Omniformis, quia est omnium formarum productor. } Et cum sint multi colores,ꝟidet se esse multiformen causam. Et cum colores sint duodecim modis,& Ideis. Videt se esse duodecim modis
Vniformis vt essentia.
Omniformis vt causa.
Vniformis vt substantia.
Omniformis vt exemplar. } causam,& Ideam. Hinc prima Idea erit coloris albi,2.nigri.3. flaui.4. Viridis.5.cæleſtis.6.Rubei plenioris.7.Rubei clarioris.8 Crocei.9. limpidi.10.Nitidi.11.splendidi.& 12.splendidioris.Idem apparet in numeris. Omnes numeri ab vnitate. isti numeri inter se sunt diuersi. In vnitate sunt idem. Responsio. Duplex est diuersitas.

Essentiæ & Modi. } Est diuersitas modi intelligẽdi,quia alia ratione intelligit hominem, alia leonem alia Beatum,alia Damnatum,sed non est diuersitas naturæ. Sic soluitur. argu. quintum quòd non sunt plures rationes fundamenti in quo sunt,sed ratione rerum quæ futuræ sunt.

Ad 4. Sunt nihil,quia non sunt Deus,nec creaturæ.Negatur & ad probationem. Respon.q; nihil est dup.

Nihil duplex.

Primum Nihil est simpliciter
2. Secundum quid. } Nihil simpliciter dicitur esse ens quod habet solum quid nominis cũ impossibilitate essendi,& fiendi.Exemplum.Vacuum & Chymera habent solum quid nominis,sed sunt impossibilia quo ad esse essentiæ, & fieri substantiæ,& hæc non sunt impossibilia ex parte facientis quoniam est infinita,& semper eadem est cuicunq; comparetur, sed impossibilitas est ex parte rerum quæ includunt impossibilitatem.

2.quod.li.q.3.

Nihil secundum quid est ens quod esse habet secundum quid nominis,& potest esse secũdum rem. Exemplum. Celum ab æterno secundum rem fuit nihil quia est creatũ, Tamen secundum quid nominis,& secundum possibilitatem fuit aliquid, quoniam non inclusit impotentiam essendi. Ideo dicamus quòd Ideæ fuerunt in diuina essentia secundum quid nominis,& possibilitatem & hoc sufficit.Hęc pro præsenti. In sequenti videbimus. An præcedant verbi productionem. Habuistis.

LECTIO QVINQVAGESIMA

In qua Perscrutatur. An Ideæ præcedant in patre verbi generationem.

In præsenti lectione,præcipua agam quatuor. Videlicet.

Primum adducam Doctores.
2. Ponam Doctoris opinionem.
3. Confirmationem
4. Soluam difficultates. } Quo ad Doctores Ioannes Bacho.in præsenti Dist.citat quatuor opiniones videlicet.
Scoti, Vualsighan, } Lynconiensis,& Alterius Doctoris, } Cuius nomen silentio per transit.

Exijs Theologis tres conueniunt cum Doctore Nostro. Scotus verò solus discedit à Nostro Doctore,vt videbitis. Doctor Noster ponit hanc conclusionem. Ideæ creaturarum ordine originis præcedũt in patre generationem filij quantum ad esse,quam conclusionem sic probo.

1. Ratio Quod conuenit alicui ex se formaliter, conuenit sibi inquocunq; priori ipsum ponitur. Sed essentia diuina ex se formaliter representat omnia quæ intellectus suus potest intelligere, ergo In quocunque priori ponitur erit semper omnium representatio. Minor est clarissima & concessa ab omnibus Theologis quòd essentia est omnium representatiua cum sit speculum & omnium ars. Maior etiam patet per exemplũ de specie intelligibili.Nam ꝟbicunq; ponitur & etiam ponitur intelligentia rei representatę.Nam posita specie Rosæ,vel Leonis, statim Leonem intelligo, ergo.

2. Ratio. Indiuinis dant ista duo respectu patris & verbi.

Primum est dicere,
2. Est dici. } Dicere est Generare patris, Dicitest generari à patre, } Dicere patris est perfectum & integrum quando in ꝟverbo dicto non reperitur, aliquid maius,vel minus,quam sit in patre,sed omne quod habet pater.Nam si minus reperiretur,ergo filius non esset æqualis,ergo nec consubstantialis.Si maius,ergo pater excederet, ergo non totam communicasset naturam & quæ consequuntur ad naturam diuinam,sed hoc est falsum, Nam sunt personæ æquales, ergo si in verbo sunt essentia & creaturarum Ideæ,erunt, ergo cũ natura præcedit in patre, & ipsæ Ideæ præcedẽt, ergo. Hoc asserit Aug.

Lib.15.de Trinit.c.35.

15.lib.de Trini.c.35.

3. Ratio. D. Aug. In Ideis tanta vis in esse constat vt sine his nemo sapiens esse videatur, & possit. Sed pater est summa sapientia ingenita,ergo præfuerunt ante filij generationem qui est sapientia de sapientia.

Opinio Vualsegham.

4. Ratio. Esse intelligibile dicit perfectionem. Sed pater in quocunq; priori habuit omnem perfectionẽ, ergo esse suum intelligibile continebat omnium rerum cognitionem. Minor aperta. Maior patet. Quia esse intelligibile dicit esse in actu. Actus autem dicit formam & perfectionem,ergo.

5. Ratio. Præt.dicit Vualsighan. Quod conuenit alicui formaliter & per se, conuenit prius quàm illud quod conuenit sibi per aliud. Sed patri conuenit sibi formaliter repræsentare creaturas & habere filium conuenit sibi per relationem originis,ergo prius conuenit creaturas intelligere quàm ꝟverbum dicere.

Opinio, Lynco.

Idem asserit Dominus Lynconiensis super c.7. de diuinis Nomi.inquiens.Omnes (in dictione Verbi) præhabet Ideas,& rationes causales omnium,ergo præfuerunt.

6. Ratio.

6. Rã. Omne absolutum præcedit respectiuum,ergo intelligentia essentiæ cum creaturis præcedit ꝟverbi productionem,patet.Essentia est quid absolutum,& Verbi productio respectiuũ ergo. Antecedes est Arist.7. diuinorum, & Auer.primo.Ethy.com.52.

Ethi.1.co.52.

7. R. In patre dicitur omnis perfectio simpliciter,sed omnis perfectio simpliciter dicit omnem cognitionem,ergo omnium habuit notitiam.

8. Rã. Si pater ante productionem filij tantum cognosceret essentiam & non creaturas, ergo saperet sapientia genita,sed hoc falsum vt dicit Aug.ergo.

Illud quo primo,ꝟvel inquo primo cognoscit aliquid sicut in speculo,illo cognoscit,ergo si pater in verbo,ꝟvel per verbum cognoscit creaturas, igitur verbo sapit: sed verbum est sapientia genita, ergo pater non omnia habet,ergo non est perfectio simpliciter,sed hoc est falsum,ergo.

Obseruat tamen Doctor & cum eo Vuasighan,quòd licet creaturarum notio & idearum præcedat in patre productionem Verbi, non tamen est dicendum quòd sint principium elicitiuum,& dictiuum verbi, Ne detur hoc absurdum quòd creaturæ sint Causæ creatoris.Nam ꝟverbũ est creator omnium., & ratio est in promptu,quoniam Ideæ,rationesq; creaturarum sunt in patris memoria subiectiue & non obiectiue, Verbum non generatur à patre de eo quod est in memoria patris obiectiue sed de eo quod est in patre subiectiue,scilicet de substantia & de natura patris. Et si quis diceret.Quomodo creaturæ sunt in verbo? Respon.Doctor.Sunt in verbo sicuti sunt in patre. In patre sunt consequutiue sic & in verbo. Nam pater,intelligendo suam essentiam consequutiue, & coadunate intelligit omnes Ideas & formales notiones, sic euenit in filio. Nam recipiens diuinam essentiam consequutiue recipit omnes Ideas, & rationes,sicuti si quis reciper omnẽ naturam ignis,lucis,hominis,leonis & similium,reciperet etiam omnes gradus caliditatis, luminum, hominum,& leonum. Igitur cum verbum accipit principale accipit & accessorium, Accessorium ad essentiam diuinam sunt Ideæ,igitur accipit eas consequutiue. Conclusio,ergo sit firma,quod in patre præcedunt Ideæ, sed non vt dictatiuũ verbi,neq; vt Ideæ In patre sint causæ Idearũ in filio. Scotus ꝟvero tenet oppositum.

OBIECTA SCOTI,

Quòd non præcedant Ideæ ante verbi generationem.

Arg.1. Causalitas rerum in esse intelligibili pertinet ad tres personas,ergo prius est verbum quàm natura le intelligibile creaturarum quia actio supponit supposita. Probat. assumptum. Essentia diuina naturaliter est prius præsens intellectui suo quàm aliquid aliud,quoniam ipsa est primarium obiectum, & alia omnia obiecta secundaria ergo prius producitur id quòd est magis proprium & substantiale quàm id quòd est minus proprium, sed magis proprium dicitur esse productio verbi quàm productio creaturarũ,ergo verbũ præcedet creaturas in patris intelligentia.

Ar.3. Omnis operatio intrinseca præcedit omnem operationem extrinsecam,ergo omnis intelligentia intrinseca præcedet omnem intelligentiam extrinsecam, cum operatio sequatur intelligentiam. Sed Intelligentia verbi diuini est intelligentia intrinseca,& intelligentia Creaturarum est extrinseca, ergo primum verbum præcedit in patris notione quàm creaturæ, Maior & minor sunt clarissimę. Quoniam obiectum magis præsens magis mouet, Intrinsecum magis præsens,ergo magis mouet.

Ar.4. Quod est de ratione formali alicuius,primum intelligitur quàm illud quod non est de formali intelligentia. At verbum dicitur esse de formali intelligentia patris & non creaturæ,ergo prius intelligitur verbum in patre quàm creaturæ. Maior est ꝟvera, & minor patet. Quoniam pater & verbum sunt relatiua,& relatiua simul se ponunt & tollunt, ergo.

Arg.5. Si Ideæ præcederent in patre ꝟverbi productionẽ sequeretur hoc absurdum quod verbum oriretur necessario & contingenter, Necessario per ipsam essentiam & contingenter per ipsas Ideas,quæ sunt entia possibilia,ergo nullomodo præcedunt.

Arg.6. Præterea. Sicut se habent creaturæ ad operationem ad extra,sic se habent ad intelligentiam ad extra,sed sic est quod vna persona non potest operari ad extra sine alia, ergo nec vna potest intelligere sine alia, ergo Ideæ non præcedunt in patre absq; filij generatione. Minor est omnium theologorum. Maior est conspicuissima. Quoniam operationes sequuntur intelligentiam.

Arg.7. Præterea. Sicuti omnis productio vniuoca præcedit productionem æquiuocam, sic intelligentia Vniuoca præcedet æquiuocam intelligentiam. Sed sic est quod productio verbi in diuinis est vniuoca, productio vero creaturarum est æquiuoca,ergo & intelligentia vniuoca verbi præcedet intelligentiam æquiuocam creaturarum. Minor est conspicua,probo maiorem,quod æquiuocum præcedatur ab vniuoco. Nam naturale præcedit id quod est artificiale. At productio vniuoca est naturalis,& æquiuoca artificialis, ergo.

RESPONSIONES AD OBIECTA.

Ad primum. Causalitas rerum pertiet ad tres personas,ergo non præcedunt Ideæ in patre?negatur consequentia. Ignis non comburit sine flamma, ergo calor non præcessit in igne flammam? non valet. Spiritus S. non producit gratiam sine patre & filio,ergo & filius non præcesserunt spiritum S. quo ad vim & essentiã?

Ad 2. Essentia diuina est magis propria intellectui diuino quàm creaturæ. Transeat, ergo prius producit quàm intelligat,negatur. Magis proprium est Regi filium generare quam domum ædificare, vel intelligere dominium, & quandoq; immo semper prius intelligit Reg.quàm vxorem ducat,& generat,sic licet in patre sit magis proprium generare filium quàm creare mundum,nihilominus primum intelligit quàm generet.

Ad 3. Omnis operatio intrinseca præcedit omnẽ operã extrin. Transeat,ergo etiã omnis intelligẽtia. Negatur hoc. Et quando dicitur obiectum magis præsens magis mouet,at essentia est ob. præsentiusquàm creaturæ, ergo magis. Respon.valet in ente naturali non in ente voluntario.

Ra.2. Magis mouere R.vel quo ad intelligentiam,vel quo ad operationem.Non magis mouet quo ad intelligentiam sed quo ad operationem.

Ad 4. est de ratione formali magis, filiusquàm creaturæ,transeat,ergo quo ad intelligentiam, negatur Secundo. Respondeo quòd creaturę sumuntur dupliciter.

Primomodo vt respiciunt fundamentum essentiæ & sic præcedunt filium, secundo ꝟvt dicunt oppositionem & sic filius præcedit Ideas.

Ad 5. Sequeretur quòd filius contingenter oriretur quia ab Ideis. Negatur. Nam non procedit ab Ideis sed ab essentia resultat cognitio Idearum, sicuti in patre.

Ad 6. Sicut se habent creaturę ad operationem sic ad intelligentiam. Respon. quòd Ideæ duplicem habent respectum.

Alterum pœnes fundamentum, & principium. } Si considerẽtur pœnes fundamẽtum & principium
Alterum pœnes finem, & operationem. } à quo oriuntur sunt, primo in patre quia ortum habent ab essentia, & non à persona: Nam ad essentiam infinitam in potentia & bonitate resultant & cõsequuntur Ideæ & creaturæ: Si vero considerentur pœnes operationem nulli dubium est quòd supponunt personas, & suppositа quorum sunt operationes.

Al vltimum. Omnis productio vniuoca præcedit productionem æquiuocam, transeat, ergo Ideę non præcedent Verbum quo ad Intelligentiam, negatur. Nam sicuti essentia in patre præcedit filium, & in essentia sunt Ideæ, & sunt in verbo propter essentiam, sic præcedunt ipsum Verbum. Præcedit, ergo productio quo ad generationem non quo ad intelligentiam. Et sic concluditur, quòd Ideæ in patre præcedunt verbi generationem quia non sunt realiter sed in esse obiectiuo. Hæc sint satis. Habuistis quomodo. In sequenti aggrediar Distin. 15. Magistri sententiarum in qua probatur, quòd Christus assumpsit deffectus pœnales nostros S. Carnem passibilem & animam passibi.

LECTIO QVINQVAGESIMA

Super Distinctione quintadecima Magistri sententiarum in qua quærit de defectibus assumptis à Christo. vnde hæc pars respicit finem Incarnationis Christi. Tria mouerunt Christum ad Incarnationem. primum. Redemptio humana à Dæmonis potestate, secundum. Exaltatio humanæ naturæ. 3 sublimatio proprij nominis. post quàm igitur in præcedentibus egit de Incarnatione iure merito agit de fine, Et quoniam finis iste exequi non poterat absq; passione & morte, quæ sunt defectus humanæ naturæ lapsæ. Quæritur si omnes lapsæ naturæ assumpserit defectus. Hinc vt veritas clarior appareat proponam quatuor.

Primum quot modis sumatur defectus, } Quo ad primum circa numerum defectuum nequit intelle
2. Quos assumpsit Christus. } ctus illos dinumerare cum non solum in indiuiduo, sed in
3. Ratio assumptionis, } specie, immo in genere sunt infiniti, & non solum in mul-
4. Soluam difficultates & finis erit } tis gradibus hominum, sed in vno solo homine, Idcirco tangam solum defectus nostro proposito deseruientes. Scire, ergo est necesse quòd defectus sunt tex graduũ vt potui videre à Doctoribus, & imaginari exme.

Primus Gradus dicitur esse defectus culpæ, } Primus gradus culpæ, fœdat animam peccato,
2. In culpam } 2. Gradus inclinat animam in peccatum,
3. In signum culpæ, } 3. Gradus ostendit animæ peccatum
4. In difficultatem culpæ, } 4. Gradus declarat animam dominari à concupiscentia peccati,
5. In veritatem } 5. Gradus ostendit humanitatem affectam pœna peccati absq; peccato,
6. In Salutem }
6. Gradus patefacit media ad delendum peccatum.

Primus gradus vocatur deformitas animæ, qua suam pulchritudinem & decorem amittit.

2. Gradus vocatur pronitas animæ in peccatum quæ vocatur fomes & rebellio ad peccandum.

3. Gradus vocatur Ignorantia per quam anima in culpam cadit & labitur.

4. Gradus vocatur infirmitas per quam quis cognoscitur in ordinatus, irregulatusq; in cibo & potu.

5. E 6. Gradus vocantur passio, & mors in quibus veritas naturæ & pœna peccati ostenditur. Ex ijs modo difficultati respondeo, quod Christus non assumpsit omnes defectus humanos, quia non assumpsit nec culpam, Nec pronitatem ad culpam; Nec ignorantiam, nec inipso fuit aliqua intemperantia, vel in ordinatio victus qua ad agritudinem duceretur, sed solum assumpsit defectus humanos pœnales scilicet. Famen, Sitim, Frigus, dolores, passionem & mortem. Ideo dicit S. Bona. & alij quod defectus sunt in 2. gradu.

Defectus personales & naturales.

Personales & } Personales sunt passiones propriæ singularium hominum, vt passiones propriæ ad sũ-
Naturales. } perbiam, iram, vindictam, gulam, & ad agritudines. & hos nequaquam accepit, quia dicuntur contracti, & sunt signa peccati, in Christo nec peccatum fuit, nec dolus esse potuit. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius d. scriptura diuina.

Defectus vero naturales qui sunt fames, sitis & reliqui assumpsit, & ratio est in promptu vti placet omnibus Doctoribus. Immo sunt causæ potissimæ vt dicit Mag.

Prima propter veritatem, } Propter veritatem naturæ, } Prima causa assumptionis defectus, fuit ad ostendendum naturę
2. Propter exemplum, } Exemplum pacientiæ & } humanæ veritatem. Nam nisi in
3. Propter finem, } Finem Redemptionis. }

Christo fuissent fames, sitis, frigus, labor & omnes naturales defectus, nullus potuisset credere quod eius corpus desumptum fuisset à Beatissima Vergine sed potius credidissent habuisse corpus phantasticum vti dixerunt Manichæi, Vt igitur tollantur errores, hos assumpsit defectus.

2. Causa. Assumpsit defectus vt esset in exemplum nobis patientiæ. Nam si Christus qui fuit sine peccato tot substulit dolores, angustias & labores, cur nos non debemus illos libentissimo animo sufferre? Hinc dicebat. *Matth. 2.* Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

3. Causa.

3. Causa. Assumpsit defectus naturales vt ostenderet finem Incarnationis. Finis incarnationis dicitur esse redemptio. Redẽptio erat in carne passibili & mortali, ergo necessario assumpsit illos. Hinc dicebat Isaias Veræ languores nostros ipse tulit & do. nostros ipse port. *Isai. 53.*

Idem asserit Paulus Hæbreo. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret & fidelis Pontifex ad Deum. *Heb. 11.*

Idem Pau. Heb. 4. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absq; peccato. *Heb. 4.*

Idem Damasce. In lib. 3. Totus totum assumpsit me, vt toti mihi salutem gratificaret.

Item probatur rationibus. Quod fuit in assumptibile fuit incurabile, se de defectus naturales fuerunt curabiles, ergo assumptibiles. *Dama.*

Præterea, Christus assumpsit defectus naturales vt illis posset satisfacere per passionem & per mortem pectatis nostris, sed satisfecit soluendo prætium sanguinis & mortis, ergo assumpsit.

Idcirco Mag. in Di. 16. inquit quòd dantur quatuor status hominis & Christus de omnibus aliquid accepit. Isti status sunt.

Ante peccatum, } Sub gratia } Primus status fuit inceleſti Paradiso, } 3. in Ecclesia }
Post peccatum, } In gloria. } 2. in hoc mundo. } 4. In cœlo. }

Primus status fuit Adami } De primo statu Christus accepit Innocentiam, } Vnde concludi potest quòd in Chri-
2. Hominum } De 2. assumpsit pœnam, } sto fuerunt per se-
3. Fidelium & } De 3. assumpsit gratiæ plenitudinem, } cundum statum de-
4. Beatorum. } De 4. assumpsit gloriæ contemplationem. } fectus pœnales naturales. Hinc dicunt Doctores quòd defectus in Christo naturales.

Non fuerunt necessarij & } Non fuerunt necessarij, quia nõ coacte sed voluntarie oblatus est, Nam erat
fuerunt necessarij } liber vt Deus, vt bonus, vt à spiritu Sancto & vt plenus & gratia & sapien-
Non fuerunt contracti & } tia fuerũt necessarij, qa in Christo erãt principia naturalia corporis in, quo
fuerunt assumpti, } ex necessitate naturæ cõflato ex contrarijs fit pugnantia, s, dolor, dissolutio & mors. Nam sicuti necessarium est ignem calefacere. Aerẽ humectare. Aquã infrigidare, sic necesse est corpus ex contrarijs dissolui, & resolui, & sic hoc modo Christus passus est dolores & mortem.

Non fuerunt contracti. Nam contractio defectuum ex duobus pendet. Ex propagatione & ex concupiscentia. Ex propagatione carnis quæ communicatur nobis per generationem seminalem, & corruptam. Et Ex concupiscentia carnis quæ militat in membris. Nam generans adeo immersus est libidini carnali Adeo intense & immoderate exercet actũ illum brutalem & bestialem vt omnia obliuiscatur, s. Deũ, & Christũ, legem, bonum, vitam & mortem obliuiscitur. Hinc in pœnam huius delicti caro fit rebellis spiritui, semper militat, semper reluctatur & semper perturbat, ac sæpissime ad peccatum trahit. Nam caro vicit spiritum in Paradiso Terrestri, in pœnam huius dominatur & licet non sit dominium absolutũ tamẽ adeo vehementer agitat, conturbat, & perturbat ipsam animam quòd Paulus dicebat. Sentio aliam legem in membris meis repugnanti legi mentis meæ. Ideo in Christo non fuerunt isti defectus. Ratio est in promptu. Caro Christi concepta fuit de Spiritu S. qui est infinitæ virtutis, sapientiæ, & ordinis, Ideo communicauit illi omnem perfectionem, ordinis, Regiminis, & vitæ. Ideo caro erat sancta subiectaq; spiritui,

Erant tamen multi defectus assumpti vt passibilitas, mors & alia, vt nostram perficeret redemptionem. Rationem aliam dicit Mag. in litera. Nam dicit quòd Nos & Christus habuit defectus, sed alia & alia causa.

Nam nos defectus habemus ex causa } Nos ex causa, quia propter peccatum
Christus habuit propter causam. } Christus propter causam, quia habuit vt tolleret peccatum. }

Hæc quo ad probationem. Modo inturgunt difficultates maxime quod in Christo fuerint defectus personales & contracti.

OBIECTA CONTRA,

Prædicta. Quod in Christo fuerint defectus contracti, & detestabiles.

Arg. 1. In Christo fuit verus timor mortis, sed timor est defectus contractus ex pusillanimitate, ergo contractus. Probatur maior ex scriptutis. D. Mattheus 26. Cepit contristari & mæstus esse. *Matth. 26.*

Idem eo loci. Pater si fieri potest trãseat à me calix iste. Quare dicit hoc? nisi quia mortem timuit, & caro rebellis, ergo Idem asserit Hierony. Vt veri hominis carnem ostenderet, vere constristatus est. Item fleuit super Hyerusalem, ex mærore Idem dicebat. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, ergo si timor verus, ergo sine charitate, ergo & fletus contractos habuit. Nam charitas foras emittit timorem, ergo.

Arg. 2. Vbidatur perturbatio ibi est defectus detestabilis, sed Christus passus est perturbationem, ergo defectum detesta. Maior probatur. Stultũ est aliquem velle perturbationem sumere de re impossibili, ergo cum ipse assumpsit perturbationem mortis, quæ non potest impedire, ergo apparet assumpsisse defectum detestabilem. Minor est in Euang. Nam in morte Lazari dicitur. Infremuit Spiritu Iesus & turbauit semetipsum, ergo. *Ioa. 11.*

Arg. 3. Præterea Vbi datur ira ibi datur defectus detestabilis, quia ira est peccatum; ergo sed in Christo fuit ira, ergo. Maior probatur. Vbi datur vindicta ibi ira, Ira, est accen. san. cir. cor. propter vindictã, sed Christus vindicauit iniuriam patris in templo Solo. pereutiens Symoniacos, ergo,

Ideo dicitur quòd Ira est vindex lasæ concupiscentiæ ex Damasceno.

Præterea. Quod necessatio consequuntur principia naturalia. Vbicunq; ponuntur illa principia cõsequtiue ponuntur quæ ex principijs sequuntur. Sed in Christo sunt omnia principia naturalia nempe anima & corpus, ergo erunt omnia quæ consequuntur ad principia naturalia, sed ex principijs naturalibus sequuntur pusillanimitas, Timor, mœstitia, Imprudentia, ignorantia, ægritudinis, ergo omnia ista erunt in Christo. *Tho. 4.*

Arg. 4. Præterea. In Christo fuerunt omnes scientiæ, & gratiæ, quia venerat assumere omnes defectus, ergo.

RESPON-

RESPONSIONES,

Ad primum fuit timor & Passio. Respon. quod timor est multiplex.

Sanctus, Rationalis. Naturalis Libidinosus & Pusillanimitatis. } In Christo fuit Timor Sanctus quia semper fuit subiectus patri, fuit timor rationalis, quia obediuit legibus, & dominio Principum soluendo censum, & alia, Naturalis quia carnem veram habebat. Non fuit tamen timor mondanus, nec carnalis, quia nō fuit ratio subiecta carni, nec sensui. Primus. Timor dicit honorem, secundus dicit detestationem, quæ non fuit in Christo.

Ad 2. fuit perturbatio. Respon. quòd tristitia & perturbatio sumitur 3.

Prima est præter rationis imperium
2. Contra rationis imperium
3. Subiecta rationis imperio.
} Tristitia & perturbatio præter rationis imperium dicitur nasci ex necessitate naturæ, & ex quadam surreptione vt sunt primi motus, & impetus qui non sunt in nostra potestate, & hæc perturbatio dicitur esse communis omnibus etiam sapientibus.

Tristitia contra rationis Imperiū dicitur esse turbatio, & perturbatio & dicitur esse in hominibus malis & sensualibus, qui à sensu & libidine ducuntur. Hinc duo isti gradus non fuerunt in Christo quia interne, externe & superne fuit regulatus.

Tristitia. Tertiomodo sumpta quæ dicitur sequi Imperium, & dictamen rationis certe fuit in Christo nō timebat, mestus erat, & tristabatur secundum rationem dictantem, dico ergo, quòd in Christo fuit hæc, sed ista est honoris & meriti, & non aliæ quia sunt detestabiles,

Ad 4. In Christo fuit ira, ergo. Respon. quòd motus iræ sumitur. 3.

Primomodo vt dicit motum cum perturbatione sensus & mentis, ad malum, & hæc non fuit in Christo, quia regulatissimus.

Secundomodo vt d. motum cum mētis, & sensus perturbatione ad bonum, & hæc in bonis & sapientibus.

Tertiomodo vt d. motum sensus sine perturbatione mentis, & libidine ad malum, sed ad bonum, & hæc fuit in Christo & hec dicit perfectionem, & meritum, & non detestationē. In Christo fuit potius propassio quàm passio, propassio est cum ratione, passio non semper cum ratione.

Ad 5. Erant principia naturalia, ergo. Respon. sumitur. 2.

Absolute & Contracte. } Absolute in esse simplici & remote, & hoc modo non erant in Christo quia non vt infecta culpa,

Contracte, quatenus erant ornata originali iustitia, & gratijs, & sic impediebat defectus detestabiles. O plenitudo gratiæ. Respondetur erant defectus assumpti dispensatiue. At gratiæ erant ex vnione. Hæc in p. Na.

9.15. ex. Bacho.

LECTIO QVINQVAGESIMA

Secunda super Distinct. 15. Bachonis in qua per vestigat. An Anima Christi sit nobilior Anima Iudæ? Et ex ista quærit etiam. An forma substantialis suscipiat magis & minus? In qua videbimus An detur susceptio magis & minus in substantia, et quomodo sit nobilior: cum difficultatibus, & solutionibus.

N.

Cum apud Phi. pateat nobilitatem maiorum quandam esse claritatem. Vnde sapientes explicántes hanc claritatem concluserunt esse pœnes.

Sanguinem
Scientiam
Potestatem
Magnanimitatem,
Magnificentiam,
Docilitatem &
Affabilitatem.
} Pœnes sanguinem, vt nobilis quis dicatur si in sua prosapia reperiantur multi ac præclarissimi. Duces, Reges, Imperatores, Cardinales, & Pontifices. Vel ipse ortus sit à præstantissimo Patre, & matre.
Nobilitas pœnes scientiam dicitur esse maior quàm pœnes sanguinem. Hinc Philoso. Legistæ. Medici, Theologi, Concionatores & Doctores, verè appellari possunt Nobiles. Hinc illæ familiæ in quibus multi reperiuntur Doct. præclarissimę dicuntur. Ideo familia nostra Siluestrana quæ tot habuit Doctores, & habet iure merito nobilis dicitur.

Nobilitas pœnes potestatem dicitur esse digna, quoniam ille dicitur nobilis qui sui est iuris, ergo qui magis sui est iuris magis nobilis dicitur. Igitur qui habet imperium maius super alios, & nobilior.

Nobilitas pœnes magnanimitatem est claritas orta ex factis magnis, & arduis corde eleuato, animoq; sublimi terminatis.

2. Rhetо. Nobilitas magnificentiæ oritur ex diuitiarum investitu, Domus apparatu, conuiorum frequentia famulatus copia, larga, amplaq; dispensatione. Nobiles decet esse magnificos, & gloriosi.

Nobilitas pœnes docilitatem, sumitur ex maiori aptitudine ad disciplinas capescendas. Nam nobiles cum delicatius nuttiantur dociliores, aptioresq; magis sunt ad scientias quàm pauperes plebei & miseri colonni. Ideo dicebat Phi. Moles carne apti ad scientiam.

Nobilitas affabilitatis oritur ex nobilium studiosorum & sapientum conuersatione. Hinc qui affabilitate, familiariq; locutione ac conuersatione carent, minime nobiles esset possunt. Stantibus his possumus dicere & concludere assertiue Animam Christi super animam Iudæ & omnium fuisse nobilissimam præclarissimam & præstantissimam cum in ipsa fuerint omnium nobilium gradus, videlicet.

Sanguinis

Sanguinis
Scientiæ
Potentiæ
Magnanimitatis
Magnificentiæ
Docilitatis &
Affabilitatis.
} Sanguinis, quia à Regibus, Prophetis, Patriarchis, & Sacerdotibus ortus est.
Scientiæ quia in ipsa sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei.
Potentiæ, quia data fuit illi omnis in cœlo & in terra potestas.
Magnan. quia aggressus magna magnoq; spiritu, videlicet Dyabolum & mortē.
Magnificentię, quia dedit corpus suum ad hominum cibum.
Docilitatis, quia & cogitationes appræhēdebat, & affabilitatis quia erat cum omnibus humillimus ergo. Ex ijs modo accedo ad rem propositam. An anima Christi in aliquo gradu substantiali sit perfectior anima Iudæ, & aliorum hominum? Nam si quis dicat quòd non est perfectior repugnaret articulo Parisiensi 124. in quo diffinitum est. Animam Christi esse præstantiorem anima Iudæ. Si vero asserere vellimus quòd sit perfectior, ergo Christus non erit eiusdem speciei cum alijs, quoniam quæ sunt eiusdem spetiei alterum ab altero in substantia non differt.

Vel si differt, ergo sequitur quod sit susceptio magis & minus, hoc autem repugnat Philo. quòd substantia sit magis & minus susceptibilis. Quomodo igitur Anima Christi in substantia erit perfectior anima Iudæ?

Pro intellectu huius quæ siti tria propono.

Primum Circa susceptionem magis & minus
2. Quomodo sit in Christi anima
3. Quomodo sit melior & nobilior.
} Quo ad primum de susceptione magis & minus scire est necesse quòd vagantur per scholas isti termini.

Essentia
Esse
Extensio &
Magis & minus.
} Essentia arguit naturam rei,
Esse substistentiam rei,
Extensio, partes quantitatiuas rei, &
Magis & minus gradus virtuales rei.
} Essentia nunquàm suscipit magis nec minus, siue sit in substantia, siue reperiatur in accidentibus.
Ratio est in promptu. Omnis natura specifica vt talis natura dicitur esse perfecta, sed quod est perfectum in spetie non suscipit magis neq; minus. Exemplis totum aperitur. Nam si quis quærat cur.

Albedo vt quatuor non sit magis albedo quàm albedo vt duo? Respon. quia est natura eadem & essentia. Sic de globo maximo terræ & de pugillo, sic de circulo maximo, & de minimo dicimus quòd circulus maximus non est magis circulus quàm minimus, quia est natura & essentia æqualis & specifica. Sic in omnibus alijs rebus, & accidentibus, quòd essentia, vt essentia non dicitur suscipere magis & minus sic nulla anima nec intellectiua nec sensitiua nec vegetatiua.

Quo ad secundum de esse. An esse rei suscipiat magis & minus ideſt suscipiat gradus maioris perfectionis quo ad substistentiam rei? Et hoc modo dicimus quòd esse accidentium accipit magis & minus. Nam clarissimum est quòd aliqua accidentia magis & minus inhærent subiecto. Nam propria magis inhærent quàm alia, & sic suscipiunt.

Sic etiam dicimus quòd accidentia & substantiales formæ quando transferuntur de potentia ad actum, tunc dicimus suscipere magis & minus quia quod erat in gradu diminuto in potentia fit in gradu perfecto in actu. Doctor in ar. 2. in col. 4. 3.

Corpus continetur in linea præcla camentia li, in substantiæ & in Quanto.

Quo ad 3. de extensione sciendum est quod extensio est corporis habentis partes extra partem, & loquitur non solum de corporibus mathematicis sed de corporibus substantiæ constantibus ex materia & forma, quæ quidem corpora habent partem extra partem.

Patet ex Arist. 2. de Anima tex. 6. vbi dicitur quòd Anima est actus corporis orga. potentia vitam habentis, ergo si organa, & partes extra partem.

Idem asserit Commen. 3. Phy. Comm. 43. Diff. corporis est vt secundum omnes partes extendatur. Hinc cum partes in duplici discrimine. Nam sunt partes materiales: Aliæ partes specificę. Materiales sunt impinguatio & macies, crassitudo, & extenuatio, quæ partes fluunt in corpore & refluunt secundum viuendi modum. Nam istę non faciunt ad diffinitionem.

Partes specificæ sunt caro, os, neruus, medulla & similia, quæ faciunt ad definitionem materialem corporis Nam non possum diffinire naturaliter corpus sine his, & licet mathematice diffiniatur sine materia specifica tamen supponit semper esse, alioquin nullum daretur corpus quantum. Ex ijs quærunt.

An corpus secundum vtrasq; partes suscipiat magis & minus? Respon. absolute, quòd secundum partes materiales certe suscipit, quoniam aliquando quis dicitur esse magis & minus pinguis, macer, turgidus, extenuatus & exhulceratus. Secundum partes vero specificas, nullomodo dicitur suscipere magis & minus, quia semper manet eadem caro, sanguis, neruus, & os.

Magis & Minus.

Quo ad 4. de his vocibus magis & minus respectu formarum. Respectu vegetatiuæ, sensibilis & Intellectiuæ. An suscipiant magis & minus? & per consequens. An Anima Christi suscipiat magis & minus? Respon. sio certe est perdifficilis propter maximas difficultates. Ideo vt veritas dignoscatur scire oportet quòd formæ est duplex series.

An forma susci piat.

Prima educta de potentia materiæ
2. Deforis adueniens.
} Prima forma dicitur esse Plantarum & brutorum videlicet vegatalis & sensilis.

2. forma dicitur esse Intellectiua.

Prima forma sensilis & vegetalis consideratur quadrifariam.

Primomodo in se vt substantia
2. In ratione corporis.
3. In ratione indiuidui.
4. In ratione generis & spetiei.
} Si forma substantialis nempe vegetatiua in se consideretur, certe non suscipit magis & minus quia in prima productione recipit omnem suam perfectionem, omnes suos gradus, vnde per successionem temporis nullum gradum perfectionis accipit, quia non est albedo, quæ licet in essentia non recipiat magis & minus, tamen in esse potest recipere gradus maiores, sic aliæ formæ Omnes simul & semel recipiunt omnes gradus suæ naturæ & suæ essentiæ.

Perfectio formæ & Perfectio Indiuidui.

Si forma consideretur respectu corporis, quoniam educitur de potentia materiæ & extenditur ad extensionem materiæ, dico quòd suscipit magis & minus. Nam magis & minus cum sit extensum corpus, sic & forma vegetatiua, & sensitiua extenduntur. Non tamen dicimus de intellectu cum deforis veniat. & hoc modo soluuntur & explicantur multæ Aucto. Phi.

Si forma consideratur in ratione Generali, aut speciali, Vt anima vegetatiua, vel sensitiua, vel rationalitas in se in respectu omnium plantarum, Brutorum. & hominum, certum est quòd nullomodo respicit magis & minus. Ratio est in promptu. Quoniam istæ formæ non recipiunt.

Contrarium

Contrarium
Non additionem. } Non recipiunt contrarium, quia non sunt qualitates, sicuti cãliditas, & albedo. Nam ista suscipiunt magis minus quoniam habent contraria admista, vel quoniam recedunt magis & minus a contrario, vel quia magis accedũt ad suum principium, ad ignem, vel albedinem. Formæ autem substantiales carent contrario, ergo non magis nec minus recipiunt.

Non recipiunt additionem, quoniam cum sint substantiæ habent in prima productione omnes suas partes, vel esse totale, cui nulla fieri potest additio. Si vero forma deniq; consideretur in ratione indiuiduali, quatenus dicitur esse hæc forma leonis, vel socratis, sic ratione indiuidui recipit magis & minus. Exemplis declaratur.

Accipio plantam
Animal &
Hominem. } Si comparetur planta lapidi, non est magis perfecta quàm sit lapis? certe sic. Ratio quia in lapide est tãtũmodo vna forma scilicet corporeitatis, & in planta sunt duæ formæ altera corporeitatis, & altera vegetabilis: sic Leo non erit planta perfectior, cum in bruto sint tres gradus formarum, scilicet corporeitatis, sensitiuę & nutritiuę? sic cum in homine sint quatuor gradus formarum, ergo magis perfectus, ergo magis & minus. Probatur à Michaele etiam primo sen. Dist. 17. concl. 3. Sed Doctor melius probat. Nam inquit Doctor.

9. sen. d. 14. con clu. 3. Bononi. Ar, 2.

Vbicunq; dantur diuersi gradus substantiales, ibidatur susceptio magis & minus. Sed sic est quòd in indiuiduis substantialibus dantur diuersi gradus substantiales, ergo magis & minus. Minor patet. Quia in homine datur forma nutriens, sentiens, & intelligens, qui sunt gradus diuersi per Arist. 2. & 3. de Anima.

Maior probatur quòd ibi sit magis & minus. Vbidatur alia & alia diffinitio, ibi datur alia & alia differentia, sed inter differẽtias dantur gradus, nam aliæ sunt magis perfectæ vt sensitiua est perfectior vegetatiua, & intellectiua est perfectior sensitiua, ergo diffinitiones erunt magis & minus perfectæ. Tunc sic. Certum est quòd homo aliomodo diffinitur vt animal, aliomodo, vt rationale, ergo alia & alia differenitia, ergo si perfectior est rationalitas animalitate suscipiet magis & minus, ergo in substantia magis & minus.

Idem asserit ex Doctrina Phi. in Prædicamentis, & etiam ex Boetio. Nam ponens discrimens inter primas & secundas substantias, inter indiuidua & inter species & genera dicit. Quod substantiæ primæ sunt maxime substantiæ, sed secundæ vt species sunt magis substantiæ quàm genera. Ratio quia primæ habent maiores gradus formarum, quàm species, & species quàm genera, ergo,

Confirmatur per eundem Comm. & Phi. 8. Diuinorum com. 10. Nam quærẽs rationem quomodo vnus numerus differat ab alio numero in diffinitione? Respondet propter additionem. Nam si quatuor addatur vnitas fit variatio diffinitionis: sed diffinitio alia, alia perfectior est, ergo magis & minus includit, ergo à simili. Si animali additur sensibile, & sensibili rationale, ergo magis & minus, ergo in quid ditate substantiali datur magis & minus.

Præterea. Illa addunt gradus diuersos substantiales & per consequens magis & minus quæ sunt omnino diuersa, sed sic est quòd nutritiua, sensitiua & intellectiua sunt omnino diuersa, ergo vbi reperiuntur addunt gradus diuersos. Maior probatur ex omnibus, minor apparet. Nam nutritiua non sen. sensitiua nõ intelligit, & Intellectus est de foris, ergo diuersa, ergo si altera excedit alteram in pfectione, ergo magis & minus suscipit. Exijs modo sic probatis redeo ad probositũ. An Christi anima sit perfectior in gradu essentiali, vel substãtiali anima Petri? Respon. quòd Anima Christi potest dupliciter, considerari.

Anima Christi Nobi. issima.

Altera modo essentialiter & specificæ:
Altero modo indiuidualiter & accidentaliter } Si consideretur primomodo substantialiter, & essentialiter vt anima in se rationalis, dico q̃ non est nobilior anima Iudæ, vel Petri, nec aliorum, quoniam essentię substantiales non suscipiunt magis nec minus. Si vero cõsideretur indiuidualiter, & secũdũ dispositiones accidẽtales infusas, & acquisitas ratione animæ ratione donorum & ratione corporis suscipit: Ratione animę, quoniam Deus illustriorem intellectum præstantioremquæ voluntatem dedit animæ illi super omnes animas. Exem. licet stellę omnes eiusdem sint speciei, naturæ & substantiæ, tamen illæ quæ soli sunt propinquiores sunt etiam illustriores, sic licet omnes partes corporis sint eiusdem essentiæ tamen cordi ⁊ viciniores sunt fortiores, sic licet omnes animæ sint equales quo ad essentiam, non sunt tamen quo ad dispositiones.

Ratione donorum etiam in his non habuit mensuram. Deniq; ratione corporis vnde erat organizatum à Spiritu Sancto. Ideo erat illi ad omnes functiones accommodatissimum. Ideo hoc modo præcelluit omnes alias animas rationales. Et hoc modo saluatur Articulus Parisiensis quando dicitur, quòd est excellens. Respoh. non substantialiter, nec essentialiter, sed priulegijs donorum, & sic apparet ⁊ veritas conclusionis, quomodo sit susceptio magis & minus in substantia, in accidentibus, & in dispositionibus. Modo oportet soluere difficultates.

OBIECTIONES,
Quòd forma substantialis nullomodo suscipiat magis et minus. Auctori & ratione probatur.

Arg. 1. Repugnat hæc conclusio Philo. ergo falsa. Patet. Dicit quòd substantia non suscipit magis nec minus, ergo.

Arg. 2. Quod dat esse simpliciter materiæ non suscipit magis & minus. At forma substantialis est huius; ergo. Maior est vera, quia ens simpliciter habet omnes suas partes, & minor probatur. Quoniam forma est actus Primus, ergo,

Arg. 3. Ad formam substanti dem non potest esse motus, ergo nec susceptio magis nec minus. Patet. Antecedens. Quoniam forma non introducitur paulatine in materiã sed in instanti, & dicitur esse terminus formalis, vt dicitur 5. Phy. t. & com. 8, & 10. Patet etiam consequentia. Quoniam susceptio magis & minus dicitur esse vbi datur motus, & res dicitur esse partim in termino à quo, & partim in termino ad quem.

Arg. 4. Si formæ substantiali aduenirent aliquis gradus vltimus, ergo esset accidens & non forma substantialis ipsius materiæ, ergo esset composita, sed hoc est falsum, igitur cum sit simplex non recipit magis.

Arg. 5. Si de quo magis videtur in esse & non in est, ergo & de quo minus. At magis videtur in esse quòd

Accidentia

Accidentia omnia suscipiant magis & minus & tamen non suscipiunt, ergo nec substantiales formæ. Maior est clarissima. Minor probatur quo ad primam partem. Nam illa dicuntur suscipere magis & minus quę sunt minus firma, stabilia & permanentia vt sunt accidentia, & non substantiæ quæ sunt permanentia, firma fixa & habent esse in indiuisibili. Probo quo ad aliam partẽ q̃ aliqua accidentia non suscipiant, Nam apparet in quanto. Circulus vnus non est magis circulo alterius, neq; linea in auro magis quàm in luto, Nec numerus par magis quàm impar, ergo nec debet esse substantia.

RESPONSIONES,
Obiectorum.

Ad primum & ad secundum. Respon. quòd susceptio sumitur dupliciter.

Primomodo vt respicit formam specificam, diffinitum & quidditatem & hoc modo certe non suscipit.

Secundomodo vt susceptio respicit additionem gradus superioris substantiæ, & hoc modo suscipit, quia additur forma perfectiua, vt nutritiuæ additur sensitiua, & sensitiuæ Intelletiua quæ dicunt gradus substantiales, & hoc fatetur. Phi.

Ad 3. Non datur motus, ergo nec su. Respon. Dari motum contingit dupliciter in substantia

Alteromodo acquirendo partem post partem successiue in eadem forma, vti quando in albedine vt quatuor acquiruntur alij gradus vt octo & sic in infinitum, & hoc modo non datur motus in substantia quia substantia in instanti tota producitur.

Alteromodo dicitur susceptio magis & minus in additione quia gradus substantialis sensitiuę additur nutritiuæ ⁊ vti enti in potentia, & hoc modo fit additio sine motu, quoniam fit instanti, & hoc non negaret Phi.

Eodem modo tollitur quartum argumentum quando dicitur quòd non esset simplex illa forma, negatur. Quoniam non fit magis & minns per acquisitionem sed per additionem.

Ad 5. de quantitate, & de circulo, Respon. quòd circulus sumitur dupliciter.

Vel quo ad speciem quantitatis
Vel quo ad perfectionem. } Si sumatur primomodo quo ad speciem quantitatis sic dico quòd non est magis circulus vnus quàm alter, quoniam diffinitio eadem vtriq; si ⁊ vero sumatur quo ad perfectionem sic in est magis & minus. Nam vnus circulus est alio densior, Vnus est in materia præstantiori, & alter in materia minus præstanti, & hac de causa ratione modi indiuidualis vnus dicitur esse altero præstantior, & perfectior.

Hæc sufficiant pro presenti, in qua audistis quid sit nobilitas. Quomodo anima Christi nobilior sit Anima Petri. Quomodo formæ specificæ & substantiales non suscipiunt per acquisitionem sed per additionem. Insequenti examinabimus. Distin. 16. Magist. Ioannis Bachonis inqua quærit. An formæ elementorum maneant in misto.

LECTIO QVINQVAGESIMA
Tertia super quæstione Sextadecima Ioannis Bachonis in qua duo inuestigat & perscrutatur primum. An formæ elementorum remaneant in misto? Secundum. An formæ substantiales elementorum, vel misti suscipian magis & minus? Ideo pro intellectu huius primi quæsiti proponam vobis sex.

Continuationem Bachonis cum Magistro sententiarum.
2. Quid mistio,
3. Quotuplex mistio.
4. Conclusiones varias Doct.
5. Mentem Doctoris Nostri.
6. Solutiones Difficultatum. } Quo ad primum nostrates statim dicent. Quam continuationem habet Magister Carmelita cum Magistro sententiarum, Nam si Magister sent. egit de Doloribus, & de pœnis quas Noster Saluator passus est, videlicet de passione animæ & de passione & de morte corporis ad quid agere de formis ælementorum? Quorsum hæc? Respon. quod optime factum fuit. Nam cum dolor, pœna, morsq; corporea ex pugnantia & digladiatione primarum qualitatum ælementorum quæ sunt calidi tas, humiditas, frigiditas, & siccitas suboriantur, & ista sunt in corporibus propter ælementa, necesse fuit videre quomodo reperiantur in istis corporibus, vel in esse specifico. Vel remisso. ⁊ vel deuicto, ⁊ vel sub alia ratione. Ecce igitur ratio continuationis per optime considerata, & ex præcedentibus deducta.

Quo ad secundum de mistione quòd mistio sumitur quadrifariam,

Primomodo dicitur iuxta positio,
Secundomodo cumulatio
Tertiomodo Vnio,
Quartomodo compositio & alteratio. } Mistio primomodo quæ significat iuxta positionẽ est plurium rerum remanentium in propria forma & figura, approximatio Vti quando miscetur frumentum cum Ordeo. Milio, Lapides indiuisibiles in Arena, Vel minima albedo iuxta minimam nigredinem: *Mistio. 4.*

Mistio Secundomodo quæ vocatur cumulatio est multarum rerum contrariarum aggregatio ⁊ vbi sit cõfusio talis quòd nulla per se ab alia scecerni potest, licet ⁊ vna aliam non penetret. Apparet in aromatibus quæ sic in mortario per contusionem ad minutissimas partes rediguntur vt altera ab altera scecerni non potest.

Mistio Tertiomodo quæ appellatur Vnio est multorum liquidorum in qua omnia actu remanent secundum suas formas, hoc modo aqua & oleum, vinum & lac, & similia remanent in suis formis actu.

Mistio Quartomodo quæ nominatur compositio est multorum in vnam formam substantialem, & in unum compositum per se, miscibiliras. Hinc in præsentiarum sermo noster non est de tribus primis mistionibus

nibus, quoniam ex illis nil fit vnum per se, sed solum de quarta spetie est propositum. Hanc autē diffinit Phil. quòd est miscibilium alteratorum vnio vt habetur in fine primi de Gene. & corruptio; per quàm diffinitionem dicit Doctor, quod mistio differt.

1. de Gen. & corrup. t. com. 83. cā. de mist.

A generatione
Corruptione
Alteratione
Auctione &
Nutritione.

} Differt à generatione; quia in generatione materia non miscetur formæ nec econuerso, sed in mixtione, miscibile miscetur alteri, vt ignis aeri, aer aquæ, aqua terræ. Præterea in generatione quandoq; corrumpitur alterum miscibilium, nam in generatione ignis lignum corrumpitur sed vnum miscibile non corrumpitur, ergo non est Genera. Patet minor. Nam materia & forma remanent actu, non autem miscibilia remanent actu.

Non est corruptio, quia in corruptione forma corrumpitur miscibilia vero non vt dicemus, sed remanet, ergo.

Non est alteratio, quia in alteratione vtrunq; manent actu. Nam quando paries fit albus & manus calida nec albedo parieti, nec calor manui admiscetur sed vtrunq; manet actu, paries scilicet manet paries, & albedo, albedo, & calor calor, ergo non mistio.

Non est auctio, quia ista fit sine mistione. Nā alterum non miscetur alteri, sed conuertitur in alterum. Exēplum habemus in vino & acqua & nutrimento. Nam si quis infundat in mille amphoris vini guttas decem aquæ, aqua non miscetur vino, sed corrumpitur à vino & transmutatur in vinum, sic alimentum non remanet sed mutatur in alitum, in sanguinem in carnem, & os, corpus vero remanet actu, sed in mistione alterum alteri miscetur & manet ergo non erit mistio. Hæc quo ad secundum.

Quo ad Tertium quomodo fiat mistio. Requiruntur ad mistionem quinque potissima.

Primum respicit quantitatem.
2. Qualitatem.
3. Numerum.
4. Adæquationem
5. Proportionem.

} Primum in mistione requiritur quantitas ælementorum, quòd sint quatuor ælementa, & hoc loquendo de perfecta mistione, quoniam in mistione imperfecta sicuti exalationes & vapores leuati à terra & aqua per solem in mediam regionem aeris constant tantum modo exduabus. Nam exaltationes vt cometæ, vt columnæ sunt tantummodo ex terra & igne, Vapores ex aqua & aere, vti attestatur Phil. in meteorologicis sermonibus. Et ratio apertissima est ex Phi. quòd sint ex quatuor, nempe ex terra. Aqua, aere & igne. Quod Terra requiritur, patet. Nam partes misti puta lapidis, vel plantę, necesse est vt sint solidæ & firmæ, & non fluidæ. At soliditas & firmitas terræ soli conuenit, ergo. Sed quia terræ partes sunt pulueres sicci, & non possunt adinuicem vniri & conglutinari sine humiditate, & humiditas est ab aqua, ergo concurrit aqua; At quia mistio consurgit ex actione & pugna contrariorum, nam vnum agit in alterum alterando illud, cum aer sit contrarius terræ, & Ignis aquæ secundum vtranq; contrarietatem, vt simul misceri possint adinuicem requiruntur cum aqua & terra. Hæc quo ad primum.

Mistæ sunt lapides. vegetabilia Plantæ, & animalia. Aer non habet tenacitatem nisi aquæ.

Secundum requiritur in mistione, qualitas rerum. Hinc quæ sunt bene comminuta vt aromata facile miscētur, sic liquida pura vt vinum & aqua, non tamē mel & oleum cum aqua, quia sunt viscosa & vnctuosa, sic magna in quantitate tardissime miscentur, quia non cito se alterant, sic valde passiua, & alia quasi impassibilia, vt os & stannum, & mollissimum, & durissimum, ideo si simul proijciant in fornacem, stannum non miscetur cum ære, sed euanescit, ideo prius ęs ponitur & liquatur sub inde stannum.

Idcirco natura prouida & sagax vt perfecta fieret mistio sic vniuit illa adinuicem vt respłēdeat maximum iudiciū. Vnit primum ignem cum aere propter simboleitatem quàm habet ignis cum aere, ex illa vnione nec tit aerem cum aqua propter humiditatem, & subinde vnit aquam cum terra propter frigiditatem & sic fit temperamentum. Vnde ordo maximus apparet.

2. de Gene. T. 48.

Tertium in mistio ne dicitur esse adæquatio. Scire oportet quòd nisi sint adæquata adinuicem non potest fieri mistio sed scire est necesse quòd adæquatio pro nunc est duplex.

Altera in puncto, ad pondas, & indiuisibilis, ita quod nullo modo vnum elementū superet aliud, quia hoc modo nulla esset mistio cum ab æqualibus nulla progrediatur actio.

Ista adæquatio habet latitudinem & gradus multos. Coequatio varia. complexio melancholica ex siccitate, colerica ex calido.

Altera dicitur adæquatio secundum quid, id est quòd ipsa ælementa approximentur adinuicem vt possint agere & pati sed vnum non superet, nec sit potentius omnino, & secundum excessum altero, Nam si vnum, puta ignis esset in summo in misto non fieret alteratio, sed generatio, aut corruptio, vt dicebamus de igne magno respectu ligni quod consumit: Ideo si sunt cum moderamine fit alteratio respectu qualitatum, & ex alteratione consurgit mistio, & ex mistione temperamentum, & ex temperamento forma misti. Exem. affertur in corpore sano. Dicunt Medici quòd sanitas consistit in adæquatione humorum. Non tamen sic constat ex ista adæquatione quòd humores sint in esse punctuali, & quòd vnus alium non superet. Impossibile est vel saltem difficillimum inuenire corpus in quo humores sint æquales in indiuiduali. Nam dantur multi gradus humorum excedentes se inuicem, nec sequitur propter hoc infirmitas, nisi sit in adæquatio per excessum adeo vt corpus non possit suas exercere functiones. Ideo pro conclusione semper requiritur aliquod ælementum prædominas vt terminetur mistum, sed non in summo.

Quartum in mistione requiritur proportio. Ideo cum ælementa sint quatuor & duo sint maioris actiuitatis, alia duo minoris, Maioris actiuitatis sunt ignis & aqua, minoris terra propter suam crassitiem, frigiditatem & siccitatem ideo ne ignis totum terrestre consumeret, & misti compositio impediretur natura sagax prouidit vt terra magis abundaret secnndum molem, ne ab ælementis magis actiuis consumeretur si sub parua esset quantitate.

Natura sagax facit ad modum ex perti medici. Nam cum Rheubarbarum sit maxime actiuitatis datur in firmo sub minori quantitate, Cassia vero cum minoris sit actiuitatis datur sub maiori quantitate. Et sic ex hoc resultat proportio adæquata, & adæquata proportio.

Præterea dedit maiorem telluris quantitatem vt cum fuerint corpora mista extra locum possint ex se adillum redire. Modo ex his Doctor quærit quomodo ælementa vel formæ ælementorum maneant in mixto? Respon. inter Doctores quatuor præstantissimi.

Auicenna.
Aureolus.
S. Thomas &
Ioa. Bacho.

} Auicenna posuit quòd formæ ælementales remanent in misto in actu perfecto sed inquitatibus accidentalibus fit remissio, modificatio, & temperamentum. Nam dicit. Forma ignis, aquæ & reliquorum sunt in misto secundum suas formas, non tamen sub esse intenso, sed remisso.

Hanc

Hanc opinionem improbat Comm. 3. de cœlo com. 67. quòd sequeretur quòd non esset mistio, quia forma ignis non penetraret formam aquæ, ergo iuxta positio.

Aureolus ponit Duo. Primum quòd formæ ælementorum sunt in misto secundum suas realitates. Secundum quòd illæ realitates non sunt gradus formarum ælementalium, neq; medij, neq; minimi. Exemplū affert de circulo. Nam inquit iste Doctor. Frangatur circulus corrumpitur forma circuli. Iterum frangatur in partes minutissimas certum est quòd partes illæ non habent formam circuli nec secundum medium, nec secundum minimum gradum. Tamen si artifex ex illis partibus conficeret aliquid, verum esset dicere quòd in illo misto essent partes cir culi secundum suas realitates.

Eodem modo arguit de ælementis ignis, aquæ aeris & terræ: Corrumpuntur istæ formæ, sed tamen remanent quædam partes earum quæ non sunt gradus nec medij, nec parui earum, ex quibus conflatur mixtum.

Hanc opinionem reijcit Doctor dicens. Illud non est in aliquo secundum suam realitatem quod corrumpitur & transit in aliam formam. At istæ formæ corrumpuntur & transeunt in formam misti, quæ est diuersa ab illis, ergo. Patet maior. Nam Phi. primo de generatione. t. com. 10. In generatione totum transit in totum, ergo si conflatur noua forma, ergo non manent illæ ęlementorum.

S. Thomas ponit hanc assertionem quòd ęlementa alterantur & corrumpuntur quo ad suas qualitates & formas substantiales & remanent solum virtualiter in ęlementato misto. Exempla afferre possemus in coloribus. Vbi ex nigredine & albedine fit color rubeus, & croceus, qui nec quo ad qualitatem, nec quo ad substantiales formas dicuntur esse in rubedine, & in croceo. *Exem.*

Sic de mollitie, quæ resultat ex humido & sicco. Vnde qualitas & substantialis forma differt ab vtroq; ab humido, & sicco. Ideo dicuntur manere in misto non secundum qualitates, nec essentias, nec intense, nec remisse, nec gradualiter. sed solum virtualiter. Sed quid vult dicere virtualiter? Quia est aliquid in mollitie mista quod conuenit humido, & aliquid quod conuenit sicco. Conuenit illi mollitiei ratione humidi facile cedere tangenti, & non conuenit ei ratione siccitatis, non alienis terminis, sed terminis proprijs, sic virtualiter ælementa sunt in misto, quia est temperamentum medium consurgens ex primis qualitatibus. Et etiam forma media consurgens ex formis substantialibus eorum. Nota ex suetsano, esse aliquid virtualiter est esse aliquid vnū essentialiter, à formaliter, sed posse multa: & esse in illo virtutem qua diuersa potest exemp. forma misti, puta anima bouis dicitur esse virtualiter omnes formas ęlementorum, quia potest omnia quæ illæ formæ singillatim, sic complexio bouis dicitur esse vna numero virtualiter potest omnia quæ singillatim possunt omnes qualitates elementorum scilicet potest calefacere Figefacere. Habet humidum calidū. Instrumentum vnum formaliter multa virtualiter. Nā ens non solum ornat sed defendit, & ornat. Et hęc sint pro presenti. In sequenti examinabo mentem Nostri Doctoris, nempe. Quomodo Istæ formæ sint in misto. *Quid signi. esse in aliquo virtualiter.*

LECTIO QVINQVAGESIMA

Quarta in qua ponitur intentio Nostri Doctoris quomodo formæ elementorum sint in misto? In qua faciam quatuor.

Primum quomodo aliquid dicitur manere in aliquo,
2. Ponam conclusionem cum Auerroe.

} 3. Adducam rationes in contrarium,
4. Soluam illas.

Quo ad primum quod manere in alio stat duplicit er vt deseruit proposito nostro de formis elementalibus.

Primomodo quòd formæ ælementorum remaneant quo ad gradus remissos infra spetiem propriam:

Secundomodo quòd formæ ælementorum remaneant quo ad gradus remissos, qui gradus non dicant infra spetiem illorum.

Tertiomodo q̄ formæ illæ corrumpantur vsq; ad gradus remissos, qui non sunt infra spetiem propriam, sed transmutantur à proprijs spetiebus immediate in tertiam formam completam. Adeo quòd hic sunt tres speties gradus formarum.

Prima speties continet gradus remissos in propria spetie, nempe ignis modificatus, sic aqua & reliqua. Secūda speties continet gradus remissos magis, qui sunt gradus ælementalium formarum, sed non apparent esse cum spetiebus proprijs, videlicet ignis, aquæ & reliquorū, & tamen est ignis, & terra. Ter. speties continet solum aliquid de ipsis gradibus ælementalium formarum.

Si summantur primomodo gradus elementales quòd sint in esse remisso secundum propriam spetiem, sic negatur quòd sint in ipso misto, quoniam hoc modo nulla esset mistio sed associatio. Sicut dicimus de parua albedine & de parua nigredine ex quibus nullomodo potest fieri vnum tertium dum manent in istis gradibus licet sint remissi & parui.

Si vero sumantur secundomodo quatenus istæ formæ redactæ sunt ad gradus ita paruos q̄ nō possunt seruare formam totius, sed solum dicunt gradum entis, sic etiam dicit Doctor quòd non sunt in generato per mistionem. Exem. affert de circulo fracto. Nam frangatur Circulus in quatuor partes, adhuc retinet formā, circuli, Frangantur ad huc illæ partes in 100. partes certum est quòd ibi sunt gradus circuli sed non seruant gradus formæ circuli. Vnde non possumus hic intelligere formam, vel substantiem circuli. Et hoc modo etiam non sunt formę elementales in misto, quia sequeretur quòd nulla esset mistio, sed potius quædam ædificatio. Nam si ex illis fieret quid tertium, non esse mistio, quoniam non alterantur nec vnum in aliud transit ergo non est admittenda, quoniam omnes gradus manent in suo esse. *Conel. remanet*

Si vero sumantur Tertiomodo quatenus formæ paulatim alterantur, modificantur & ad actus paruos reducuntur & tandem in aliam formam rediguntur, sic dicimus quòd sunt in misto. Exem. affert de alimento. Nam sumatur alimentum panis certum est quòd dum conuertitur in naturam aliti nullam spetiem retinet de pane, nec gradum remissum, nec paruum, sed totum conuertitur in alitum, Remanet solum aliquid quod prius erat in parte. De hoc Phi. primo de Gene. tex. com. 83. *2. ar. Doct. formæ elementorum sunt imperfecte Patet, quia alia generantur ex illis.*

Ideo de mente Phi. & Auerrois, 3. de cœlo t. & com. 67. dicit Doctor, quod qualitates ex alteratione paulatim remittuntur & etiam formæ substantiales quia sunt formæ imperfectæ & ex illis alia forma generatur

nempe

nempe forma misti. Ecce igitur, quòd non remanent nec actu, nec in gradu paruo, sed corrumpuntur & forma generatur alia ex ijs, ergo solum aliquid remanet. Hinc Doctor in 3. articulo vt explicet illud quod asserit de realitate manente in misto, scilicet quòd remanet aliquod quòd erat ælementalium qualitatum & formarum, dicit q; transmutatio est duplex.

Altera est transmutatio per modum subiecti, } Prima transmutatio est à forma in formam.
Altera per modum alimenti. } 2. Transmutatio est à spetie in spetiem.

Prima est subiecti materialis in quo fit transmutatio de vna forma in aliam, de forma humana in formam cadaueris, & de forma cadaueris in formam vermis, vsq; ad primam materiam, quod quidem subiectum dicitur continere suam propriam & intrinsecam entitatem specificam.

Nam apparet ex hoc quia materia in genito & incorrupto est eiusdem spetiei quantum ad intrinsecam naturam spetiei. Sic corpus licet sit subiectum diuersarum qualitatum retinet tamen naturam specificam sibi intrinsecam.

2. Transmutatio est quando aliquid remanet in re transmutante non secundum suum esse remissum, nec secundum esse specificum, quoniam illud amittit, sed secundum esse essentiale ex quo mistum consurgit. Exemplum affertur de pane qui conuertitur in semen humanum.

Reale elementorum quod manet in misto. Manet aliquid quod fuit elementi non autem aliquid elementi.

Nam panis & vinum certum est quòd corrumpuntur sed non vsq; ad materiam primam, quia nõ esset nutritio sed generatio, sed corrumpitur secundum esse specificum, & secundum gradus remissos, & remanet aliquid in nutrito quod erat in pane, vino & alimento. Hoc patet ex Phi. 2. de Gene. t. & Comm. 48. Capite de ælementis. Et sic concluditur quòd remanet aliquid in misto quod est commune elemento & misto, & non per modum subiecti; ne fiat generatio, sed per modum alimenti, quia assimilatur nutritioni, vbi alimentum alteratur à calore, & simul ad inuicem miscentur.

Hinc soluit Doctor vnam difficultatem circa illud quod dicit, quod aliquid reale elementi manet in misto. Nam si manet aliquid reale in misto de elementis, ergo erit etiam secũdum specificum. Nam realitas rei & entitas eius specifica sunt idem. Quia vt d. Phi. 4. Diui. tex. & Com. 3. capite de ente, & de vno. Illa sunt idem realiter quæ vnica generatione & primaria, producuntur in esse, & etiam corrumpuntur, ergo remanet aliquid reale in misto de elementis, ergo erit esse specificum, ergo omnia actu sunt in elemẽtato & misto.

Respon. Doctor quòd remanere aliquid reale consideratur dupliciter.

Vel quo ad esse præsens & specificum eorum, aut quo ad esse graduale & remissum, & hoc modo non concedit quòd remaneat aliquid reale.

Vel quo ad esse aliquid quod fuit in elementis & hoc modo non est per modum specificum, nec per modum subiecti vt materia, sed solum per modum nutritionis. Modo oportet videre opinionem Aureoli qui ex professo tenet quòd formæ elementales manent in misto secundum suas realitates, vt patet in primo Articulo.

OBIECTA CONTRA Prædicta.

Arg. 1. Quæ veniunt in compositionem alicuius siue intrinsece, siue extrinsece, sunt in illo secundum suas realitates, sed elementa sunt huius in misto, ergo sunt in illo secundum suas realitates.

Maior est clarissima. Nam cum Materia siue naturalis sine artificialis veniunt in compositionem alicuius manent etiam in illo realiter. Apparet etiam in Demonstratione vbi prima principia manent realiter in illa. Omne totum est maius sua parte, libra auri est quid totum, ergo maius duabus vncijs. Minor etiam probatur. Nam Aristo. 5. Diui. Capi. de Elemento. t. com. 4. dicit. Elementum est de quo in existente componitur aliquid, ergo.

Arg. 2. Illud realiter constat ex aliquibus in quæ illud tale resoluitur. Sed elementatum resoluitur vltima sua resolutione in elementa realiter vt d. eo loci, ergo ex realitatibus cõsurgit, ergo formæ sunt in illo. Nam inquit primo de Gene. t. com. 90. Mistio est miscibilium vnio. At vnio miscibilium arguit miscibilia manere in esse suo, ergo etiam in esse reali & specifico. Alteromodo non mutat spetiem.

Arg. 3. Quòd Repugnat Aristoteli in sua Doctrina non est admittendum, Atqui hæc opinio repugnat directo Aristo. ergo non est admittenda. Nam in principio cœli dicit tria potissima.

Primum quòd ipsa elementa non manent in suis excellentijs, } Primum quòd elementa non manent
2. Quòd vtrũq; elementum non corrumpitur. } in suis excellentijs, quia non posset fieri mistio, igitur alterantur, secundum
3. Quòd alterum elementum non corrũpitur & alterum manet. } suas qualitates. Secundum. Non corrumpuntur ambo, vel omnia elementa, quoniam fieret mistio. Cum ex non ente nil fit. Tertium Non corrumpitur alterum elementorum, quia non esset mistio sed generatio, vt patet in naturalibus, vbi forma corrumpitur & materia remanet. Tunc modo prosyllogizat. Miscibilia non corrũpuntur ambo: nec alterum, sed solum excellentiæ remittuntur, ergo remanent formæ realiter, quoniã non possunt separari naturaliter qualitates à proprijs subiectis.

Hæc positio est etiam Com. 3. Cœli. Come. 66. & 67. Vbi ponit quòd secundum mediates sunt, ergo.

Ideo concludit quòd realitates formarium elementalium maneant in misto.

Doctor his omnibus satisfacit vnica responsione more suo vt resolutissimus.

RESPONSIO, Difficultatibus.

Ad omnia argumenta in quibus dicitur quòd elemẽta realiter sunt in misto sicuti prima principia. D. Qđ reale sumitur dupliciter.

Primomodo

Primo do vt dicit aliquem gradum remissum, vel paruum ipsarum formarum ælementalium & hoc pacto non conceditur quòd sint in ipso misto.

Secundomodo vt Reale dicit aliquid in ipso misto quod fuit in ælementalibus formis. Et hoc modo concedimus esse aliquid reale. Ideo quando dicitur sunt sicut materia, negatur quia hoc modo dicitur esse generatio, sed mixtio non est generatio.

Ad secundum resoluitur in ælementa, ergo sunt. Respondeo sunt quia fuit aliquid. O resolutio fit in ælemẽtales formas. Respon. quòd fit dissolutio armoniæ vt quod erat ignis recedit ab aqua in suam causam, & cęterorum. Non tamen sequitur quòd realiter essent in illis, ergo.

Ad 3. Quando dicebatur, ergo non corrumpuntur sed remanent. Respon. quòd corruptio est duplex.

Altera vsq; ad primam materiam & hoc modo asserimus cum Auerroi quòd non corrumpuntur.

Altera vsq; ad formam ælemẽtorum & solum remanet aliquid sed non formale ælementorum, & hoc modo concedimus quòd corrumpuntur vsq; ad propriã spetiem, sed remanent secundum esse naturæ quod fuit in ælementis, ex quibus fiunt duo in misto.

Forma & Complexio. } Forma misti & Complexio } Forma dicitur esse. Simplex & Multiplex. } Simplex formaliter } Multiplex virtualiter

Simplex, quia vnius misti vnica forma & vnicus actus essentialis existit.

Multiplex quia virtualiter, qnia consurgit ex omnibus formis ælementalibus. Exempli gratia anima Leonis est virtualiter omnis forma ælementalis.

Sic complexio est vna formaliter, potestate tamen, & virtualiter dicitur esse omnis ælementorum qualitas. Nam temperamentum & complexio dicitur esse instrumentum animæ misti quo potest calefacere, humectare, & exsiccare. Hinc sicuti sanguis per Aristo. dicitur esse omnis humor, sic Anima omnis forma, & complexio omnis qualitas, cum sit instrumentum in quo sunt virtualiter omnes qualitates. Hæc sint pro præsenti in qua habuistis quòd formæ ælementorum sunt in misto & non sunt in misto, & quomodo non sunt. In sequenti examinabo aliam conclusionem quàm facit Doctor circa susceptionem magis ac numus.

LECTIO QUINQVAGESIMAQVINTA,

In qua inuestigatur de mente Doctoris. An formæ ælementales suscipiant magis ac minus, et hoc habetur in q. 16 in primo & 2. ar. Idcirco pro huiusmodi intellectu obseruabo. Quatuor.

Primum respicit formas } Quo ad primum. Inuenio apud illustres Doctores quòd formæ sunt in quadruplici gradu.
2. Quid significet susscipere magis & minus in præsenti quæstione. } Primus gradus formarum est substantialis.
} 2. Gradus est accidentalis,
3. Ponam conclusionem } 3. Gradus est spiritualis &
4. Soluam argumenta. } 4. Gradus est medius inter accidens & substantiam.

Primus Gradus substantialis amplectitur has formas, videlicet vegetalem, sensilem, & rationalem substantiam, & hoc modo tollitur omnino susceptio magis & minus non solum quo ad propriam essentiam & naturam, verum etiam prout recipiuntur in subiecto. Nam anima Socratis vt substantia non est magis forma quã sit anima Pauli & similium. Et hoc nec in se, nec vt sunt in corporibus.

2. Gradus formarum est accidentalis, qui gradus includit albedinem, ingredinem, & alia huiusmodi & istæ formæ recipiunt magis & minus & hoc dupliciter.

In subiecto & In elongatione. } In subiecto quia semper possunt intendi. Nam albedo in pariete vt duo potest intendi vsq; ad centum & mille gradus, sic caliditas & frigiditas quæ sunt in manu possunt semper intendi.

Secundomodo possunt intendi per elongationem à suo contrario & per accessum ad suum principium. Nam quanto magis albedo recedit à nigredine tanto magis dicitur esse intensa, & sic recipiunt magis & minus.

3. Gradus formarum dicitur esse spiritualis, qui quidem gradus colligit fidem, spem, charitatem, Gratiam, & reliquas virtutes cardinales, & Polyticas. Nam istę virtutes per accessum ad suum principium magis intenduntur. Non ne gratia per accessum ad Christum seruatorem nostrum, fontemq; omnium bonorum magis ac magis intenditur, & perficitur? Sic dicere debemus de cæteris. Hoc clarissime in luce dignoscitur. Nam per radiorum continuam reflexionem splendoris recipit incrementum.

4. Gradus formarum dicitur esse medius inter substantiam & accidens dicitur occludere formas multas, sed potissimum formas ælementales quæ non sunt nec accidentia, nec substantiæ simpliciter. Non sunt accidentia quia mistionem corpoream ingrediuntur. Non sunt substantiæ simpliciter, quia mutant spetiem, Sunt tamen medie formæ substantiales quia ex iis resultat quid tertium corporeum existens, & subsistens per se, vt patet in lapidibus, & metallis, ære, argento, & auro. Hæc quo ad primum. *3. Cœl. com. 67. Auer.*

Quo ad secundum caput. Scire oportet quod in præsenti negotio susscipere magis & minus sumitur quadrifariam.

Secundum remissionem, } Secundum remissionem quando formæ quæ erant in summo veniunt ad
Secundum spetiem, } quandam meditatem.
Secundum collectionem & } Secundum spetiem, quando mutant spetiem propriam,
Secundum gradus. } Secundum collectionem, quando ex illis resultat tertia forma diuersa ab illis.

Secundum gradus, quando ſimul & ſemel dum corrumpitur qualitas,& proprietas corrumpitur etiam gradualiter forma ſua. Exemplum. Quando corrumpitur in albedine, vel in nigredine vnus gradus proprietatum, corrumpitur etiam vnus gradus naturæ, eſſentiæ,& formæ albedinis & nigredinis, vſq; ad vltimum, adeo quòd in vltimis gradibus vix poſſunt diſgregare viſum, cum maximam extremamq; ſuſceperint remiſſionem,& decrementum. Ex ijs modo reſpondere poſſumus quæſtioni,

Dicebatur. An formæ ælementorum ſuſcipiant magis & minus? Reſpondetur cum Doctore quod ſuſcipiunt ſecundum tres primos gradus ſuſcepionis & remiſſionis, non autem ſecundum quartum gradum. Probat hac ratione,& fundamento quo ad vtranque partem,& primo quo ad ſuſceptionem trium primorum graduum.

Quicquid venit à ſummo gradu ad medium gradum, ſuſcipit magis & minus, ſed ſic eſt quod formæ ælementorum veniunt à ſtatu ſummo ad ſtatum remiſſum, ergo ſuſcipiunt magis & minus. Probat minorem, quia maior eſt clariſſima. Nam ſi formę ælementorum non remitterentur, ergo eſſent in compoſito ſecundum eſſe perfectum, ergo ſecundum omnem ſuum actum, ergo cum elementa ſint quatuor diuerſa in actu & compoſitum non vnum ſed quatuor erit, ſed hoc eſt falſum, ergo verum dicebamus quod illæ formæ veniũt ad medietatem,& per conſequens ad armoniam & ad vnam compoſitionem.

Hæc ratio ſumitur ab Auerroe reluctante Auicennæ qui ponebat ſolum miſtionem in accidentibus non autem in formis ælementalibus. Nam inquiebat Auerrois. Formæ ælementorum cum ſint imperfectę formę ex ijs tertium quid componitur,& fit.

Confirmatur hac ratione. Formæ ælementorum perdunt ſuum eſſe ſpecificum & ſumunt aliud eſſe, videlicet ad eſſe mixti,& compoſiti, vt ad eſſe lapideum, ligneum & ſimilium, ergo ſuſcipiũt magis & minus. Hęc quo ad primam partem

Quo ad ſecundam quòd non ſuſcipiant magis & minus in quarto gradu vti accidentia, quæ non ſolum remittuntur ac perdunt ſpetiem dum veniunt in compoſitionem alicuius tertij, cæterum in remiſſione qualitatum & proprietatum remittuntur etiam gradus eſſentiales, vnde vt vtar verbis Theologicis, paulatine ſimul & ſemel remittuntur proprietates & formæ. Non autem ſic fit in ælementis, ſed forma remanet vſq; ad vltimum inſtans illarum alterationum,& ſubinde tranſit in aliam ſpetiem,& in formam miſti.

Hoc totum deſumitur ex Auerroi 3. de cœlo & Mun. Comm. 67. Nam dicit. Formæ ælementorum ſubſtantiales corrumpuntur ſecundum medietates ſuas, Hoc eſt primum poſitum.

2. Ex eis generatur vna forma in miſto. Vnde apparet 2.& 3. Nam ſi generatur vna forma tertia, forma arguit ſpetiem diuerſam, ergo transferuntur à ſua ad aliam ſpetiem, ergo veniunt in compoſitionem. Tamen non legimus quod remittantur quo ad quartum gradum videlicet quo ad gradus ſubſtantiales. Et ita ponemus concluſionem firmam & infallibilem quòd ælementa ſuſcipiunt magis & minus in medietate, In ſpetie, & in compoſitione, Non in eſſentialibus gradibus.

Com.

Confirmatur per Auer. primo Phyſi. com. 63 vbi habetur quod in generatione & corruptione accidentiũ ſunt duo, videlicet. Intenſio & remiſſio, & Diminutio. Remiſſio proprietatum accidentium, & diminutio graduum formarum accidencium. In formis autem ſubſtantialibus hoc fieri non poteſt, ergo tutaerit noſtra concluſio quòd formæ ælementorum ſuſcipiunt ſecundum tres primas acceptiones & non ſecundum quartam.

CONTRA DOCTOREM,

Oriuntur aliqua dubia & primum quod non fiat mixtio ſi forma manet integra.

Arg. 1. Quamdiu ælementum manet in actu, tandiu proprietas manet in ſummo in ælemento, ſed ſic eſt quod ælementum manet tunc in actu quando manet ſua forma integra, ergo manebit ſua proprietas in ſummo, ergo nõ reducuntur ad medietatẽ, ergo non põt fieri mixtio cũ mixtio ſit alteratorũ vnio, ideſt cũ ingredientia mixtionem ſint redacta ad quandam medietatem,& armoniam, ergo oportet dicere quod remiſſio fiat non ſolum quo ad proprietatem verum etiam quo ad ſubſtãtialem formam, nẽpe quod paulatine remittãtur gradus ſubſtantiales.

Maior propoſitio eſt Auer. 3. cœli & Mundi Commen. 67. vbi dicit. Quamdiu ælementum manet in actu tandiu proprietas manet in ſummo, vt patet in igne. Quamdiu manet in actu, tandiu caliditas,& ſiccitas manent in ſummo. Minor eſt clariſima. Nam illa ſunt in actu quæ habent formam informantem actu, ergo.

Præterea. Quæ vnica generatione producuntur Vnica corruptione deſtruuntur, ſed ſic eſt quod vnica generatione producitur ignis & caliditas, aer & humiditas, acqua & frigiditas, terra & ſiccitas, ergo dum corrumpitur vnum & alterum peribit. Minor apparet ſenſui. Nam non poteſt reperiri ignis ſine caliditate, nec aer ſine humido.

Maior probatur. Nam omnis effectus reſoluitur in eaſdem cauſas & principia ex quibus fit, ergo ſi ignis & proprietas eſt ab vna cauſa, dum proprietas corrumpitur & diminuitur per ſuum contrarium diminuitur & corrumpitur ſubiectum ignis, ergo falſum ponit Doctor, quando inquit, quod licet remittatur proprietas forma tamen integra manet.

Præterea Dicit Doctor per Commentarium Auerrois quod formæ ælemeutorum hac de cauſa dicuntur ſuſcipere magis & minus quia perdunt proprium eſſe ſpecificum, & induunt formam nouam ſpecificam vt formam mixti, quæ non eſt nec ignis, nec aer, nec aqua, nec terra, ſed quid tertium. Contra.

Vbi

Vbi non datur contrarietas ibi non datur ſuſceptio magis, ſed in ſpetiebus ſubſtantialibus non datur contrarietas, ergo nec ſuſceptio magis, vel minus. Maior eſt clariſſima. Nam ſuſceptio magis eſt ſolum in accidentibus quæ ſunt contraria. Minor eſt Phi. in prædicamentis ſubſtantiæ nihil eſt repugnans, ergo Doctor male deducit.

RESPONSIONES.

Ad primam rationem, quando dicitur quod ſi manet forma integra, ergo & proprietas in ſummo, cum propria paſſio inſequatur conditionem ſui ſubiecti, Nam ſi ſubiectum eſt integrum, ergo & ſua paſſio integra, ergo in ſummo. Ad hanc rationem dupliciter reſpondetur à N. Doctore.

Prima reſponſio eſt propter Auicennam. D. Bacho. quod Auerrois in illo commentario loquitur contra Auicenam. Nam Auicenas fuit huius ſententiæ vt imponitur ab Auerroi, quòd formæ ælementorum remanerent in actu in miſto, ex qua ſententia dicit Auerrois, ergo & proprietates erunt in ſummo, ergo non poteſt ex ijs fieri vnum per ſe) cum extrema non vniantur niſi per media) ergo non dabitur miſtio.

Præterea. Si ſunt in actu in miſto terra, aqua, ver & ignis, ergo erit vnum per contactum, & non per formam, hoc falſum, ergo non ſunt in actu, ergo in eſſe remiſſo.

Secunda Reſponſio quam ego aſſigno magis conſonans difficultati talis eſt. Si formæ remanent integræ vſq; ad vltimum inſtans alterationis & corruptionis, ergo & proprietates in ſummo, negatur conſequentia, O' proprietates inſequuntur conditionem ſui ſubiecti. Reſpon. valet in formis ſimpliciter perfectis non autem in formis imperfectis vt ſunt formæ ælementorum, Nam poteſt manere forma integra & diminui ſua proprietas. Apparet in ligno & in plantis. Nam remanet forma ligni & plantarum tamen proprietates, viriditas, productiones non remanent, ergo. Clarius. In aqua feruenti ſtat forma aquæ qualitas autem non repe ritur, ſed potius contrarium nempe ipſa caliditas, ergo poteſt eſſe forma integra licet non ſit proprietas, & ſic ſoluta fuit ratio.

Ad ſecundum quæ vnica generatione producuntur & deſtruuntur. Reſpon. quod eſt verum, ſed quando dicitur, ergo ſi diminuitur proprietas, ergo & ſubſtantia. Reſpon. quod iſta propoſitio dupliciter ſumi poteſt.

Altero modo prout reſpicit ſubiectum & proprietarem. } Si ſumatur primomodo, prout reſpicit, ſubiectum principaliter & ſecundario proprietatem, ſic certum eſt quod deſtructo ſubiecto deſtruitur & proprietas. Vnde eſt impoſſibile quod ſit proprietas caliditatis niſi ſit ſubiectum calidi ſcilicet ignis. Non tamen ſequitur à proprietate ad ſubiectum. Nam poteſt tolli proprietas & ſubiectum remanet, & ſic ſoluitur difficultas.

Altero modo prout reſpicit proprietatem & ſubiectum. }

Ad 3. Vbi non eſt contrarietas nec ſuſcep. Formæ ælementorum ſunt ſubſtantiæ, ergo non cont. Reſpon. ſpeties dupliciter conſideratur in ſubſtantia.

Primomodo vt dicit eſſentiam,& naturam per ſe exiſtentem,& hoc modo non habet contrarium, & per conſequens non recipit nec maius nec minus & ſic loquitur. Phi.

Secundomodo ſumitur vt ſpeties ſubſtantialis dicit tranſmutationem,& corruptionem, & ſic recipit ſuſceptionem. Nam formæ ælementorum corrumpuntur & ex illa corruptione generatur forma miſti, quæ eſt alia, & alia à formis ælementorum. Hæc pro præſenti. In ſequenti videbimus Diſtin. 17. Magiſtri ſententiarum.

LECTIO QVINQVAGESIMA-

Septima ſuper Diſtinctione 17. Magiſtri ſententiarum in qua quærit duo potiſſima. Primum eſt circa voluntatum multiplicitatem. Secundum eſt circa orationem, An decuit ipſum orare? Ideo obſeruabo Intentionem & continuationem primum. Secundo ponam concluſionem. Tertio confirmabo. Quarto ponam difficultates et ſoluam.

QVO Ad primum de intentione & continuatione. Quis dicere poſſet cur Magiſter per tractat de voluntate & de oratione poſt materiam paſſionis? Nam apparet ordo inuerſus. Cum voluntas præcedat actiones,& volita humana, primum locum igitur debebat voluntati aſſignare & poſtea paſſioni,& operationi Chriſti.

Ratio quia cauſa præcedit effectum, voluntas eſt cauſa, ergo præcedere debet, ergo primum de voluntate ſubinde de paſſione verba debebat facere.

Reſpondio quod ordo eſt duplex. Alter naturæ. In hoc loco ſeruauit ordinem doctrine qui eſt ab effectis ad cauſam, ſicuti ordo naturæ eſt à cauſis ad effecta & ratio eſt. Quia incepit ab iis quæ ſunt nobis notiora: nam effectus ſunt notiores, & cum inter ea quæ debent eſſe nobis notiſſima, vnum ſit Incarnatio & paſſio ab ijs magis & prius incepit, quàm à voluntate Chriſti. Nam certiſſimum eſt quòd multi licet non habeant exquiſitam voluntatis Chriſti notitiam, ſaluantur

in fide Ecclesiæ, non tamen saluari possunt nisi Baptisma & reliqua sacramenta actu (dum possunt) recipiant, quæ sacramenta sunt à passione Christi. Merito igitur ab effectis primum incepit. Hæc quo ad primum.

Quo ad secundum circa conclusionem. Pono hanc conclusionem circa passionem Christi. In Christo fuerunt quatuor ~voluntates scilicet.

Voluntas diuina, } Voluntas diuina habebat pro obiecto iustitiam } Iustitia satisfactionem culpæ requirebat ab homine.
Voluntas rationalis } Voluntas rationalis obedientiam, }
Voluntas amoris & } Voluntas amoris pietatem & }
Voluntas naturæ. } Voluntas naturæ ~vitam. } obedientia subiectionem hominis Christi ipsi Deo, Pietas auxilium ipsi peccatori, & vita conseruationem naturæ ab omni pœna, passione, & dolore. Hunc ordinem habere poteris ab Hugone.

Ioa.6. Id ostenditur in Euangelio Ioa.6. Non ~veni facere voluntatem quàm temporaliter assumpsi vt homo, sed eius qui misit me, Vnde Beda S. duas elicit voluntates in Christo.

Bedæ. Idem apparet Matthei 26. Pater si fieri potest transeat à me calix iste, sin autem fiat voluntas tua. Nõ quod
Matthei. 26. ego volo sed quod tu vis. Vnde ostenditur duplex voluntas vti placet Diuo Ambrosio, & notat etiam in 3. li
Ambro. bro de Trinitate.
Hyla. Idem asserit D. Hyla. Idem S. Hieronymus super locum illum Matthei 25. Spiritus promptus est caro autem
Hiero. infirma. In quo apparent voluntas rationalis diuina & naturæ humanæ.
Matth.25. Idem inquit Aug. super psalmum trigesimum primum. Quantum distat Deus ab homine tantum voluntas Dei à voluntate hominis. Vbi dicit quod ostendit duplicem voluntatem.

Idem Damasce. libro. 3. & ratio nos impellit. Nam Christus orauit, concionatus fuit, passus est nostramq; salutem est operatus, ex ijs meruit, sed meritum est à diuina gratia voluntateq; humana, Igitur cũ sit Deus & homo habuit humanam diuinamq; voluntatem, ergo plures.

Præterea In Christo sunt duæ naturæ rationales diuina scilicet & humana, ergo duæ voluntates, ergo plures.

Hoc confirmatur à multis Theologis, nam dicunt isti patres dum quærunt an voluntas humana fuerit conformis voluntati diuinæ quòd Christus dupliciter potest considerari.

Primomodo quo ad obiectum volitum } Si consideretur primomodo quo ad obiectum ~volitum respondent absolute quod non idem volebant
Secundomodo quo ad modum volendi. }
sed diuersa. Nam voluntas diuina volebat cum rationali, & affectiua passionem & mortem crucis, Voluntas vero naturæ nolebat passionem dicens transeat à me Calix iste, ergo plures voluntates.

Si vero consideretur Secundomodo quo ad conformitatem & modum ~volendi certum quòd erant conformes, & in maxima armonia. Nam quòd decreuerat voluntas diuina placuit rationali voluntati, & quod placuit rationali amplexa est pietatis voluntas, & quod amplexa est pietas, natura sustinuit passaq; est. Vnde lucidissime apparet quomodo in Christo fuerint diuersæ voluntates.

Idem asserit in Symbolo Athanasij. Nã profitetur in Christo duas naturas, Idem in Symbolo Apostolorũ.

Idcirco Apollinarius hæreticus quia negauit in Christo esse animam rationalem fuit anthematizatus. Nã dicebat verbum esse loco intellectus & voluntatis humanæ, & per consequens ponebat solum voluntatem diuinam verbi.

Eutices pariter. Nestorius, Macharius Patriarcha Antiochenus, Cip. Alessandrinus, Sergius Constantinopolitanus licet posuerint duas naturas in Christo vnitas hypostaticè, negarunt tamen pluralitatem perso-
Tho.3.p.q.18. ar.3. narum. Ideo dicebãt quòd natura humana nunquàm motu proprio mouebatur, sed motu diuini verbi. Hinc merito fuerunt condemnati ~vt hereſiarchæ. De ijs ad notauit. Agathon Pontifex Max. in Epistola Sydonali. Concludamus igitur, quòd in Christo sint plures voluntates.

CONTRA CONCLVSIONEM,

Quod solum ~vna voluntas.

Arg.1. Quorum substantia indiuidualis est eadem, horum & voluntas est eadem, & quorum diuersa voluntas, & substantia indiuidualis diuersa.

Sed in Christo est vna substantia hypostatica & indiuidualis ergo vna ~voluntas. Maior patet. Nam si diuersæ voluntates essent in ~vno supposito & substantia indiuidualis, ergo duæ animæ rationales, ergo duo actus & duæ formæ. Hoc falsum, ergo vna. Minor etiam patet, quia Christus est vnicum suppositum, quia vna persona, ergo.

Arg.2. Si in Christo fuissent plures ~voluntates, ergo & principatus, & plura dominia maxima, sed hoc est falsum, quoniam quod per super abundantiam dicitur vni soli conuenit, ergo non sunt plures. Probatur conseq. quòd sint plures Principiatus, & maxima dominia.

Certũ est quod Dominium maximum est in voluntate & à voluntate imperante, ergo si duę voluntates & duo maximi principatus.

Sco.d.17. Arg.3. Si in Christo fuissent duæ voluntates, vel plures sequeretur quòd altera non esset voluntas, probo sequellam. Illud habet rationem formalem voluntatis quod est dominus suorum actuum, sed altera voluntas non est domina suorum actum, ergo non erit voluntas.

Maior apertissima Minorem ostendo. Certum est quòd si in Christo fuissent plures voluntates quòd in illis reperiretur diuina & humana, rationalis quæ voluntas.

At nullus ibit inficias quin voluntas humana sit minor, inferiorq; diuinę volũtati, & cũ de ratione minoris & inferioris

& inferioris sit in sequi maiorem & superiorem vim, ergo insequitur diuinum verbum, ergo non erit domina, ergo nec voluntas.

RESPONSIONES,

Arg.1. Ad primum quorum substantia eadem & voluntas. Istud argumentum est Damasceni ideo dicimus quòd substantia indiuidualis sumitur dupliciter.

Primomodo prout dicit non solum rem indiuiduam, sed naturam ~vnicam quemadmodũ in diuinis vbi est vnica substantia, & natura tribus communicata personis, idcirco est etiam vnica voluntas, & intellectus.

Secundomodo prout substantia indiuidualis & personalis dicit non solum vnum suppositum sed cũ supposito includit diuersas naturas: & cum naturæ diuersæ arguãt diuersas naturas sequitur quòd cum in Christo fuerint diuersæ quòd sint etiam diuersæ ~voluntates, & sic tollitur difficultas.

Ad secundum. Quando dicitur quòd fuerunt duo principatus maximi, sed hoc falsum, ergo. Resp. quod argumentum peccat per fallaciam æquiuocationis. Nam supponit quòd volntates in Christo fuerint æquales, & per consequens æquales & maximi principatus, sed hoc minime conceditur cum humana voluntas sit finita ac creata, & diuina æterna & infinita. Idcirco humana diuinæ semper fuit subiecta & obsequens.

2. Respon. quod dicitur, ergo. Principatus maximi. Dico quòd maximum sumi potest dupliciter.

Vel vt dicit æqualitatem } Si sumatur maximum prout dicit æqualitatem negandum venit quòd fuerint principatus æquales, quia altera voluntas nempe humana est inferior.
Vel vt dicit dignitatem. }

Si ~vero maximum dicit dignitatem, dico q̃ fuerunt maximi Principatus. Nam in Christo fuerunt duo Principatus maximi.

Alter vt Deus } Vt Deus habet maximum principatum, quia est Principatus immensus & infinitus.
Alter vt homo. } Vt homo habet etiam maximum principatum, quia data est illis omnis potestas cœli & terræ, hominum & Angelorum, & sic soluitur argumentum.

Ad 3. Quando dicitur quòd voluntas non esset domina sui actus, negatur sequella. Immo dicitur esse magis domina voluntas illa cum sit vnita infinito verbo plenaq; gratia & ~veritate quibus cognoscit & potest in actus suos.

Et quãdo dicitur q̃ à verbo dirigitur, trãseat, ergo non est libera? ergo non operatur per se? negatur. Dirigitur, à verbo, at verbum dirigit eo modo quo est. At voluntas est libera & domina, ergo dirigit illam vt domina ac libera sicut seruus qui dirigit Patronã suam, nõ auffert illi dominium suum, minus auffer verbum ab anima Christi. Hæc pro præsenti in qua habuistis. In sequenti examinabo quæstionem Nostri. Doctoris Bachonis.

LECTIO QVINQVAGESIMA

Septima super quæstione Docto. In qua disputat duo principalia. In primo inuestigat. An Anima intellectiua extendatur ad extensionem corporis? & dato quod non extendatur quærit secundario. An Anima vegetatiua cum educatur de potentia materiæ extendi possit ad mollis corporeæ extensionem? Idcirco tria obseruabo potissima.

Continuationem cum Magistro sen. } Quantum ad continuationem Dicerent nostrates ad quid Ioa. Bacho. agere de Animæ extensione? Quomodo cõuenit cum Magistro sententiarum qui egit de voluntatum numero, in Christo? Magister stat in quæstione magna an sit. Et Doctor versatur circa quæstionem quod sit, & postea quærit de conditione Animæ. An extendatur? Vnde recedit à scopo Magistri, ergo male continuat.
Ponam conclusionem Doctoris & confirmabo.
Adducam difficultates & diluam

Respondeo, quòd optime continuat cum Magistro, simulq; declarat magistrum ac supplet multa necessaria ad doctrinam magistri. Nam cum Magister probauerit in Christo esse duas ~voluntates nempe humanã & diuinam, & cũ voluntas sit in anima Anima aũt in corpore, dubium statim oritur. An sit incorpore extensiue ad corporis extensionem? Ideo oportet soluere, hanc difficultatem & maxime propter multos malos Philo. & peruicaces hæreticos.

2. Responsio. Ioa. Bacho. non quærit an in Christo fuerint plures voluntates? Tum quia Magister optime exprælsit. Tum etiam quia alij hoc faciunt & scripsere multas quæstiones vti S. Thomas, Bona. Camera-censis, & Scotus & alij quam plures. Ne igitur superuacaneus appareat silentio pertransiuit hanc quæstionem & ad extensionem se conuertit. Ideo vt rem ipsam clarius percipiatis iacio hanc coaclusionem.

Anima Intellectiua quæ est actus & forma corporis organici Phy. potentia vitam habentis non extenditur per se ad corporis extensionem, sed extenditur per accidens. Hanc conclusionem probat Ioa. Bachonus multis rationibus desumptis à suo præceptore Magistro Gerardo Carmelita doctissimus & subtilissimus Vir.

Prima. Ratio. Totus homo est quantus, ergo omnes partes essentiales erunt quantæ, ergo si materia est quanta & extensa per accidens & forma erit per accidens extensa. Antecedens est clarissimum quòd homo sit quantus quia est corporeus, & consequens deducitur quia idem sunt realiter partes & totum, ergo si totum est extensum & partes, ergo forma intellectiua per accidens quanta erit.

2. Ratio. Propter quod vnumquodq, & illud magis, sed propter formam materia dicitur esse extensa per accidens, ergo forma magis dicetur extensa per accidens. Maior est Phi. minorem probo. Certum est quod omnis extensio est à quantitate, sed quantitas cum sit accidens non reperitur, nisi in subiecto in actu, Ideo non datur in prima materia cum non sit subiectum nisi in potentia, subiectum autem in actu non est nisi per formam, ergo forma est in causa vt recipiatur quantitas, ergo extensio, ergo si materia extenditur per accidens, magis extendetur per accidens ipsa forma.

3. Ratio. Omne subiectum informatum aliqua forma accidentali denominatur ab illa forma, sed homo informatur à quantitate & extensione accidentali, ergo erit extensus, ergo secundum omnes partes. Maior pater. Nam homo informatus albedine, vel nigredine dicitur niger, vel candidus. Minor probatur quia dicitur esse quantus, ergo si quantitas facit extensionem erit & ipse qnantus.

4. Ratio. Ponatur quòd alicui abscisa sit manus, & post per miraculum Virginis à spasmo addatur illi manus, tunc certum est quòd illa manus viuificabitur, sed non per animam nouiter creatam, ne duæ animæ sint in vnico supposito, ergo per animam præcedentem, hoc autem fieri non potest nisi per motum, sed non per motum localem quia talis motus non conuenit illi corpori, cum sit vnita pars toto, ergo per motum extensionis.

5. Ratio. Hoc interest inter partes integrales & essentiales quod multæ propositiones & veritates concedi possunt de parte integrali quod non conceditur de toto, & econtra. Exemplum. Potest fieri propositio ista, caput Socratis est extra domum, totum vero corpus eius est in domo, sic totum corpus Christæ est extra Ecclesiam, caput vero in Ecclesia. Istæ vero propositiones minime fieri possunt de partibus essentialibus Nam non possum dicere materiam esse in domo & formam extra domum cum altera sit subiectum & altera Endelemchia, actus & perfectio, sic non possumus asserere quod materia & compositum sint extensa per accidens & non forma ergo.

6. Ratio. Certum est quod subiectum recipit quantitatem. Tunc arguo sic. Subiectum est magis subiectum per formam quàm per materiam, quia forma est dignior materia teste Phi. 2. Phy. t. com. 4. ergo magis extensa, ergo cum quantitas sit accidens extenditur per accidens. Hæc quo ad probationem conclusionis, modo accedo ad obiecta contra prædicta, quibus ostenditur quòd nullo modo anima intellectiua extendatur. Et licet hæc opinio videatur repugnans his quę habet Ioa. Bacho. in q. sequenti ar. 1. vbi d. quòd extenditur per æquipollentiam, tamen parum distant. Nam æquipollentia, & hoc modo per accidens sunt quasi idē Hoc dicit ex præsse in fine. 2. ar. 18. quæstionis.

4. Phys. t. & com. 4.

OBIECTA CONTRA,

Prædicta quòd forma Intellectiua non extendatur.

Arg. 1. Si anima esset quanta & extensa, aut esset extensa per se, aut per accidens quodcunq; dabis sequitur hoc absurdum quod non possit intelligere vniuersale. Sed hoc est falsum, ergo nullo modo dicitur extensa. Minor est clarissima quoniam stat Phi. quod sicuti sensus est particularium, sic intellectus est vniuersalium ergo.

Probo minorem. Si esset extensa, ergo quanta, si quanta: ergo recipit ad modum quantitatis sed quantitas recipit situaliter, vt hic & nunc, ergo species rerum reciperet situaliter & secundum hic & nunc, ideſt secundum locum singularem & tempus particulare, ergo repræsentarent singulariter, & particulariter.

Arg. 2. Si esset extensa, ergo diuisibilis, quia omne quantū & extensum diuiditur in multa, ergo nō vna anima esset in homine sed plures, patet quia omnis diuisio tendit ad plura. Hoc falsum, ergo.

Arg. 3. Præterea Si Intellectiua esset extensa, ergo corruptibilis, probo consequentiam. Nam extensum est quantum, & omne quantum diuisibile, & omne diuisibile est corruptibile dicente Phi. primo de Generatione. Diuisio est via ad corruptionem. Nam licet congregatio & disgregatio, quæ consistunt in diuisione non sint generatio & corruptio, sunt tamē via ad generationem & corruptionem. At anima intellectiua est incorruptibilis, ergo non quanta, ergo non extensa per accidens.

Primo de Gene. & corrup. 6. de Trini.

Arg. 4. Hæc conclusio repugnat S. Augustino 6. de Trini. qui dicit quòd Anima Intellectiua non diffunditur per spatium corporis, ergo non extenditur, & ratio est in promptu.

Quod est totum in toto corpore, & totum in qualibet parte corporis non extenditur nec per se, nec per accidens. At anima intellectiua est huiusmodi, ergo inextensibilis.

RESPONSIONES,

Ad primum, ergo situaliter & singulariter intelligeret, ergo scientia tolleretur quæ est vniuersalium. Respon. quòd species & conceptus quæ sunt in Intellectu dupliciter sumi possunt.

Vel in essendo } Si consideretur in essendo sic sunt singulares, & situaliter
Vel in repræsentando. } in memoria, si vero considerentur in repræsentando sunt species

species vniuersales significantes omnes homines, omnem locum & tempus, sic dicit etiam Auicenna lib. 5, suæ Metaphy. c. 2. Ideo hac responsione tollitur difficultas.

Ad 2. ergo plures animæ, patet quia diuisio tendit ad multitudinem. Respon. quòd diuisio est duplex. Prima dicit omnimodam separationem partium à toto, Vt quando separatur manus à brachio, vel pes à tibia, & tunc fieret multiplicatio, quæ diuisio solum fit in re corporali, vel orta à corpore, & hæc nullo pacto spectat intellectiuæ formæ.

2. diuisio dicitur esse distinctio partium & totius, quæ partes ratione diuersorum numerorum sunt non abscisæ à toto sed distinctæ, Cum ergo anima sit informatiua corporis, & partium omnium dicitur esse diuisa non per separationem abscisionis, quia sic essent plures animæ sed per distinctionem non arguit subiecti pluralitatem, vel multitudinem, & hoc modo soluitur difficultas.

Ad 3. Eodem modo est satisfaciendum, quòd non diuiditur anima per abscisionem Quæ est diuisio, sed per distinctionem partium in toto vnitarum, & sic non tendit ad corruptionem.

Ad 4. Quando dicitur quòd est tota in toto, & tota inqualibet parte, ergo nullo modo extenditur. Resp. quod extensio est duplex.

Altera per dilatationem partis extra partem, & hoc modo dicimus quòd non est extensa, quia extensio ista pertinet ad corporis molem. Anima vero est spiritualis.

Altera dicitur extensio per æquipollentiam. Ideſt vt inquit Doctor Di. 18. huius tertij, est æquæ in qualibet parte materiæ extensæ, ac si esset extensa, & haberet partem extra partem. *Ioa. Bachon. D. 18. ar. 1.*

Hinc Doctor in eadem Di. & ar. explicat apertissime quomodo per accidens extendatur, Nam inquit. Extendi per accidens stat dupliciter.

Specifice & Generice. } Specifice extendi per accidens est habere partem extra partem vt corpus, & materia corporea, & hoc modo excluditur forma. Gene. vero extendi per accidens, est quando aliquod ens est in aliquo subiecto quòd extenditur per accidens, & hoc modo dicitur ab Arist. 5. Metaphy. t. com. 13. capi. de ente. quòd musicus est albus per accidens, quia musica est in eo qui albus est, sic anima intellectiua est extensa per accidens, quia est in materia extensa per accidens. Et sic videtur optime concordare cum suo præceptore Gerardo licet, respondeat suis rationibus: Vnde est potius in verbis quàm in rebus lis & diffidium. Hæc pro præsenti in qua habuistis. In sequenti examinabo alium ar. Doctoris. *5. Meta. t. com. 13.*

LECTIO QVINQVAGESIMA

Octaua super ar. 2. in qua soluit aliud quæsitum, videlicet. An anima sensilis et vegetalis extendantur ad corporis extensionem? In hac lectione ponam duas conclusiones.

Altera Aristotelis & Comm. } Aristo. posuit quod genus animæ sensilis & vegetalis sit extensum ad
Altera Diui Augustini. } corporis extensionem.

S. Augst. ponit quòd sicuti anima Intellectiua dicitur esse tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis, sic & anima sensilis est tota in toto animali, & tota in qualibet parte animalis. Doctor vero assentit Aristotetili, & respondet rationibus diui Augustini. Idcirco ponam conclusionem Phi. & confirmata satisfaciam rationibus contrarijs.

Conclusio. Anima sensitiua & vegetatiua extenduntur ad corporis extensionem. Probatur ex Philo. 2. de anima t. com. 20. vbi dicit quòd quædam animalia viuunt decisa de anima. Hoc pater in partibus decisis ab anguillis quæ viuunt quoniam mouentur. Hinc quæritur quomodo partes illæ viuant? *2. de Anima t. co. 20.*

Aut per generationem } Non per generationem nouam cum generans non appareat, nec videatur alAut per diuisionem. } teratio quæ antecellit generationem, ergo per diuisionem, sed quicquid alterius partiione diuiditur extenditur cum illo, ergo si anima diuiditur ad materiæ diuisionem erit extensa.

Arg. 2. Dicit Phi. eo loci quòd anima in talibus diuisis fuit vna in actu & multæ in potentia. Sed non loquitur quomodo reducantur ad actum nisi per decisionem, ergo non generantur animal sed diuiditur.

Arg. 3. D. Phi. 2. de Animat. & Com. 20. Sicut se habet anima in vegetabilibus ita in sensibilibus, sed in vegetabilibus est vna anima in actu & plures in potentia, ita dicitur esse in animali anuloso in quo reperitur anima in actu & plures in potentia, ergo extenduntur cum extensio sit habere partem partem, ergo.

Arg. 4. Vbicunq; datur operatio extensa datur & potentia extensa quæ operatur, sed dantur multæ operationes extense in animali, ergo & potentiæ sensitiuæ. Minor est clara. Nam videre non est in indiuisibili, & in puncto, sed extenditur sicut organum suum, sic tactus est per omnes partes corporis, ergo & potentia tactiua extenderur ad omnes partes.

Arg. 5. Omnis forma quæ educitur de potentia materię hoc pacto educitur quòd sicuti tota forma à tota materia educitur sic pars formæ à parte materiæ. Sed educi aliquid ab aliquo est habere partem extra partem, ergo est extensa.

Agr. 6. Vbicunq; forma sic dependet à materia quòd nullo modo possit esse sine materia sequitur materiam & conditiones materiæ, Sed sic est quod animæ sensilis & vegetalis in sequuntur materiam & conditiones materiæ, ergo non possunt esse sine materia, ergo cum materia animalium & plantarum sint extensæ, & ipsæ formæ. Hæc quo ad conclusionis probationem. Modo videre oportet placita Augustini, & aliorum ponentium animam sensilium esse totam in toto, & totam in qualibet parte.

OBIECTIONES.

Contra prædicta, quòd non sit extensa, sed tota in toto, & in qualibet parte.

Arg. 1. Hæc conclusio repugnat Diuo Augustino, ergo falsa. Probo antecedens. Nam Aug. 6. lib. de Trini. cap. 7. conclusit quòd tam sensitiua quàm intellectiua dicitur esse tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, ergo.

Ar. 2. Idem probat in lib. de animæ immortali. Si anima non esset tota in toto, & tota in qualibet parte sequeretur hoc quòd non posset sentire dum est in pede læsiones manus, quia quòd est absens manui nõ sentit ea quæ fiunt in pede, sed hoc est falsum quoniam dum pes læditur statim oculus respicit, lingua dolet, & manus auxilium præstat, ergo necesse est dicere quòd si dolet, quòd sit ibi præsens, ergo in toto & tota in qualibet parte.

Arg. 3. Triplex datur forma.

Intellectiua, Sensitiua & Accidentalis } Intellectiua est perfectissima, Sensitiua perfecta, & Accidentalis imperfecta. } Intellectiua adeo est perfectionis plena quòd cũ à subiecto suo nullomodo dependeat, dicitur esse sic tota in toto, & tota in qualibet parte, quòd nullo pacto diuidi potest. Hinc non diuiditur in se quia est spiritualis, Non diuiditur per sui subiecti diuisionem, quoniam non perficitur à subiecto sed perficit subiectum. Non diuiditur per accidens secundum partes suæ operationis, cum reperiatur in qualibet parte essentialiter.

Forma accidentalis dicitur esse secundum suam essentiam tota in qualibet parte superficiei, quia est in qualibet parte vera natura accidentis, vt albedo dicitur esse tota secũdum essentiam in qualibet parte superficiei, non tamen est tota secundum suam quantitatem totalem, nec secundum totalem suam virtutem disgregandi quoniam in qualibet parte potest disgregare, & recipitur. Ratio est in promptu. Quoniam est quid imperfectum & corporale.

Forma verè sensitiua licet educatur de potentia materiæ & sit minor, Intellectiua tamen ita excellit accidentia quòd non est diuisa, nec extensa, nec in essentia, nec in operatione, sed est tota in toto, & tota in qualibet parte. Ratio. Anima sensitiua.

Aut est diuisibilis secundum essentiam, Aut non est partibilis. } Si non est partibilis, ergo vna, ergo tota in toto & tota in qua. Parte.

Si est diuisibilis secundum essentiam, ergo partes illæ essent distinctę loco & subiecto ab inuicem, quæ omnia sunt absurda, & stulta, ergo non extenditur.

N.

RESPONSIO.

Doctoris.

AD primum quando dicit quod est tota in toto & to. in quã parte. Respon. quòd anima sensitiua dupliciter consideratur.

Primomodo in animalibus perfectis vt in Leone, & Aquila, & sic est tota in tota, & to. in qualibet par. si vero cõsideretur in animalibus imperfectis falsũ est, vt apparet sensui de animalibus anulosis, & de plantis, vbi plures apparent animæ per decisionem: Aug. loquitur primo modo, Doctor secundo modo sic dicit Arist. 2. de anima. t. co. 20.

Ad secundum quando inquit læsionem pedis haud sentiret nisi esset ibi. Respon. quòd sentire stat dup.

Vel per se, Vel per aliud. } Per se quando tangitur ab aliquo. Vt quando Leo percutitur sentit per se quoniam est ibi anima præsens.

Per aliud, quando pars læsa continuatur & connectitur cum alijs non læsis, & sic simul patiuntur cum illa. Nam sanguis statim ad cor currit.

Præterea sentit propter viuacitatem tactus quæ radicatur in anima sic extensa. Hinc anima indurata tactu non sentit facile læsionem quæ facta fuit in pede, & sic soluitur difficultas.

Ad 3. Quando dicitur, aut est diuisibilis secundum essentiam, Respon. secundum essentiam in animalibus imperfectis, & anulosis. Vnde vna est in actu & plures in potentia Hæc pro præsenti. Insequenti aggrediar Magistri sen. Dist. 18.

LECTIO QVINQVAGESIMA.

Nona super Distinctione decimaoctaua in qua Magister proponit meritum Christi, & quærit. An sibi & nobis meruerit? Subinde quid: & quando meruerit? Idcirco vt rem clarissimè ostendam vobis sex obseruabo, videlicet.

Continuationem, Quid meritum Quotuplex dicatur meritum Quid Christus meruerit, Quando meruerit, & postea solnam difficultates. } Quo ad primum circa continuationem, dubitare quis poterit cur in præsenti Distinctione agat de merito? Respon. quod optime factum fuit. Nam cum in præcedenti Dist. egisset de voluntate Christi, & ex voluntatis affectu cum diuina gratia nascantur omnia nostra opera, & ex operibus consequatur meritum, sapientissime expedito negotio de voluntate, perpendit meritum, quod voluntatis, iustè operantis dicitur finis, & terminus, ex quo subinde coronam gloriam q; sempiternam à Deo recipimus. Hæc quo ad continuationem.

Quid meritum Tho. 3. p. q. 49. Gerson. Scotus.

Quo ad secundum quid sit meritum. Circa diffinitionem meriti vidi omnes ferè Doctores, & ex præcipuis descriptionem S. Thomæ, Scoti, & Gersonis selegi quam iudico per optimam. Hinc S. Tho. 3. p. q. 49. dicit. Meritum est actio, qua iustum est vt agenti aliquid detur. Ideo Pontifici summo maximum præparatur meritum cum iustitiam totis viribus tueatur, & deffendit. Hoc apparet, maximè in hoc Sisto Pontifici Maximo, qui inter iustissimos sedem priuam tenet. Sic concionatoribus, martyribus, & operatoribus, dabitur corona magna.

Gerson inquit. Meritum est actus laudabilis factus ad bonum alterius verè, vel interpretatiue, seu reputatiue pro quo exigitur præmium, & hoc notatur in 4. Parte vbi termini vtiles Theologo describuntur. Scotus etiam in 3. lib. Dist. 18. sic diffinit. Meritum est aliquod acceptatum in alio, pro quo ab acceptãte operanti retribuitur præmium. Descriptiones, vel diffinitiones istæ explicabuntur in diuisione meritorum q, erit tertium obseruatum à nobis, videlicet de multiplici acceptione meriti. Nam non vnus reperitur meritorum gradus sed multi sunt, Ideo ex sacræ Theologiæ fonte hauritur quod meritũ dicitur quinq; modis 5.

Meritum modis quinque.

Meritum interpretatiuum, Meritum congrui, Meritum digni, Meritum condigni, & Meritum infinitum. } Meritum interpretatiuum vt inquit Doctor noster, & Bona. est quando dues facit eleemosinam cum murmure & malo animo, vel mala intentione. Hoc meritum licet ex mala intentione nullo sit dignum præmio, tamen quia est de genere bonorum Deus immensa sua bonitate ei remunerationem præparat sicuti apparet in Nabuchdonosor.

Meritum congrui est opus bonum charitatis factum à peccatore, cui nullum ex iustitia debetur præmiũ sed tantum ex infinita Dei benignitate, & liberalitate. Hoc merito peccator ad gratiam se disponit vti legimus de Cornelio Centurione, qui erat de populo idolatri, tamen multa bona faciebat in popnlo Iudæorum. Sic dicere possumus de Cananea illa gentili, quæ orauit pro filia Iesum, vnde disposuit se humilitate, patientia & perseuerantia ad gratiam.

Meritum iusti dicitur esse actus, & factum alicuius viri boni, & iusti, intercedentis pro peccatoribus, qui gratiam ex sui dignitate meretur. Hoc meriti genus inspectum fuit in Stephano Protomartyre quando pro Saule orauit Dominum. Vnde meruit Saulis conuersionem. Sic dicimus de oratione Christi in paribulo crucis quam pro persecutoribus, & crucifigentibus dixit. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Vnde multi conuersi sunt ad Christum percutientes pectora sua.

Meritum cõdigni est opus dignissimum cui ex iustitiæ debito corona æternæ gloriæ debetur. Hoc à quatuor causis potissimis ortum ducit, scilicet.

A libero arbitrio, A Gratia, A Spiritu Sancto A Deo. } A libero arbitrio quod promptè operatur, orat, & Ieiunat, A Gratia cooperante, & corroborante liberum arbitrium, A spiritu sancto in habitante & disponẽte, & suauiter ciente liberum arbitriũ, & A Deo optimo maximo acceptante merita, operaq; nostra bona iusta, dignaq; mercede æterna. Hinc ad pondus meriti, & ad charitatem, gratiam q; datur merces; præmium ac corona.

Meritum infinitum dicitur dupliciter.

Meritum infinitum.

Primomodo respectu personæ Secundomodo respectu extensionis, } Primomodo meritum infinitum respectu personæ dicitur esse in Christo. Nam opera Christi, prædicatio, passio, mors, & Resurrectio fuerunt infinita. Ratio fuerunt à persona Christi persona est verbum, verbum est infinitum, ergo infinita opera, ergo & meritum.

Secundomodo meritum dicitur esse infinitum extensiue, tum quia pro infinitis acceptatur, tum quia affert infinitum & dat infinitum. Hoc modo meritum Christi dicitur infinitum, tum quia pro infinitis hominibus (licet sit infinitum non simpliciter, sed secundum quid, cum homines sint finiti) tum quia delet culpã infinitam, cum etiam quia affert coronam sempiternam. Ex ijs modo accedo ad Magistri scopum in quo quærit de merito Christi videlicet quid meruerit? Cui difficultati satisfaciens dicit. Christus licet infinita meruerit tamen quinq; potissima assignat videlicet.

Duo ex parte nostra & Tria est parte sua. } Ex parte nostra meruit liberationem à culpa, à morte, ab inferno, à Demonio, & regni celestis reserationem, & apertionem.

Ex parte sui meruit tria scilicet corporis glorificationem, Animæ impassibilitatem, & nominis exaltationem: Patet vtrunq; in sacra scriptura & apud Doctores Sanctos.

Quòd meruerit nobis apertionem Regni celestis asserit D. Augustinus super Epistolam ad hæbreos. Per aliam hostiam non potuit nobis aperiri aditus, & fieri salus, nisi per mortem Vnigeniti, cui tanta fuit humilitas, & patientia, vt eius merito, pateret credentibus in eum aditus Regni.

Idem scribit S. Ambrosius. Deus inuenit hominem in quo fuit tanta humilitas quæ omnibus proficere potuit

potuit,sicut in primo parente fuit tanta superbia, quæ omnibus suis nocuit. Idem confirmat super Epistol. ad Romanos. Tantum fuit peccatum nostrum vt saluari non possemus, nisi vnigenitus Dei filius moreretur pro nobis,& sic dignos nos fecit hæreditatis æternæ. Hinc ante Christi passionem & Ascensionem nullus ingressus fuit Paradisi Regnum, sed omnes ad limbum descendebant, loquor de iustis,solum.

Ambro.

Idcirco si absq; morte Christi possemus ingredi regnum cœlorum,ergo Christus gratis mortuus esset, sed hoc falsum,ergo necessaria fuit mors,& licet alij modi fuerint Deo possibiles ad liberandum genus humanũ, passio tamen fuit efficacissima & congruentissima. Hæc quo ad meritum nostrum. Quo ad Christum,quid sibi meruit patet ex Diuo Paulo ad Philippentes 2.Christus factus est obediens vsq; ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod Deus exaltauit illum & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ,vt in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terre.& infernorum.

Phi. 2.

Ideo Aug.super illis verbis inquit. Vt Christus clarificetur in Resurrectione, prius humiliatus est in passione.

Præterea dicit Aug.in libro contra Maximinum.Non solum corporis glorificationem meruit,sed meruit quòd cum esset in forma serui diceretur filius Dei,diceret Deus, diceretur cum Theologis Deus homo, & homo Deus. Hæc quo ad meritum Christi. Restat modo videre quando Christus meruit.

Tempus meriti Christi.

Respondẽt omnes Doctores vniformiter,& ideo Ioan.Bacho.in hoc lib.3. D.32.ar.1.2.& 3. dicit duo potissima.

Io.Bacho.

Primum quòd Christus meruit sibi & alijs. Secundum quod inquocunq; tempore & in quocunq; instanti. } Meruit sibi quia voluntarie passus est crucem, & clauos. Meruit alijs, quia non solum erat persona singularis,sed erat caput totius Ecclesiæ sed actio capitis pertinet non solum sibi sed ad omnia membra,ergo Christus meruit non solum sibi sed alijs qui sunt in corpore eius mystico.Hoc,per vulgata propositio Pauli ad Romanos,explicat, dicens. Sicut per vnum hominem mors intrauit in mundum,ita per vnum hominem iusti constituti sunt multi.

Secundo Meruit inquocunq; tempore,& in quocunq; instanti. Ideo non solum in morte quando Crucis patibulum ascendit meruit. Non solum quando miracula operabatur, sed quando. Matri obsequẽs erat, sed quando lactabat,sed deniq; in instanti suæ conceptionis. Nã statim vt anima vnita fuit corpori, & homo ille assumptus fuit à verbo meruit omne præmium,& coronam.

Patet. In quocunq; instanti suæ conceptionis Christus habuit scientiæ,gratiæ,& charitatis plenitudinem, ergo potuit meditari,cognoscere,amare humanæq; salutis liberationem præoptare, & hoc est mereri, ergo in primo instanti potuit fieri.

Præterea Christus in istanti sua conceptionis fuit perfectus homo,ergo habuit perfectum intellectum,ergo perfectam voluntatem;ergo recto affectu amare & diligere, ergo mereri.

Hiere.31.

Apparet in verbi Hieremiæ dicentis. Nouum faciet dominus super terram fœmina circundabit virum ideſt Christum qui fuit in instanti perfectissimus.

Bona.

Præterea d. Bona.Christus in instanti suæ conceptionis fuit Beatus,sed gloria supponit meritum,ergo primo meruit. Ideo anima Christi fuit similis luci quæ in quocunq; instanti est clarissima.

Conclusio.

Ideo Mag.dicit vnum pulcherrimum Tanta carismatum plenitudo fuit in eo quod licet in membris potuit proficere,& quotidie proficit,vt inquit Grego.tamen in se nullomodo potuit proficere. Ratio quia nec anima potuit esset melior,nec scientia,vel gratia maior in medio,vel in fine quàm fuerit in instanti suæ conceptionis. Hinc ponit hanc conclusionem.Christus profecit quantum ad numerum meritorum,non autem quantumad virtutem meriti. Nam eadem virtus fuit semper quæ est radix meriti,non tamen fuit semper impassibilis quo ad animam,nec gloriosus quo ad corpus,sed quæ ab instanti conceptionis meruit, in fine recepit.

S.Thom.

Idem S.Thomas.3.p.109.ar.3.Christus in instanti suæ conceptionis habuit habitualiter omnes illas perfectiones in summo, & actualiter, vt sapientia,gratia,& charitas quibus meretur omne præmium, ergo in illo potuit,& de facto meruit.

Magister.

Hinc dicebat. Mag.in litera.Christus licet potuerit peruenire ad omne meritum & Gloriam sine merito passionis, tamen peruenire non poterat,sine merito virtutum charitatis,gratiæ,iustitiæ,& sapientiæ quæ in instanti conceptionis,fuerunt infusæ,ergo cum in instanti habuerit omnia carismata, & perfectiones habitualiter,& actualiter,vel vsualiter,quo ad rectam intentionem,potuit,& de facto meruit. Hæc quo ad probationem. Soluamus quasdam difficultates apparentes,

Hanc q. facit Io.Bacho.3.lib. super dist.3.2.

OBIECTA CONTRA,
Prædicta,scilicet quòd non meruerit ab instanti conceptionis.

Arg.1. Voluntas Christi erat in termino vltimo vnita,nempe beatissimo fini,ideſt diuinæ Trinitati,ergo mereri non potuit. Anteceds patet, quia erat Beatus & compræhensor,consequen.probatur quia.Hoc modo Beati mereri possent quod est falsum.

Arg.2. Præmium excedit meritum,ergo si Christus meruit debet assignari præmium vt finis. Sed quale præmium si fruitur Trinitate,& merito facto,in charitate formata debetur Deus,ergo dabitur id quod habet,vel mellus,vel simile,hæc omnia sunt insulsa,ergo non meruit.

Arg.3. Quod in instanti suæ conceptionis,ideſt statim vt fuit conceptus,& assumptus,non meruit.Patet. Duæ mutationes quarum terminus vnius præcedit terminum alterius,non sunt simul duratione,sed creatio voluntatis in esse primo,& motio voluntatis ad proprium actum,sunt due mutationes,quarum alterius terminus,supponit alterius terminum. Nam actus voluntatis supponit tetminum voluntatis,scilicet esse,cum absolutum præcedat respectiuum,igitur non potuit esse primo,& operari, ergo nec mereri in primo instãti.

Arg.4. Duplex est actus.

Rectus& Liber. } Rectus ab intellectu, Liber à voluntate. } Rectus precedit voluntatem nec propter hoc aliquid meremur,sed meritum est proprie à voluntate directa sed charitate informata,ergo si sequitur voluntas intellectum,dicere oportet, q̃ in primo instanti non meruit.

Arg.5. Si

Arg.5. Si Christus in primo instanti potuit mereri, ergo. Angelus in primo instanti potuit peccare.Probo consequentiam,quoniam teste Philo.4.Physi. eadem est mensura oppositorum. Nam demeritũ quod est oppositum merito mensuratur æternitate,ergo si Christus potuit mereri in primo instanti,& ang.demereri ergo peccatum Angeli,in Deum redundaret. Ratio.

4.Phy.

Omne coeuum effectui causatur à causa effectus. Hinc Deus non solum causat ignem & solem, sed simul causat calorem & splendorem;ergo si Deus causat Angelum & voluntatem quod est primum instans, ergo & peccatum,hoc autem falsum,ergo sicut non potuit peccare Angelus,sic nec Christus mereri.

RESPONSIONES.

Ad primum quando dicitur quòd erat in termino,quia Beatus,ergo sicut non poterat peccare, nec mereri. Respon.quòd esse in termino stat dupliciter.

Simpliciter & absolute & Secundum quid. } Dico quod erat in termino secundum partem superiorem, Secundum rectitudinem intellectus & affectionem iustitiæ,

Vnde non poterat peccare,nec velle malum,non tamen erat intermino quietissimo secundum partem inferiorem quæ carebat bono commodi quia pati poterat. Ideo sicuti pati poterat & mereri.

Præterea. Erat Beatus sed in via,non extra viam. Erat Beatus sed mortalis,& sic non currit.

Ad secundum præmium excedit meritum,ergo caruisset premio. Respon.quòd meritum dupliciter consideratur.

Vel vt respicit ipsum merentem Vel vt respicit alium cui meretur, } Quando meritum respicit merentem semper habet præmium maius merito. Nam dicunt omnes Theologi quòd Deus semper vltra condignum premiatur & sic currit argumentum. Vel respicit alium qui sit inferior illi merenti,& tunc præmium exceditur à merito. Nam quando Cardinalis meretur apud Pontificem maximum gratiam, & fauorem pro aliquo sacerdote simplici de Beneficio commodo, meritum est maius præmio, sic in proposito pars superior meruit pro parte inferiori Christi, & meruit pro nobis inferior.

Exemp.

Præterea dico quòd meritum exceditur à præmio. Christus passus est in terra & meruit cœlum.Passus est & meruit per annos triginta tres, & præmium est glorificatio sempiterna corporis, animæq; impassibilitas perpetua, & sic non currit ratio.

Ad 3. Quando duæ mutationes habent tales terminos quod vnus supponit alterum, non datur operatio in instanti. Respon.quòd termini possunt dupliciter considerari.

Primomodo vt dicunt tempus Secundomodo vt dicunt naturam. } Si considerẽtur vt dicunt temporis mensuram, sic certe vnus alium præcedit, & per consequens vnum instans aliud præcedit tanquàm fundamentum sequentis,& hoc modo in primo instanti cum non possimus operari sine secundo,sic nec mereri,& hoc modo argumentum militat,& certat.

Secundomodo termini considerantur quatenus arguunt ordinem naturalem & hoc modo in primo illo iustanti naturæ sine temporis diuisione operari,& mereri potest,sic Christus meruit in primo instanti.Nam statim vt assumpta fuit à verbo humana natura,anima recta intentione,& dulcissima affectione adhæsit verbo, concupicitq; passionem carnis,& mortem pro liberatione hominis,& sic falsum est argumentum.

Ad 4. dicimus eodem modo sine temporis mensura mota est anima in Deum propter plenatissimam gratiæ,sapientiæ,ac charitatis infusionem. Exemplum aliquo modo assignari potest in perito sagittario. qui statim sine temporis spatio sagittas,& arcũ sumit,in scopum q; oppositum mittit. Sic in nostro proposito.

Exemp.

Ad 5, ergo Aug.in primo instanti potuit peccare,ergo peccatum eius in Deum redundat,vt causa primaria. Respon.primæ conseq.ergo in primo instanti potuit peccare. Dico quòd instans est duplex.

Alterum naturæ vt natura Alterum naturæ vt libera. } Si sumatur primomodo vt natura,dico quòd non potuit peccare, cum natura sit à Deo,& bona. Vidit cunctaq fecerat,& erant valde bona.

Si vero sumatur instans secundomodo prout dicit naturam liberam in suo actus, sic dico quòd potuit peccare,& in ordinate se gerere. Et quando in secundo consequente dicitur, ergo in Deum redundaret. Negatur ista conseq. Et cum dicitur omnis effectus causæ secundæ est à prima concedo de effectu,sed nego de deffectu.Peccatum non est effectus sed deffectus,ergo.

3. Dico quòd est causa positiuorum effectuum & non priuatiuorum, peccatum est priuatio, ergo & sic concludimus quòd Christus meruit in instanti. Ratio. Quia habuit omnia necessaria scilicet, esse perfectissimum quo ad animam & corpus, obiectum proximum scilicet verbum quòd contemplabatur: Medium efficax videlicet Gratia immensa. Et Charitas in summo. Hæc pro præsenti. In sequenti dimittam quæstionẽ Bachonis in qua Quærit. An Anima Intellectiua informet corpus,quæ excussa fuit ab eodem in 2. sen. D.18. vbi ego lectionem feci,& notaui multa scitu digna,quæ videre poteritis. Igitur videbimus Dist.19.Magistri sent. Habuistis vt omnia breuibus recenseam,quòd Christus &c.

2.sen. D.18.

LECTIO SEXAGESIMA
Super Dist.19. Magistri sen.in qua quærit vtilitatem passionis Christi sanguinisq; eius efficatiam, ac valorem. In qua tria potissima examinabimus.

Continuationem Mag.cum præcedentibus, Conclusionem quòd liberauit nos per Passionem à Dyaboli potestate, vel à Tirannide, & tertium soluemus obiecta.

Quo ad primum de connexione sequentis cum præcedentibus facilis est. Finis Dei erat redemptio humani generis à Dyaboli imperio,peccatiq; turpitudine. Hoc autem fieri decreuit per verbi Incarnationem & Passionem,Cum igitur in superioribus egerit de Incarnatione ac de ijs quæ faciunt ad mysterium tale,modo

aliud

aliud aggreditur onus, nempe de Passionis efficatia. Quo'ad secundum ponitur præsens conclusio. Homò per Passionem, sanguinem, & mortem Christi, à Dyaboli Imperio ereptus fuit, quam sic probo. Et primo quomodo à Dyaboli tyrannide.

Io.12. D. Euangelium apud Ioannem. Nunc iudicium est mundi. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, ergo si est electus foras, à mundo liberati sumus.

Apoc.20. Idem Apoc. 20. Vidi Angelum descendentem de cœlo, & apprædendit Draconem, qui est Dyabolus, & ligauit. Ang. iste est Christus, ergo.

Apoc.5. Idem asserit supra cap. 5. Vicit leo de Tribu Iuda, sed victoria est principaliter super ducem exercitus, Dux erat Dyabolus, ergo victus, sed victus est contra genus humanum, igitur est liber.

Ioa.14. Hinc August. Dini Ioannis verba perpendens, Venit Princeps huius mũdi & in me non habet quicquam, dicit. Cum Dyabolus mortis causam non inuenerit in Christo, scilicet peccatum, meruit nostri redemptionem, ipsum decepit, catehnisq; attrinxit. Nam in Passione Christus posuit ad ligandum Sathanam, hæc quatuor efficacissima media, scilicet.

4.media. Crucem, Carnem, Sanguinem & Diuinitatem. } Crux erat muscipula, & instrumentum cum clauis, & spinis ad venationem. Caro fuit esca ad excitationem. Sanguis fuit dulcedo, ad dilectum, sed diuinitas fuit hamo ad apprehensionem. Et mors fuit cathena qua ligatus fuit. Ideo inquit Magister Non sufficiebat ad liberationem nostram Christum esse solum.

Hominem, Aut Angelum, Aut Deum, sed fuit necesse vt esset simul Deus & homo. Ratio. } Si fuisset solum homo, aut Angelus, Aut peccasset vt homo, & Ang. Aut potuisset peccare. Aut spes nostra fuisset in Christo dubia. Si fuisset solum Deus non potuisset pati, ergo nec mori, ergo nec redimere. Necesse ergo fuit quòd in Christo essent simul humanitas & diuinitas: Humanitas ad patiendum, & diuinitas ad saluandum.

Hinc sacri Theologi asserunt Dyabolum ante Christi sanguinis effusionem, duas habuisse manus, sed clarius dicemus duas habuisse tyrannides contra hominem quibus illum opprimebat.

Tyrannides Dyaboli. Altera dicebatur impellens, Altera attrahens } Tyrannis Manus impellens, hominem in malum ducebat. Tyrannis attrahens malos ad infernum præcipitabat, & bonos, iustos sanctosq; ad limbum ducebat, ac detinebat.

In prima Tyrannide erat sicuti Draco & Leo. Vt Draco fallacijs, & mendatijs homines in pessimos ducebat errores. Vt Leo, violentiam, terroremq; hominibus incutiebat.

In secunda Tyrannide erat sicuti carnifex impius, & seuerus. Vt impius animas sanctas in Lymbum ducebat, Vt seuerus animas damnatorum in inferno flagellabat.

In prima Tyrannide vt Draco, sua calliditate facillime homines allucinabatur, & decipiebat cum per culpam omnem ferè scientiam amisissent.

In secunda Tyrannide vt leo difficile poterant resistere. Hinc oportuit nobis auxilium dari. Venit igitur Christus & duo contra tyrannides duas operatus est. Nam primam tyrannidem decipiendi debilitauit, ac percussit. Debilitauit per lumen sapientiæ quo fallaciarum & deceptionum manifestauit modum, Percussit ac vulnerauit per gratiæ vbertatem, qua homines resistere valent. Secundam vero partim omnino abstulit, & partim dimisit. Abstulit tyrannidem qua in Lymbum Sanctorum animas ducebat. Nam clausa est ianua lymbi patrum, vnde non ad lymbum sed in cœlum ascendunt.

Reliquit tamen Tyrannidem qua vt carnifex damnatorum animas (licet quantum ad diuinæ iustitiæ legem non dicatur Tyrannis, cum pœna sit iustissima) punit, ac affligit.

Hinc præuidens à longe Dauid cecinit. Super aspidem & Basilicum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem. Et sic apparet quomodo à Dyabolo nos liberauit.

Quod etiam à peccato nos eripuerit ostenditur multis modis. Et primo in sacrosancta scriptura. Inquit enim Ioannes Apoc. primo. lauit nos à peccatis nostris in sanguine agni. Tunc sic, lauare peccata est delere peccata, delere est iustificare, est liberare, & liberare est hominem interiorem renouare, & renouare est receptione gratiæ & donorum vt inquit Sancta Synodus Tridentina sessione sexta, capite. 7.

Conc. Triden. sessio. 6. c. 7. Hæbre. 9. Idem Paulus ad Hæbreos asserit. Omnia pene mundantur in sanguine, & sine sanguinis effusione non fit peccatorum remissio. Et vlterius eo loci dicit. Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. At opera mortua sunt peccata, ergo per passionem fit liberatio,

Idem habetur apud Euangelium, & in missæ Canone à sacerdotibus recordatur. Hic est calix noui & eter. testa. qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Præterea. Certum est quòd sacramenta iustificant & potissimum Baptisma, & pœnitentia. At omnis vis, & facultas pendet à passione, & morte Christi, ergo cum iustificatio sit peccatorum remissio, sequitur quod per passionem peccata tolluntur.

Ideo scire decet, quòd inter Redemptoris N. Iesu Christi facta præclara, duo sunt clarissima ac nobis maxime proficua, in iustificationis ordine.

Alterum est passio, Alterum Resurrectio. } Passio iustificat hominem à peccato per modum merendi. Nam per Passionem meremur remissionem, ex remissione apparet iustificatio.

Resurrectio iustificat hominem per modum quietis. Nam in Resurrectione homo quiescit in Christo, viuit in Deo, regnat in cœlis. Hinc Passio dicitur esse in genere causæ.

Materialis, Efficientis & Exemplaris. } Materialis, quia posuit Christus corpus suum ad flagellationem cruciq; affixit, Efficientis, quia fecit nobis satisfactionem iustitiæ, & purgationem culparum. Exemplaris, quia excitat nos ad passiones, carceres, & mortem pro Ecclesiæ nostræ tuitione.

Resurrectio vero fuit in genere causæ.

Formalis, Finalis & Dirigentis. } Formalis, quia est perfectio, & pulchritudo iustificatorum, Finalis quia datur Gloria æterna, in qua anima nostra conquiescit, & Dirigens, Quia per Resurrectionem iustificati ad cœlum diriguntur. Idcirco Apostolus concionatus fuit. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et sic concludit quòd passio tollat peccata.

Vltimo

Vltimo tollit etiam pœnam peccati, quod patet apud Diuum Petrum. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Vnde Mag. sent. ex ponens illud portare, inquit, quòd nil aliud significat; quã pœnas, & dolores peccatorum sufferre. 1.Pet.2.

Idem asserit Zaccha. Tu autem in sangnine testamenti tui eduxisti Vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vnde e duci sine aqua, est à pœna liberari. Zacch.9.

Idem Isaias 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit Hinc Theologorũ schola ponit diuisionem pœnarum, quòd pœna pro nunc est triplex, videlicet.

Pœna damnationis. Pœna afflictionis Pœna damni. } Pœna damnationis, est in inferno, Pœna afflictionis, est in mundo, in terra in purgatorio, & similibus, Pœna damni, est in vita, & in morte.

Pœna damnationis, est in igne, Pœna afflictionis, in disciplinis, & ieiuniis, & in igne. Pœna damni, est in priua tione diuinæ gloriæ. Pœna triplex.

Pœna damnationis, est æterna. Pœna afflictionis, & damni est temporalis. Ex iis modo dico quod Christus liberauit nos ab ijs pœnis. A pœna æterna quia peccatum abstulit, A pœna temporali, quia passus est vulnera, flagella, & mortem, A pœnaq; damni quia resurrexit immortalis, & glorioſus. Hoc apparet potissimum in Baptismo. Nam per Baptismum ortum à passione liberatur homo ab inferno, & à quacunq; pœna afflictiua, statimq, cœlorum ianua aperitur.

Idem dicimus de sacramento pœnitentiæ. Nam in illo tollitur culpa, aperitur cœlum, & pœna temporalis diminuitur. Non tollitur totaliter, vt in Baptismo, quia Baptismus est primum sacramentum à quo prima gratia, primaq; dona, quæ sunt maxima, pœnitentia vero dicitur secunda Tabula, secunda gratia quæ non tollit totam pœnam, sed oportet nos disciplinas, ieiunia æleemosinas, & alia huiusce modi opera peragere. Ratio alia est etiam in promptu. Quia in Baptismo inspicimus respectu peccati originalis consensum alienum, vt clarissimè explicabimus suo loco. In pœnitentia verò consideramus propriam voluntatem quæ sciẽter peccatum committit, idcirco additur pœna temporalis. Hæc pro conclusionis probatione. Modo oportet soluere quasdam difficultates. Discrimen inter Baptismum Pœnitentiam.

OBIECTIONES CONTRA Conclusionem.

Arg.1. Dyabolus nos tentat, excæcat, & vexat, ergo ab ipso liberati non sumus. Consequentia nota. Antecedens patet. D. Paulus ad Corinthios. Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. 2.Corin.4.

Idem ad Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus mundi rectores, tenebrarum harum, ergo impugnant nos, ergo non liberi.

Idem 2. Tessa. 2. & Apoc. 13. & Dan. 8 Tempore iuditij soluetur Dyabolus & vexabit omnes, ergo. Nam in multis partibus sunt Idolatræ, sunt tot obsessi, & vexati, ergo.

Arg.2. Quòd non simus à culpa erepti, Solus Deus peccata delet, dicente Esaia 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, ergo non passio Christi. Ratio. Remissio culpæ est per infusionem gratiæ, sed infusio gratiæ, est à Deo solo, ergo.

Arg.3. Non est causa iustificationis, vel remissionis culpæ in nullo causarum genere, ergo probo. Non vt materialis, quia materia iustificationis non est passio, sed homo contritus. Non formalis, quia forma est gratia. Non efficiens, quia est Deus, Nec finalis, quia est Gloria, ergo.

Arg.4. Præterea Vniuersa delicta operit Cha. d. Salomon. Per fidem & misericordiam purgantur peccata, ergo non passio. Ratio, quia nullum corporale operatur spirituale & peccatum est in anima spirituali, ergo passio cum sit corporalis non operabitur, ergo non poterit delere. Prou.10.et 15

Arg.5. Præt. Quod nonà pœna liberauit. Nam.

Vel à pœna æterna, Vel temporali, Vel à compassione Vel satisfactoria. } Non ab æterna pœna nos liberauit, quia damnatorum in inferno nullus fuit liberatus, ergo. Non à temporali, quoniã nos eisdem pœnis mortis, infirmitatis & doloribus subiacemus, sicuti illi qui erant ante passionem. Non à pœna compassionis, Immo passio est excitatiua, & prouocatiua passionis, ergo à nulla pœna nos liberauit.

Non à pœna satisfactoria, quia agentibus pœnitentiam imponitur pœnitentia à sacerdote, ergo.

RESPONSIONES,

Arg.1. Quando dicitur quòd sumus tentati, excæcati, & vexati, ergo non liberati. Respon. quòd tenteti & vexari respicit tria. Respicit.

Deum, & Passionem, Meritum, & Culpam. } Si respiciat Deum, & Christi passionem, dico quòd nullo modo nec tẽtat, nec excæcat, nec vexat. Immo ad signum crucis statim fugit, & non solum apparet in homine fideli sed in fideli. Non est clarissimum exemplum apud Gregorium Sanctum de Iudæo crucis signo munito in dormitione? vnde Dyabolus non potuit nocere ei dicens hoc pulcherrimum. Vas est vacuum, sed signatum. Exemp. Crucis.

Si respiciat meritum, quòd intentatione & vexatione multum meremur, sic dico æquidem quòd permittit nos tentari cum in victoria maximam coronam mereamur. Patet in Paulo, Magdalena, Antonio & Iob.

Si vero respiciat culpam propriam, sic dico quòd nos tentat, sic ingreditur corpus humanum vexando. Hoc autem fit maximè in homicida maledico, & execratore. Vnde non est defectus passionis, sed culpæ propriæ.

Ad illud quòd solus Deus dimittit peccata. Respon. Principaliter Deus, sed Passio instrumentaliter. Ad illud quando dicitur quòd non est causa in nullo genere. Respon. quòd est falsum. Et quando probatur. Respon. esse causam stat dupliciter. Proprie, & propriate. Non est causa primomodo sed secundomodo.

Ad

Ad illud quòd fides,& charitas dimittunt peccata. Respon.non sine Passione. Dimittere est dupliciter. Vel quia præparant animam ad remissionem, & hoc modo fides formata dimittit, quia facit nos credere, & amare Christum passum, & dolentem.

Vel quia satisfaciunt culpæ,& hoc modo sola passio acta in charitate fideli.

Ad illud in quo quæritur à qua pena liberauerit hominem? Respon.quòd ab æterna,& temporali.Sed liberari solum possunt illa quibus per fidem,& per sacramenta potest passio applicari, At qui sunt in inferno sunt omnino segregati à Christi sacramentis, ergo & à passione, ergo à penarum liberatione.

Ad illud.Per passionem sustinemus pœnas naturales,violentas,& compassionis, ergo.Respon. quòd pœna est triplex.scilicet,

Pœna, duplex.

Meritoria, Violenta & Oppressiua. } Non liberat a pœna meritoria,vt compassiones miserorum. Nec à violenta, vt sunt passiones illatæ à Tyrannis,quia sunt in defensionem Ecclesiæ, sed magis excitat bonos ad tolerandas,liberat tamen à pœna oppressiua,quæ ex peccato oritur.Hęc pro præsenti. In sequenti videbimus quomodo Christus dicatur Mediator.

LECTIO SEXAGESIMAPRIMA, in qua quaritur. An Christus fuerit Mediator?

In hac lectione ponam duas conclusiones cum probationibus, soluam q, difficultates.

Prima Cõclusio est hæc. Christus est mediũ mundi, Secunda Conclusiõ Christus est Mediator hominis.

Pro primæ Conclusionis enucleatione,scire est necesse,quòd medium apud maximos Theologos Philo. ac viros per illustres in scientia, sumitur multifariam,sed pro nunc sumitur decem modis,qui omnes modi Christo conueniunt. Dicitur, ergo medium.

Medium sumitur decem modis.

Quo, Quod, Cognitionis, Adæquationis, Virtutis, Abnegationis, Participationis, Colliganriæ, Congruentiæ, & Coniungens. } Medium quo,est dispositio præparans aliquid ad recipiendam perfectionem,& finem suum. Exemplum. lumen gloriæ est medium quo intellectus & voluntas vident Deum,& tribus fruuntur personis diuinis. Sic lumen solis, est medium ad colores.

Medium quod,dicitur esse illud ens,cui primo aliquid vnitur & per illud, aliud assumitur. Exemplum.Corpus destinatur ad Beatitudinem,sed per medium animę quæ dicitur medium quod. Quia primò assumitur & per illam corpus, & caro. Nam sine anima,corpus nullomodo potest glorificari.

Medium cognitionis,est species delata per aerem ad sensus. Exemplum si quis vult cognoscere colores necesse est quòd potentia visiua per lumen eleuetur & colorũ species deferantur ad oculum,quoniam non est color in oculo,nec sonus in aure,& sic in alijs alioquin nulla, nulla esset sensatio. Quia sensibile positum supra sensum nullam facit sensationem,sed sunt species rerum.

Medium adæquationis dicitur esse id quod exercemus in contractibus,in mercaturis in emptione,& venditione,& istud à legislatoribus fuit inuentum, de quo Aristo. & Gerson Par. 1. de contractibus. Tale medium dicitur esse pecunia. Nam in contractibus pecunia adæquatur grano, & granum pecuniæ.

Medium virtutis dicitur apud Gersonem Par.2. Tractatu de non esu carnium, est illud (vt etiam asserit, Philo.) quod iudicabit sapiens. Sed vt rem lucidissime explicemus dicam,quòd medium virtutis, nil aliud esse videtur quàm mediocritas,& modus inter excessum,& defectum. Hoc modo dicemus liberalitatem esse medium virtutis,quia est mediocritas inter prodigalitatem,& auaritiam. Hoc medium tetigit Horatius dicens. Est modus in rebus,sunt certi denique fines,

Quos vltra,citraq; nequit consistere rectum,

Medium abnegationis extremorum,dicitur esse id quod est inter extrema, & non continet extremorum naturam,sed cum modo distat ab extremis. Exemplum. Inter hæc extrema, scilicet habitum & privationem datur negatio. Vt inter mortuum,& viuum,datur non viuum, Inter ens actu,& nullomodo ens,datur ens in potentia,scilicet materia prima.

Medium participationis dicitur ens,& vocatur medium formale,quia ponitur inter extrema & extremorum continet naturam. Exemplum. Pallidum dicitur esse medium inter album & nigrum, Tepidum inter calidum & frigidum.

Medium colligantiæ, dicitur glutinum vniens duo corpora simul, vt clauus,& pix. Medium congruentiæ,est ens quod maximam conuenientiam habet uel proportionatam conuenientiam includit, cum extremis. Exemplum haberi potest in matrimonio Imperatoris cum muliere. Nam Imperator est quasi extremum respectu mulieris, quæ dicitur esse alterum extrenum, si ergo debet fieri vnio vt assumatur mulier ab Imperatore, oportet inuenire medium. Medium autem dicitur esse nobiliras,& virtus. Nam per nobilitatem & per virtutem mulier habet cum Imperatore conuenientiam,quæ vocatur congruentia.

Exem.

Medium coniungens,& vniens dicitur esse ens maximi imperij, qui vnit aliqua duo. Hoc modo sacerdos in nuptijs. Arbiter in litibus,Sapientissimi in reconciliatione,dicuntur medij vnientes partes extremas.Ex ijs modo reuertor ad conclusionem,quòd Christus dicitur medium,ac omnes isti modij enumerati conueniũt illi, videlicet medium.

Quo Quod Cognitionis Adæquationis Virtutis Abnegationis Participationis, Colligantiæ Congruentiæ & Vnionis. } Nam est medium quo,per gratiam qua deo vnimur, Quod,quia est primum Deo vnitum Cognitionis, quia est sapientia mundi, Adæquationis,quia est Deus,& homo,æqualis patri & æqualis homini, Virtutis, quia est fons, & radix fidei,spei,charitatis,& iustitiæ, Abnegationis,quia licet sit in medio peccatorum,& latronum in Cruce,tamen nec furtum fecit,nec potuit facere. Participationis, quoniam vtranq; continet naturam diuinam & humanam. Colligantiæ, quoniam per ipsum cœlum cum mundo vnitur, Congruentiæ,quoniam in vnione humana & diuina,fuit conuenientia proportionata.

nata. Nam sicut verbum erat creator,sic natura humana erat creatura,& sicut Verbum erat causa, sic creatura erat effectus & inter causam & effectum datur proportio congruentiæ. Deniq, dicitur medium vnionis, quia finis Christi,est nos vnire Deo in gloria,iuxta dictum illud. Rogo pater vt vnum sint nobiscum. Et patet prima conclusio quòd dicatur verè medium.

2. vero talis est. Christus dicitur Mediator Dei & hominum. Nam inquit Gabriel Biel in Dist.præsenti. *Concl. 2.* Medium & Mediator sunt idem,& diuersa.

Sunt idem quia aliquo modo ambo extremorum naturam participiant,sunt diuersa,quia non reconciliat nos patri vt medium,sed vt Mediator. Ideo mediator addit supra naturarum vnionem videlicet diuinæ & humanæ, munus,& officium reconciliationis,pacis,& amoris. Hoc patet ex Apostolo. Vnus mediator Dei *Primæ.Tim.2.* & hominum homo Christus Iesus.

Idem scripsit ad Romanos. Reconciliati enim sumus Deo per mortem Christi.

Idem dixit ad Corinthios. Deus enim erat in Christo mundum sibi reconcilians. *Rom.5.*

Idem asserit Iob.Vtinam esset nobis Arbiter ideſt Messias reconcilians nos Deo patri. *2.Corin.5.*

Ratio est in promptu. In Christo sunt duæ naturæ,scilicet natura diuina & natura humana, Cum diuina est similis patri,& cum humana est similis homini,ergo medius.

Præterea vt est similis patri,habet iustitiam,& innocentiam,Vt est similis homini habet passibilitatem & mortalitatem,ergo dicitur esse medius,& mediator.

Sed obseruare est necesse,quòd non est mediator secundum diuinam naturam sed tantum secundum naturam humanam. Ratio. Mediator debet esse infra Deum & supra homines,sed Christus secundum diuinã, naturam non est inferior Deo,sed æqualis, ergo non potest hoc modo esse mediator, igitur secundum humanam.

Confirmatur. Certum enim est,quòd offensa Adami fuit totius Trinitatis,ergo satisfactio debebat esse toti Trinitati,ergo & filio,sed cum alius sit qui satisfacit,& cũi fit satisfactio non oportet concedere quòd natura diuina satisfaciat in Christo cum illi attribuatur & offeratur satisfactio,igitur Christus secundum diuinam substantiam non erit mediator,sed secundum humanam.

Præterea satisfactio mediatoris est pœnalissima: At Deus nil patitur,ergo non est mediator vt Deus. Appa ret in verbis apostolicis. Nam dicit Paulus Donans nobis delicta & delens quod aduersum nos erat Cyro- *Colos.2.* graphum decreti,quod erat contrarium nobis.

Per peccatum Adami fuit factus debitor Deo,& Deus fecit decretum memoriale,& notationem,quę vo- *Chirographum* cata fuit Chirographum. Hoc est scriptura quædam inqua erat obligatio hominis,per quam debebat Deo, *quid.* maximum debitum, Christus autem deleuit hoc chirographum per passionem & mortem. At mors non est in Deo, ergo cum ex vi passionis & mortis sit Mediator,non erit secundum diuinam, sed secundum humanam naturam.

Idem Aug.assentit,& hæc est vera & infallibilis doctrina. Hæc quo ad probationes conclusionum, quòd Christus sit medium, & mediator, Et quòd sit secundum humanam naturam mediator, non autem secundum diuinam. Oportet modo videre difficultates contra ambas conclusiones.

OBIECTIONES,

Arg.1. Conclusiones repugnant Diuo August.ergo falsæ. Probo. si Christus inquit Augustinus haberet vnam tantum naturam,quomodo esset medius & mediator? Nam dicitur medius quia habet vtranq; naturam,scilicet diuinam, & humanam,ergo mediator vt Deus.

Arg.2. Medij est participare vtranq; naturam vnireq; extrema,ergo si Christus est mediator Dei & hominis, quæ sunt extrema,ergo non solum vt homo sed vt Deus, ergo,

Arg.3. Si fuisset Mediator abstulisset peccatum. At non abstulit peccatum,ergo Probo minorem, Nam scribitur Hieremiæ,quòd peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino, ergo. *Hiere.17.*

Præterea peccatum crucifigentium erat magis obligans,& confirmans chirographum quàm delens peccatum,ergo non omnia peccata tulit. Ratio erat tantum peccatum crucifigentium quanta erat passio Christi in merito,ergo aut deleuit illud peccatum,aut non deleuit. Si deleuit, ergo alijs non profuit, si non deleuit, ergo non fuit mediator vniuersalis.

Arg.4. Præterea istud chirographum.

Aut erat in Deo, Aut in Dyabolo Aut in homine } Si in Deo,ergo à nullo separari poterat cum sententia diuina sit immutabilis. Si in Dyabolo, hoc falsum,quia nullum ius acquisierat in nobis, cum peccatum fuerit in Deũ,ergo nullum aduersus nos habebat Chirographum. Si erat in homine ergo non poterat esse contra hominem. Nullus tenet arma contra seipsum. Quis aduersus seipsum seruabit, & custodiet venenum,& pugionem?

Arg.5. Quod Christus non fuerit solus,& vnicus mediator,sed cum eo pater & spiritus Sanctus. Patet. Opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa d.S.August.At Passio Christi est opus ad extra,ergo si filius est Mediator,& omnes aliæ personæ.

Patet etiam ex Ioanne. Deus pater misit filium suum quia dilexit mundum. Hinc Magister in litera dicit *Ioan.3.* quòd Pater & S.S.in scriptura dicuntur Redemptores,ergo.

RESPONSIONES,

Ad primum quod dicitur est medius,& mediator,quia habet vtranq; naturam, ergo reconciliat vt Deus. Negatur consequentia Concedo etiam quòd sit homo Deus,tamen moritur vt homo non vt Deus.Sic dicimus,est medius & mediator, Medius quia Deus homo,mediator non quia Deus,sed quia homo.

Ad 2. Medij est participare naturam extremorum,ergo si medius est, erit etiam vt Deus & homo. Respon.participare stat dupl.vel secundum vnionem, Vel secundum proprietates. Dico quòd est partlcipatio quo ad vnionem,quia ambæ naturæ sunt vnitæ in vna hypostasi, non autem quo ad proprietatem, & conditionem

ditionem operandi. Nam natura diuina est immortalis, humana vero mortalis, & subiecta, & sic non currit ratio.

Ad 3. Non abstulit peccatum. Negatur. Et quando dicitur de peccato Iuda, & crucifigentium. Respon. Delere peccatum est dupli. sufficienter & efficaciter. Non deleuit in omnibus efficaciter, deleuit tamen sufficienter. Nam effusio sanguinis fuit ꝟ valoris infiniti potuit redimere omnes, sed obex positus per in fidelitatẽ, & obstinationem, fuit in causa quòd non est facta remissio. O peccatum crucifi. fuit æquale passioni, quia occiderunt suppositum infinitum. Respon. quòd est falsum. Nam semper amor Christi, & charitas, meritumq, excessit odium, homicidiumq; Iudæorum.

Ad 4. In quibus erat Chirographum? Respon. quod erat in rebus scx.

In lege	In lege, vt memoriale	Nam chirographum dicitur esse scriptura per quam quis obligatur alteri in solutione pecuniæ. Et dicitur à Chiros quòd est manus, & graphia id est scriptura, quasi scriptura manu facta. Et quando dicitur Nullus tenet contra se pœnam, & gladium. Respon. quòd experientia oppositum docet. Nam latro funem in collo portat, quo debet suspendi, sic homo portabat suam obligationem, qua debebat damnari.
In Dæmone	In Dæmone, vt accusator,	
In Homine &	In homine, vt reus,	
In Deo.	In Deo, vt Iudex	
In cruce.	In cruce, vt in Tribunali, &	
In Christo,	In Christo, vt in soluente.	

Ad. 5. Non fuit solus Redemptor sed pater & S.S. Respon. quòd in redemptione concurrunt omnes tres diuinæ personæ scilicet Pater filius, & S. Sanctus, sed non eodem modo. Nam in passione sunt tres respectus.

Respectus in passione triplex.

Primus est potestatis,	Respectus potestatis, est appropriatus patri, sed conuenit omnibus personis, cum sit nomen essentiale, & secundum hanc considerationem potest ascribi soli patri ipsa passio, cum sit omnipotens, Et potest, & de facto ascribitur toti Trinitati, cum sit opus ad extra.
2. Charitatis	
3. Executionis.	

Respectus charitatis ascribitur ipsi spiritui sancto, & hoc modo passio est à spiritu sancto,

Respectus vero executionis ascribitur ipsi filio. Nam solus filius operatus est passionẽ quo ad executionem solus crucem portauit, & mortem sustinuit, & sic breuibus dico, quòd passio, ꝟ dicit Auctoritatem, est à patre, ꝟ dicit charitatem est à S.S. vt potestatem, est a Trinitate, & vt dicit executionem est à solo filio, & propter executionem solus filius dicitur mediator, & Redemptor. ¶ Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Quæstionem Doctoris Nostri quæ est. An corporeitas & Anima Intellectiua differant in homine.

Lec. 62.

LECTIO SEXAGESIMA.

Super Diſt. 16 qu. 1.

Secunda in qua disputatur à Doctore N. An corporeitas sit eadem cum Anima Intellectiua? Secundo. An in vno supposito possint esse plures formæ? Ideo in præsenti lectione videbimus tria potissima.

Primum erit de continuatione Doctoris cum Mag. sen.	Quo ad continuationem, dubium oritur apud nostrates parũ penetrantes. Ad quid Doctor in præsentiarum agere de intellectiua & corporea forma? Quomodo Bachonus connectit quæstionem Distinctioni? Si Magister concluſit quòd Christus passus est, & passione deleuit peccatum, & quòd sit mediator, & solus. quomodo Ioannes noster agit de anima si differt à corporeitate in homine? Respondeo ego pro Bachone quòd optime deducit hanc quæstionem.
2. Circa conclusionem	
3. Soluemus obiectiones aliorum.	

Nam ex Phi. & alijs positum fuit quòd in homine eadem sit forma intellectiua, & corporeitas, Ex hoc sequitur hoc absurdum, quòd sicut Christus perforatus, & vulneratus fuit in corpore, ergo & in anima, ergo anima erit quanta, ergo partibilis, & mortalis. Vt ergo errorem huiusmodi tollat, ꝟ vult ponere differentiam inter has duas formas, & concludere quòd licet vulnerata sit caro, non tamen anima. Merito igitur facit hanc quæstionem, ponitq; conclusionem. Corporeitas & anima Intellectiua differunt realiter in Homine. Quam conclusionem multis rationibus probat, & confirmat.

Ratio prima Quotiescunq; dantur diuersa agentia producentia diuersis mutationibus suos actus, nequid fieri vt sit idem terminus, & vnus numero vtriusq;: sed in productione hominis sunt duo agẽtia diuersa quæ agunt mutationibus diuersis, ergo terminus non erit idem numero, neq; vnus. Maior est Phi. 5. Physi. Tex. & Com. 12. Minor probatur. Nam homo in productione hominis producit generando, Deus autem producit creando, ergo sunt diuersæ actiones, ergo.

5. Physi. T. & com. 12.

Præterea. Homo primo producit corpus, & posito & formato corpore, Deus creat animam, ergo in alia & alia duratione, ergo.

2. Ratio Quod repugnat Ecclesiæ non est admittendum, sed dicere quòd corporeitas non differt realiter ab intellectiua repugnat Ecclesiæ, ergo non est admittendum. Maior est manifesta probo minorem. Nam idem erat corpus viuum & mortuum, in mundo, in cruce, in sepulchro in resurrectione, & in ascensione ꝟ dicitur de Consecra. Distin. 1, Omnia, sed in sepulchro Anima erat seiuncta à corpore & corpus erat corpus ergo per suam formam, ergo differt Intellectiua à porporeitate.

3. Ratio. August. super psalmum Deus Deorum Dominus loquutus est. Inquit Discipuli viderunt eandẽ carnem in resurrectione, & tetigerunt quòd erat illa quæ mortua fuit in cruce subqua deitas latebat, ergo alia corporeitas dicitur esse ab Intellectiua anima quæ est immortalis.

Henry. 1. q. 4. Pet. di Alyac.

4. Ratio à simili. Fides tenet quòd tota substantia panis conuertitur in corpus Christi, & non in animam intellectiuam, ergo non erit eadem. Hoc idem asserit Henricus. 1. q. 4. & quol. 9. q. 9. Et asserunt quòd eandẽ vim habebat in initio institutionis sicut modo habet.

5. Ratio. Asserit Petrus de Alyaco Quæ. 5. Ar. 2. lib. 4. & est communissima doctrina omnium sapientum, quòd corpus trifariam sumi potest.

Logicè

Logicè	Logice & sic dicitur esse genus subalternum de prædicamento substantiæ, & dicit vniuersalitatem continentem omnes species substantiales videlicet leonem, Ceruium, hominem, & indiuidua, vt sunt Christophorus, Ioannes Antonius, &c.
Matematice & Physice.	

Matematicè prout dicit trinam dimensionem, scilicet longitudinis, latitudinis, & profunditatis in genere quanti.

Physicè, prout dicit materiam & formam. Sed in omnibus his acceptionibus, semper forma corporeitatis differt ab anima Intellectiua, ergo. Nam anima est actus perficiens, corpus perfectum, ergo formatum, ergo diuersum. *2. de Anima.*

6. Ratio. Homo, & quodlibet animal, est mouens seipsum, sed omne mouens seipsum diuiditur in partem mouentem, & motam, ergo cum aliud sit mouens, & mobile erit aliud, sed non est aliud nisi per suam formã, ergo cum mobile sit corpus differt in forma ab anima mouente. Hoc est argumentum factum ab Aristo. 8. Physicorum,

7. Ratio. Corpus humanum est corpus mixtum, sed mixtio corporis non potest esse solum per materiã, cum ælementa perdant propriam formam, & per generationem acquirunt aliam formam, alioquin si careret forma tunc non esset generatio sed corruptio, ergo alia dicitur ab anima intellectiua.

8. Ratio. Manifestum est quòd formarum duplex est genus. 5.

Genus formarum duplex.

Primum est substantiale	Genus formarũ accidentalium continet accidentia corporalia, & spiritualia. Corporalia sunt albedeo, nigredo, flauedo, spiritualia sunt scientiæ, virtutes, & habitus morales, & Theologales.
Secundum accidentale.	

Genus formarum substantialium continet duarum formarum gradum, scilicet formarum.

Spiritualium &	Formæ spirituales sunt animæ rationales & Angeli.
Corporalium.	Formæ corporales, sunt essentiæ corporum, quibus habent esse, & consistere, vt patet in lapidibus. Nam si lapides habent formas quibus sunt existentes à fortiori, corpus humanum nobilissimum, ergo. Idem Galenus. lib. corpo. Tempe.

9. Ratio. Auer. primo Physi. & in Tractatu de substantia Orbis dicit quòd forma substantialis non vnitur materiæ primæ immediatè sed mediantibus dispositionibus, & dimensionibus. At vbi sunt dimensiones ibi corpus, ergo esse formale, quoniam non datur corpus sine forma. Nam corpus est quid terminatum, at vbi terminus ibi forma, ergo præcedit animam, ergo differt ab illa. *Comen. 63.*

10. Ratio. Præterea. Omnes asserunt quod materia in qua recipitur forma substantialis, est terminata sic ad illam formam, quòd non ad aliam. Hinc alia est materia leonis, alia hominis, & sic in singulis. Sed terminatio est formã, ergo alia à substantiali quàm recipit. Ideo d. Auer. Si in materia non essent dimensiones præcedentes, ergo dum reciperet vnam formam nunquam ab illa denudaretur, nec per consequens fieret generatio, nec corruptio. Patet ex primo de cœlo tex. Commen. 98. Nam quærit cur in incorruptibilibus non inuenitur nisi vnicum indiuiduum? Vnus Sol, ꝟ vna Luna, vnus Saturnus; Vnicus datur ꝟ vel vnus Gabriel? Respon. Quia forma totam perficit materiam.

11. Ratio. Omne agens naturale agit per contactum, ergo oportet vt subiectum sit quantum, ergo corpus, ergo per formam corpoream, ergo si anima infunditur in corpus naturale erit quantum, ergo. *Bacho. pri. Di. 42. ar. 2.*

12. Ratio. si eadem esset Intellectiua corporeitati, quicquid conuertitur in corporeitatem conuerteretur & in intellectiuam, ergo panis, & vinum quæ conuertuntur in corporeitatem conuertentur & in Intellectiuam, sed hoc est falsum, ergo. Patet maior a simili. Cum vna sit forma mixti resultans ex omnibus ælementis, quicquid conuertitur in mixtum connertitur in omnes partes mixti, quæ respondent ælementis. Sed hoc falsum. Nil conuertitur in animam Intellectiuam cum sit forma inalterabilis, & inaumentabilis, ergo non sunt idem.

13. Ratio. D. Phi. 4. Metaphy. tex. & Commen. 3. Illa realiter differunt quæ nec eadem generatione, generantur, nec corrumpuntur. At forma corporeitatis, & anima Intellectiua sunt huiusmodi igitur non sunt eadem. Patet minor, quia subiectum corporale præcedit formam intellectiuam, ergo.

14. Ratio. D. Phi. 2. libro de Gene. animalium. & 11. de animalibus cap. 3. quod forma Intellectiua ducitur extra. Tunc sic. Quæ habent differentia principia & causas, sunt diuersa, Anima Intellectiua & corporeitas sunt huiusmodi, ergo diuersa.

Idem ponit Arti. 16. & 17. apud Parisienses Thelogos. Concluditur, ergo quòd differũt realiter. Oportet modo videre difficultates Thomæ, & aliorum.

OBIECTIONES,

Asserentes quòd sint vnum: & nullomodo differant.

Thomæ, opinio.

Arg. 1. Si in homine esset alia forma ab anima, ergo anima vniretur corpori non vt forma sed ꝟ vt motor. hoc autem falsum, quia est forma informans, ergo non datur alia forma. Patet consequentia à simili. Quare intelligentia non vnitur orbi vt forma sed vt motor? Respon. quia orbis habet suam propriam formam perficientem, ergo à pari dicam de anima.

Arg. 2. Si concederetur forma alia ab Intellectiua, ergo materia subiectiua esset in actu, ergo tolleretur generatio, ergo per Intellectum homo non esset homo, patet quia quod est in actu non fit, nec generatur sed quod est in potentia.

Arg. 3. Si daretur illa forma, ergo nullum discrimen esset inter generationem simpliciter & generationẽ per accidens. Nam sicuti generatio per accidens fit in subiecto in actu, albefacimus parietem in actu, calefacimus aquã in actu, & imprimimus mercurium cerę in actu, sic generatio simpliciter fit in subiecto in potentia, ergo aut generatio hominis est generatio per accidens, aut nulla forma præcedit Intellectum.

Arg. 4. Est famosa propositio quòd generatio vnius est corruptio alterius. Nam si ex cadauere generantur ꝟ vermes, & si exputredine mures, necesse est quòd putredo & cadauer corrumpantur & omnes formæ præcedentes, Alioquin generatio esset alteratio. Igitur si homo generatur per animam Intellectiuam, necesse est aliam corrumpi formam.

RESPON-

RESPONSIONES,

Ad primum Quando dicitur. Si in homine esset alia forma, ergo vniretur vt motor. Respon. quòd forma dupliciter consideratur primo vt est vltima & specifica & sic non potest vniri alii vt forma, & si vniretur non esset forma sed motor, & vt nauta naui, cum sint vltimæ formæ nauis & orbis.

Secundomodo consideratur vt illa forma non est vltima sed dicitur esse vt dispositio & perfectio, perfectio subiecti in quo est, & dispositio ad vlteriorem formam, & hoc modo dicitur esse corporeitas in subiecto, & in corpore humano quæ non est vltima. Ideo pulcherrimè notauit Arist. dispositiones illas necessarias ad formã Intellectiuam dũ diffiniendo animam, descripsit corporis formam. Nam dixit. Anima est corporis physici, organici potentia vitam habentis. Vnde si est corpus physicum, & organicum dicitur esse etiam per suam formam.

Ad 2. Ergo materia in actu, & ad 3. ergo generatio esset alteratio. Respondet eodem pacto, quòd valeret argumentum quando forma præcedens non esset dispositio coexistens ad aliam formam, sed illa corporeitas est dispositio ad Intellectiuam.

Phi. 1. de Gen. 9. 17. Ad 4, Generatio vnius est corruptio alterius. Respon. quòd illa propositio valet in agente naturali. Nam non potest introduci forma Pauonis in materia nisi corrumpatur forma Turturis. Non tamen valet in agẽte super naturali, qui dum agit non corrumpit, sed magis conseruat, & perficit, sic dicit Doctor in articulo vltimo.

Forma duplex. Præterea duplex est forma.

Altera educta } Quo ad formam eductam clarissimum, quòd ad generationem vnius formæ substantialis corrumpitur alia, non autem valet de forma creata, quæ venit deforis.
Altera creata. }

Confirmatur per methodum diffinitiuam. Nam in vnica & essentiali diffinitione sunt multæ differentiæ nec tamen sequitur, ergo sunt multa diffinita negatur. Nam primæ sunt tantum in potentia, & dispositiones, vel gradus, vltima vero à quo diffinitum est in actu: sic in homine sunt multæ formæ, nempe corporea, vegeratiua, sensitiua & intellectiua. At sola intellectiua dicitur esse specifica, vltima & in actu, reliquæ vero in potentia, & solum dispositiones. Et hac responsione solues argumenta mille.

Idem apparet apud Philo. 8. Diui. vbi dicit quòd species rerum sunt sicut numeri. Nam sicuti in numeris dantur gradus per additionem, vel subtractionem sanitatis. Nam addita vnitate numero quinario fit senarius, & sic in singulis. Sic vegetatiuæ additur sensitiua & sensitiuæ Intellectiua.

Idem apparet in. 2. de Anima vbi comparat animas figuris. Nam quemadmodum vna figura continet aliã vt sicuti Tetragona continet triangularem, sic pentagona quadrangularem, sic sensitiua continet vegetalẽ, & Intellectiua sensilem. Nam Intellectiua virtute sua, fungitur officio omnium aliarum. Ideo homo primo viuit vita plantæ, secundo vita brutali, tertio vita Intellectuali.

Idem Plato dixit licet sub alijs verbis. Nam dixit animam vegetalem esse in Epate, concupiscibilem in corde, & Intellectiuam in cerebro. Hæc pro præsenti. In sequenti examinabimus Distin. Mag. sententiarum vigesimam in ordine,

LECTIO SEXAGESIMA,

Tertia in qua examinatur Distinctio 20. Mag. sententiarum. Vbi.

Distin. 20.

Videbimus quòd modus redemptionis nostræ fuit congruentissimus & quomodo Deus vsus est iustitia, & misericordia magis quàm potentia. Ideo ponam conclusionem Magistri, & etiam Bachonis, qui in quæstione præsenti est totus Theologus, & Canonista, Ponam probationem, sub inde soluam difficultates. Quo ad conclusionem. Dico cum omnibus ferè Doctoribus, quòd Deus hominem à culpa redemit iustitia magis quàm potentia. Qui modus fuit magis congnius, quàm alij modi.

Hæbre. 9. Hanc conclusionem sic probo, & primo auctoritate, deinde ratione. Nam inquit S. Paulus ad Hæbreos. 9. sine sanguinis effusione non fit remissio. Sed vbi fit effusio sanguinis est modus iustitiæ, igitur cum deus miserit Christum ad effundendum sanguinem, vsus est iustitia, ergo.

Phili. 2. Idem asserit ad Phili. 2. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.

Idem Romanorum 5. Iustificati nunc in sanguine eius. Vbi Glossa dicit quòd Deus de potentia absoluta liberare poterat hominem (quia legis conditor secundum hanc potestatem legi non est subiectus, non tamen de potentia ordinata qua decreuit per sanguinem filij sui hanc facere liberationem, ergo per iustitiam.

Idem inquit Glossa eoloci. Iustitia humilitatis hominem liberauit cum sola potentia æquissimè liberare potuit. Nam inquit. Alius modus Deo fuit possibilis, sed nullus alius nostræ miseriæ fuit conuenientior.

Hæbre. 9. Idem Hæbre. 9. Si sanguis hircorum sanctificat ad emendationem, quanto magis sanguis Christi qui semetipsum obtulit Deo, emundabit conscientias ab operibus mortuis?

Apoc. 5. Ioan. 19. Idem Ioannes. Redemisti nos Deus in sanguine. Idem exiuit sanguis & aqua.

Anselmus lib. cur Deus Homo. Hinc Anselmus qui in lib. Cur Deus homo, lib. 2. cap. 2. qui negotium præsens optime per tractat dicit. Homo sponte peccauerat se subijtiendo Dyabolo per suauitatem, & Christus maior omnibus hominibus sub Deo per mortem quam non debuit pati satisfacere debuit.

Præterea d. Ansel. cap. 24. & 25. primi libri. Iniustus est qui non reddit Deo quod est debitum, At honor debetur Deo per ipsum hominem qui abstulit per peccatum, ergo debet reddere. Sed reddere aliquid est

Scot. 3. D. 20. Bacho. ar. 2. actus iustitiæ, ergo cum peccator non potuerit, venit Christus & morte hoc fecit, ergo.

Hinc Doctor ar. 2. ponit quòd iustitia est triplex pro nunc, scilicet.

Commutatiua

Commutatiua } Commutatiua conseruat medium secundum proportionem arithmeticam & est æqualitas rei ad rem. Exemplum. Quando quis emit anulum, torquem, & coronam tantam dat pecuniam quantum res æstimatur. Ideo vocatur iustitia commutatiua quoniam commutatur pecunia in rem, in frumentum, oleum, & vinum. Idcirco iustitia ista non potest imaginari inter nos & Deum, interq; parentes, & hoc modo intelligitur illud dictum quòd nec Deo, nec parentibus æquale reddere non valemus. *S. Etheo. ca 7 Iustitia triplex*
Distributiua &
Vindicatiua.
Iustitia. }

Iustitia distributiua tenet medium secundum proportionem Geometricam, & dicitur esse æqualitas non rei ad rem simpliciter, sed æqualitas in qua seruatur possibilitas soluentis. Nam si potest totum debet soluere totum, & si potest partem soluere soluat, & quando non potest nec totum, nec pars cupiat saltem velle soluere. Tale genus apparet in decoctore. Nam si potest omnem pecuniam soluere soluat, sin autem soluat partem, vel cupiat quotiescunq; venerit melior fortuna. Nam lex est de possibilibus solum. Dist. 4. cap. 1. Odoardus. Hoc modo soluunt filij parentibus debitum. *D. 4. c. 1. Odoardus.*

Hæc etiam potest aliquomodo esse inter nos ad Deum. Nam quando homo facit id quod est in se humiliando, & submittendo seipsum in omnibus quæ potest, diuinæ voluntati, videtur tenere distributionis iustitiam. Tamen non est perfecta solutio. Ista est in rebus ciuilibus.

Iustitia vero vindicatiua (vt legitur eodem capite) tenet medium idem cum arithmetica proportione. Nam in uindicta fit commutatio secnndum quam quis contra pati debet id quiod læsit, & fecit. Hinc stat lex illa. Manus pro manu, oculus pro oculo, & vita pro vita. Ideo Pythagorea schola asserebat quod illud vocatur iustum quod est contra passum. Hæc autem iustitia fuit necessaria ad hominis redemptionem. Homo peccauit contra Deum, debebat igitur soluere Deo & satisfactionem facere Deo æqualem. Læsio fuit infinita, ergo & satisfactio infinita, solus Christus erat infinitus, quia homo Deus, igitur solus satisfacere potuit, & satisfacit sanguine. At satisfactio est finis iustitiæ, ergo iustitia præcessit. *cap. 8. Pytha.*

Idem asserit August. 13. de Trini. c. 14. In iusto Iudice seruandus est ordo rectus iudiciarius, sed Deus est Iudex iustus dicente Dauid. Iustus Dominus & iustitiam dilexit, ergo est seruandus ordo rectus iudiciarius, qui dat flagellum secundum delictum. *13 de Trini. Phi.*

Præterea d. August. Virtus vitium destruit. Dyabolus per peccatum iustitiæ dignitatem oppresserat, oportuit ergo erigere illam, ergo recte Christus iustitia satisfecit.

Præterea licet Dyabolus iniuste hominem possideret, quia fraudulenter decepit hominem, & fraus & dolus nemini debent patrocinari, de Regulis Iuris, homo tamẽ iuste possidebatur quia legem fregerat, & Deus iuste permittebat illum possideri, quia est legislator. Ideo si volebat illum liberare iustitia debebat liberare.

Prœterea S. Thomas 3. p. q. 46. ar. 3. deducit ex scriptura sancta, & cum eo S. Bona. di. eadem, quòd Christus passus & mortuus est in Cruce sex de causis. *S. Thomas.*

Prima est amoris	} Amoris infiniti,	} Prima causa Passionis fuit ad ostendendam charitatem infinitam de qua Paulus inquit. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cũ inimici eius essemus Christus p nobis mortuus ẽ	*Mors in cruce. Roma. 5.*
2. Obedientiæ	} Obedientiæ immensæ,		
3. Timoris	} Timoris maximi,		
4. Honoris	} Honoris excelsi,		
5. Meriti,	} Meriti æterni, &		
6. Iustitiæ.	} Iustitiæ inuiolabilis.	} 2. Causa fuit obedientiæ quæ debetur patri. Hinc vt ostenderet eam mundo, exemplumq; hominibus daret, passus est dicente Petro. Christus passus est pro nobis relinquens nobis exemplum vt sequamini vestigia eius.	

3. Causa passionis fuit timoris ipsi peccatori. Nam cogitans quòd sapiẽtia diuina mortua est propter peccatum, timet peccare, & donũ gratiæ amittere. Ideo Paulus dicebat Corinthinæ Ecclesiæ. Empti. enim estis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore vestro. *p. pet. 2. p. Corin 6.*

4. Causa fuit honoris. Nam sicuti maximo dedecori fuit homini iusto à Dyabolo superari & à morte, sic maximus honor fuit superare mortem & Dyabolum vincere. Hinc dicebat Paulus in hominis gloriam ad Corin. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. *p. Corin. 15.*

5. Causa fuit meriti & præmij. Nam in passione duo nobis meruit Christus, nempe gratiam & gloriam, Gratiam in præsenti & gloriam in futuro.

Confirmatur ab Anselmo li. 2. cur Deus homo. c. primo. Nam inquit per Philo. 3. de Anima t. ca 35. Deus & natura nihil faciunt frustra, Cum igitur natura humana facta fuit vt summum bonum intelligeret, amaret, ac posset, nisi à culpa ipsa liberaretur, frustraretur suo fine, & sic sublimis creatura inferior esset omnibus alijs quæ omnes suum attingunt finem, ergo cum per passionem effecta sit libera, suum possidebit finem ac terminum. *Ansel.*

6. Causa fuit iustitiæ. Nam cum in homine sint duo defectus, Defectus culpæ & impotentiæ. Per culpam offendit Deum, & per impotentiam est sibi miser, Deus apposuit duo vt illum liberaret à culpa, & subleuaret à pœna.

Alterum fuit misericordia,	} Per misericordiam culpam remisit &	} Nam si solum remisisset culpam sine offensæ vindicta, appariisset tantum modo misericors & pius, Si solum vindicasset iniuriam sine culpæ remissione apparuisset iustus, & seuerus Vt igitur simul & semel misericors & iustus agnoscatur remisit culpam & remittendo culpam vindicauit iniuriam. Et sic apparet modi congruentia, conclusionisq; probata veritas, quod redemptionis modus fuit per iustitiam, & optime. Videamus modo difficultates reluctantes.	
Alterum fuit iustitia.	} Per iustitiam vindictam exegit.	}	

OBIECTA CONTRA,

Prædicta.

Arg. 1. Quilibet actus Christi poterat redimere hominem à peccato, ergo non debebat pati. Antecedens est clarissimum & probatur consequentia. Quia actus est laudabilior passione, sicuti actio, ergo. *Scotus.*

Nam sicuti passio dicitur meritoria infinitè, propter vnionem naturæ humanę cum diuina, Sic actus erit magis meritorius cum sit ab eodem supposito diuino, ergo non debebat pati.

Arg.2. Præterea illud quod est magis meritorium debet fieri & dimittitur id quod est minus meritorium sed magis meritorium est opus factum à bono, quàm opus actum à malo, ergo debet fieri. Tunc sic. Certum est quòd opera facta à Christo vt peregrinationes, ieiunia, conciones, & orationes sunt magis meritoria, quã opera facta à Iudæis, At inter ista opera fuit vnum Passio Christi, ergo non debebat admitti, ergo nec via iustitiæ debebat procedere. *Notan.*

Arg.3. Præterea ille modus in reparatione alicuius dicitur esse magis congruus, qui est magis laudabilis, maioremq; affectionem excitat in operante. At magis laudatur modus ille per quem homini remittitur culpa & pœna simul quàm ille in quo solum culpa & non pœna remittitur, vt patet in Imperante absoluente Ducem ab omni culpa, & pœna, ergo non via correctiua & vindicatiua iustitiæ, sed magis potentiæ, & misericordiæ procedere debebat. Modus iste apparet in remissione iniuriarum. Nam ille magis laudatur qui dimittit vtrumq; scilicet culpam, pœnam & damnum, ergo magis Deus debet hoc operari. *Obserua.*

Arg.4. Præterea. Ille modus non est congruus in redemptione alicuius qui est causa maioris culpæ quàm illa quæ reperitur in redepto. At læsio minima facta Christo in passione à crucifixoribus est maioris culpæ, quam omnia peccata omnium hominum, quoniam est immediate acta in Deum hominem, ergo non debebat fieri. Maior clarissima Minor autẽ patet per Anſel.2.li.cur Deus homo, vbi laudat discipuli sui dictũ, ergo

Arg.5. Præterea. Si modus iste Iustitiæ fuit magis cõgruus, ergo nec Iudas, nec Iudæi, nec Pharisei, nec Pylatus peccarunt; Patet quia iustitiæ ministri, præsides, & exequutores in Republica non peccant exercendo actus decapitationis, & suspensionis, sed magis laudantur, ergo, sed hoc est falsum, quoniam Iudas suspensus fuit, populus confusus, pilatus occisus, & Pharisei proprio sceptro, honore & Imperio expoliati, ergo non fuit conueniens modus.

RESPONSIONES,

Ad primum. Quando dicitur quòd actus est magis laudabilis quàm passio. Respon. quòd passio est dup.
Altera appetitus, } Passio appetitus, est minus laudabilis actu virtutis, & sic loquitur Phil. in Ethi.
Altera virtutis. } Passio vero virtutis quæ dicitur esse penalis, est magis laudabilis, quàm Actus virtutis. Magis laudatur Præfectus qui vulnera & tormenta patitur propter tuitionem Coronæ Reipublicæ, quàm ille qui reddit per iustitiam id quod suum est proximo, vel qui concupiscentias proprias coercet. Stante hac distinctione dico quòd licet vnusquisq; actus fuisset sufficiens ad redemptionem, tamen vt ostenderet maximam in hominem charitatem, voluit pati crucem. Hinc saluator dixit Paulo. Ostendam ei quanta oporteat pati. Non dixit agere, non dixit concionari, sed pati, Quia passiones penales sunt maioris meriti quàm actiones. *Actuum.*

Ad 2. Illud est magis meritorium quod est factum ab agente optimo quàm ab agente pessimo, ergo. Respon. quòd Agens pro nunc est duplex.
Alterum ministrans, & exequens opus. } A primo agente opus nõ dicitur nec bonum, nec malum, sed
Alterum intendens opus. } solum factum, A secundo vero dicitur bonum & malum.
Exemplum in ædificijs. Nam ædificium non dicitur rectum, vel distortum propter fabrum murarium, sed propter Architectum. Aliud exemplum suspensio furis, vel decolatio hominidæ, non dicitur bona, vel mala à Carnefice, sed dicitur mala & bona, iusta & iniusta à Prætore, qui præcipit, & intendit executionem. Ita in proposito. Asserimus quòd Passio Christi non à Iudæis, Iuda, Pylato & crucifixoribus habet bonitatem, sed à Christo voluntarie patiente, & à Christo obediente, & amante hominem. *Exemp.*

Ad 3. Ille modus est magis cong. qui est magis laudabilis. At modus misericordiæ est magis remittere culpam & pœnam quàm punire. Respon. & concedo argumentum, Q non debebat pati, quia tollitur misericordia. Respon. Immo pater maiorem amorem, charitatem & pietatem ostendit dando filium pro nobis vt de Ioannes stupens dixit. Sic Deus dilexit mundum vt filium vnigenitum daret, ergo.

Ad 4. Minima læsio in Christum fuit maxima culparum in hominibus. Respon. Culpa dupl. meriti pœ.
Vel pœnes culpam } Si pœnes culpam aliorum hominum, certum est, quod nullum peccatum fuit ma-
Vel pœnes meritum. } ius peccato Iudæ, & Crucifigentium, tamen si comparetur merito Christi, dico quòd meritum excessit damnum, Ratio quia amor Christi Iudæorum excessit odium, & malignitatem, ergo

Ad 5. Ergo nec Iudas, nec Pylatus, nec alij peccarunt. Respon. quòd non valet. Nam peccatum pendet ex intentione voluntatis. Iudæi mala & peruersa intentione Christum occiderunt, & per consequens peccarũt, ergo. Ideo pro conclusione & fine scire oportet quòd in satisfactione, & iustitia pro redemptione concurrunt ista scilicet.

Deus	Deus concurrit propter amorem hominis.	Deus ab homine cõ
Dyabolus,	Dyabolus propter ambitionem propriam	litur.
Sacerdotes	Sacerdotes propter inuidiam Christi,	Dyabolus à Christo
Pharisei	Pharisei propter odium,	expellitur.
Scribæ,	Scribæ propter Imperium	Sacerdotes ab Apo-
Iudæi	Iudæi propter ignorantiam,	stolis confunduntur
Iuda	Iuda propter auaritiam mundi,	Pharisei à populis
Pylatus &	Pylatus propter timorem Cæsaris, &	aspernuntur.
Christus.	Christus propter obedientiam in patre & liberationem humani generis. Hinc,	Scribæ à Iudicibus damnantur,

Iudæi à Vespesiano occiduntur.
Pylatus à Romanis corona priuatur.
Iudas à seipso suspenditur. Et Christus à Deo exaltatur à Dyabolo formidatur à sacerdotibus seruitur, à populis laudatur, & ab Angelis in cælo decantatur Hæc pro præsenti. In alia videbimus quæstionem illam tactam à N. Michael si puerus homo potuisset satisfacere.

LECTIO SEXAGESIMAQVARTA,

Super eadem Distinctione in qua quæritur. An pura Creatura siue homo, siue Angelus, potuerit pro peccato generis humani satisfacere? Hæc quæstio mouetur ferè ab omnibus Theologis, sed præcipue à N. Michaele Bononiensi quem iure meritò sequor. Ideo dimissa continuatione quæ apertissima est obseruo more meo tria potissima.

Primum est circa conclusionem, } Quo ad conclusionem. Quæritur. An pura creatura potuerit liberare hominem à peccati iugo? A' Dyaboli tyrannide? Et à mortis pœna?
2. Circa probationem,
3. Circa difficultates & solutionem. } Respondetur absolute, quòd nulla pura creatura potuit Deo satisfacere pro peccato Adami. Probatur

Prima Ratio. D. Anselmus libr. primo cap. 14. Cur Deus homo. Nullus homo potest reddere Deo quod Adamus abstulit, ergo non potest satisfacere. Probo antecedens, Deus decreuerat omnes homines beatificare, Adamus hos impediuit peccato. Nullus potest delere peccatum nisi Deus, aut ordinatus à Deo, ergo. *Anselmus.*

2. Ratio. D. Ansel. 2. lib. cur Deus homo c. 16. Nullus homo potest reddere Deo supra suum posse, ergo pro peccato satisfacere non potest. Probatur consequentia. Nam satisfactio peccati excedit posse puri hominis, cum sit pretium infinitum, ergo.

3. Ratio. Quæritur à sapientissimis.
Aut illa creatura esset homo } Si esset homo, Aut esset de genere Adami, Aut de alio genere, si esset de
Aut non esset homo. } genere Adami, ergo peccator, & sic non posset satisfacere, quia indiget reconciliatione. Si non esset de genere Adami, ergo non teneretur satisfacere.

Si non esset homo non posset satisfacere. Quoniam satisfactio est redditio æquiualentis ab illo qui commisit delictum, & sic nulla pura creatura satisfacere valet.

4. Ratio. Si de quo magis videtur in esse & non inest, ergo & de quo minus. Sed magis videtur, quòd vnus homo possit liberare seipsum, & satisfacere, & tamen non valet satisfacere, ergo minus poterit pro alijs. Maior est regula Phi. Minor probatur. Nam satisfactio est in pœnitentia, pœnitentia valorem, & pretium habet à Gratia, gratia est à Deo solo, ergo non per seipsum potest satisfacere. *De pœni. Dist. 3. cap. Nemini.*

Confirmatur Nullus homo potest ante peccatum facere opus sic bonum, integrum & perfectum q; pro illo possit postea peccare Vt in commutationibus. Non potest quis alicui dare dignitatem sic sublimem, q; si causa sui patietur magnum dedecus non committatur iniustitia, ergo vt. Apparet in bello vbi Imperator constituit militem Ducem exercitus, vel æquitem in curia, & ipse pro Imperatore detrimentum pati debet, mortem quòd subire quando sors, vel casus euenerit, ergo dum peccat nullo modo satisfacere potest.

Præterea. Aut ista satisfactio puri hominis fuisset.
Singularis, vel } Non singularis, quia totum non esset redemptum humanum genus.
Vniuersalis. } Non vniuersalis, quia repugnat dicere purum hominem posse soluere debita omnium hominum, ergo,

Præterea in peccato sunt duo principalia consideranda, quæ impossibilitatem ipsi Deo arguunt.
Alterum est iniuria, } Iniuria est in diuinam legem, } Nõ potest satisfacere pro iniuria cum
Alterum est damnum. } Damnum est in filios Dei. } satisfaciens debeat esse aut æqualis satisfacto, aut æquale pretium & medium habere. At nulla pura creatura est Deo æqualis, nec medium proportionatum ipsi Deo habet igitur satisfacere, non valet.

Non potest quo ad damnum. Nam damnum peccati est mors æterna, sed nulla pura creatura potest supra mortem, cum potestatis sit summi solius opificis, ergo non potest satisfacere.

Præterea. Nulla pura creatura potest ad rari cultu latriæ, ergo non potest satisfacere pro peccato. Patet antecedens. Probo conseq. Nam si pura creatura posset satisfacere pro peccato posset dare gratiam, sed qui potest dare gratiã potest dare & gloriam, sed qui dat Gloriam est summum bonum, ergo creatura esset summum bonum, quod est contradictio in adiecto, ergo summo honore veneraretur sed hoc est falsum, cum latria soli Deo impendi potest. Non est igitur asserendum quòd possit satisfacere.

Præterea eiusdem potentiæ est creare & redimere. At creare est solius Dei, ergo & redimere. Minor patet, maiorem probo. Nam sicuti creare est aliquid de nihilo facere, quod supponit agens infinitum, cum omne agens naturale materiam supponat, & solus Deus est infinitus, sic satisfacere est quædam recreatio, quæ licet non producat rem in esse de nouo, tamen reuocat id quod erat separatum ad suum esse de morte ad vitã, de miseria ad gloriam, de tempore ad æternitatem, & de inferno ad Paradisum, quòd nulla creatura peragere, nec perficere potest, ergo.

Præterea. Si pura creatura posset satisfacere pro peccato generis humani, ergo in omnes homines iustitiam originalem influere valeret. Sed non potest influere in omnes homines iustitiam originalem, ergo non põt satisfacere. Suppositum est clarũ, quoniã satisfacere est reddere hominẽ iniustũ, iustum Quòd autẽ nõ possit influere patet. Nã nõ põt oẽs hoẽs generare nec spiritualiter, nec carnaliter, ergo Vnde ex ijs sapere

Nam ſicuti paſſio dicitur meritoria infinitè, propter vnionem naturæ humanę cum diuina, Sic actus erit magis meritorius cum ſit ab eodem ſuppoſito diuino, ergo non debebat pati.

Arg. 2. Præterea illud quod eſt magis meritorium debet fieri & dimitti id quod eſt minus meritorium ſed magis meritorium eſt opus factum à bono, quàm opus actum à malo, ergo debet fieri. Tunc ſic. Certum eſt quòd opera facta à Chriſto vt peregrinationes, Ieunia, conciones, & orationes ſunt magis meritoria, quã opera facta à Iudæis, At inter iſta opera fuit vnum Paſſio Chriſti, ergo non debebat admitti, ergo nec via iuſtitiæ debebat procedere. *Notan.*

Arg. 3. Præterea ille modus in reparatione alicuius dicitur eſſe magis congruus, qui eſt magis laudabilis, maioremq; affectionem excitat in operante. At magis laudatur modus ille per quem homini remittitur culpa & pœna ſimul quàm ille in quo ſolum culpa & non pœna remittitur, vt patet in Imperante abſoluente Ducem ab omni culpa, & pœna, ergo non via correctiua & vindicatiua iuſtitiæ, ſed magis potentiæ, & miſericordiæ procedere debebat. Modus iſte apparet in remiſſione iniuriarum. Nam ille magis laudatur qui dimittit vtrumq; ſcilicet culpam, pœnam & damnum, ergo magis Deus debet hoc operari. *Obſerua.*

Arg. 4. Præterea. Ille modus non eſt congruus in redemptione alicuius qui eſt cauſa maioris culpæ quàm illa quæ reperitur in redepto. At læſio minima facta Chriſto in paſſione à crucifixoribus eſt maioris culpæ, quam omnia peccata omnium hominum, quoniam eſt immediate acta in Deum hominem, ergo non debebat fieri. Maior clariſſima Minor autẽ patet per Anſel. 2. li. cur Deus homo, vbi laudat diſcipuli ſui dictũ, ergo

Arg. 5. Præterea. Si modus iſte Iuſtitiæ fuit magis cõgruus, ergo nec Iudas, nec Iudæi, nec Phariſei, nec Pylatus peccarunt, Patet quia iuſtitiæ miniſtri, præſides, & exequutores in Republica non peccant exercendo actus decapitationis, & ſuſpenſionis. ſed magis laudantur, ergo, ſed hoc eſt falſum, quoniam Iudas ſuſpenſus fuit, populus confuſus, pilatus occiſus, & Phariſei proprio ſceptro, honore & Imperio expoliati, ergo non fuit conueniens modus.

RESPONSIONES.

Ad primum. Quando dicitur quòd actus eſt magis laudabilis quàm paſſio. Reſpon. quòd paſſio eſt dup.
Altera appetitus, } Paſſio appetitus, eſt minus laudabilis actu virtutis, & ſic loquitur Phil. in Ethi.
Altera virtutis. } Paſſio vero virtutis quæ dicitur eſſe penalis, eſt magis laudabilis, quàm Actus virtutis. Magis laudatur Præfectus qui vulnera & tormenta patitur propter tuitionem Coronæ Reipublicæ, quàm ille qui reddit per iuſtitiam id quod ſuum eſt proximo, vel qui concupiſcentias proprias coercet. Stante hac diſtinctione dico quòd licet vnuſquiſq; actus fuiſſet ſufficiens ad redemptionem, tamen vt oſtenderet maximam in hominem charitatem, voluit pati crucem. Hinc ſaluator dixit Paulo. Oſtendam ei quanta oporteat pati. Non dixit agere, non dixit concionari, ſed pati, Quia paſſiones penales ſunt maioris meriti quàm actiones. *Actuum.*

Ad 2. Illud eſt magis meritorium quod eſt factum ab agente optimo quàm ab agente peſſimo, ergo. Reſpon. quòd Agens pro nunc eſt duplex.
Alterum miniſtrans, & exequens opus. } A primo agente opus nõ dicitur nec bonum, nec malum, ſed
Alterum intendens opus. } ſolum factum, A ſecundo vero dicitur bonum & malum. Exemplum in ædificijs. Nam ædificium non dicitur rectum, vel diſtortum propter fabrum murarium, ſed propter Architectum. Aliud exemplum ſuſpenſio furis, vel decolatio hominidæ, non dicitur bona, vel mala à Carnefice, ſed dicitur mala & bona, iuſta & iniuſta à Prætore, qui præcipit, & intendit executionem. Ita in in propoſito. Aſſerimus quòd Paſſio Chriſti non à Iudæis, Iuda, Pylato & crucifixoribus habet bonitatem, ſed à Chriſto voluntarie patiente, & à Chriſto obediente, & amante hominem. *Exemp.*

Ad. 3. Ille modus eſt magis cong. qui eſt magis laudabilis. At modus miſericordiæ eſt magis remittere culpam & pœnam quàm punire. Reſpon. & concedo argumentum, O non debebat pati, quia tollitur miſericordia. Reſpon: Immo pater maiorem amorem, charitatem & pietatem oſtendit dando filium pro nobis vt de Ioannes ſtupens dixit. Sic Deus dilexit mundum vt filium vni daret, ergo.

Ad 4. Minima læſio in Chriſtum fuit maxima culparum in hominibus. Reſpon. Culpa dupl. metiri põt.
Vel pœnes culpam } Si pœnes culpam aliorum hominum, certum eſt, quod nullum peccatum fuit ma-
Vel pœnes meritum. } ius peccato Iudæ, & Crucifigentium, tamen ſi comparetur merito Chriſti, dico quòd meritum exceſſit damnum, Ratio quia amor Chriſti Iudæorum exceſſit odium, & malignitatem, ergo

Ad 5. Ergo nec Iudas, nec Pylatus, nec alij peccarunt. Reſpon. quòd non valet. Nam peccatum pendet ex intentione voluntatis. Iudæi mala & peruerſa intentione Chriſtum occiderunt, & per conſequens peccarũt, ergo. Ideo pro concluſione & fine ſcire oportet quòd in ſatisfactione, & iuſtitia pro redemptione concurrunt iſta ſcilicet.

Deus	Deus concurrit propter amorem hominis.	Deus ab homine cõ
Dyabolus,	Dyabolus propter ambitionem propriam	litur.
Sacerdotes	Sacerdotes propter inuidiam Chriſti,	Dyabolus à Chriſto
Phariſei	Phariſei propter odium,	expellitur.
Scribæ,	Scribæ propter Imperium	Sacerdotes ab Apo-
Iudæi	Iudæi propter ignorantiam,	ſtolis confunduntur
Iuda	Iuda propter auaritiam mundi,	Phariſei à populis
Pylatus &	Pylatus propter timorem Cæſaris, &	aſpernuntur.
Chriſtus.	Chriſtus propter obedientiam in patre & liberationem	Scribæ à Iudicibus
	humani generis. Hinc,	damnantur,

Iudæi à Veſpeſiano occiduntur.
Pylatus à Romanis corona priuatur.
Iudas à ſeipſo ſuſpenditur. Et Chriſtus à Deo exaltatur à Dyabolo formidatur à ſacerdotibus ſeruitur, à populis laudatur, & ab Angelis in cęlo decantatur Hæc pro præſenti. In alia videbimus quæſtionem illam, tactam à N. Michael ſi puerus homo potuiſſet ſatisfacere.

LECTIO SEXAGESIMAQVARTA,

Super eadem Diſtinctione in qua quæritur. An pura Creatura ſiue homo, ſiue Angelus, potuerit pro peccato generis humani ſatisfacere? Hæc quæſtio mouetur ferè ab omnibus Theologis, ſed præcipue à N. Michaele Bononienſi quem iure meritò ſequor. Ideo dimiſſa continuatione quæ apertiſſima eſt obſeruo more meo tria potiſſima.

Primum eſt circa concluſionem, } Quo ad concluſionem. Quæritur. An pura creatura potuerit li-
2. Circa probationem, } berare hominem à peccati iugo? A' Dyaboli tyrannide? Et à mor
3. Circa difficultates & } tis pœna?
ſolutionem. } Reſpondetur abſolute, quòd nulla pura creatura potuit Deo ſatisfacere pro peccato Adami. Probatur

Prima Ratio. D. Anſelmus libr. primo cap. 14. Cur Deus homo. Nullus homo poteſt reddere Deo quod Adamus abſtulit, ergo non poteſt ſatisfacere. Probo antecedens, Deus decreuerat omnes homines beatificare, Adamus hos impediuit peccato. Nullus poteſt delere peccatum niſi Deus, aut ordinatus à Deo, ergo. *Anſelmus.*

2. Ratio. D. Anſel. 2. lib. cur Deus homo c. 16. Nullus homo poteſt reddere Deo ſupra ſuum poſſe, ergo pro peccato ſatisfacere non poteſt. Probatur conſequentia. Nam ſatisfactio peccati excedit poſſe puri hominis, cum ſit pretium infinitum, ergo.

3. Ratio. Quæritur à ſapientiſſimis.
Aut illa creatura eſſet homo } Si eſſet homo, Aut eſſet de genere Adami, Aut de alio genere, ſi eſſet de
Aut non eſſet homo. } genere Adami, ergo peccator, & ſic non poſſet ſatisfacere, quia indiget reconciliatione. Si non eſſet de genere Adami, ergo non teneretur ſatisfacere.

Si non eſſet homo non poſſet ſatisfacere. Quoniam ſatisfactio eſt redditio æquiualentis ab illo qui commiſit delictum, & ſic nulla pura creatura ſatisfacere valet.

4. Ratio. Si de quo magis videtur in eſſe & non ineſt, ergo & de quo minus. Sed magis videtur, quòd vnus homo poſſit liberare ſeipſum, & ſatisfacere, & tamen non valet ſatisfacere, ergo minus poterit pro alijs. Maior eſt regula Phi. Minor probatur. Nam ſatisfactio eſt in pœnitentia, pœnitentia valorem, & pretium habet à Gratia, gratia eſt à Deo ſolo, ergo non per ſeipſum poteſt ſatisfacere. *De pœni. Diſt. 3. cap. Nemĩ.*

Confirmatur Nullus homo poteſt ante peccatum facere opus ſic bonum, integrum & perfectum q̃ pro illo poſſit poſtea peccare Vt in commutationibus. Non poteſt quis alicui dare dignitatem ſic ſublimem, q̃ ſi cauſa ſui patietur magnum dedecus non committatur iniuſtitia, ergo vt. Apparet in bello vbi Imperator conſtituit militem Ducem exercitus, vel æquitem in curia, & ipſe pro Imperatore detrimentum patiẽs debet, mortem quòd ſubire quando ſors, vel caſus euenerit, ergo dum peccat nullo modo ſatisfacere poteſt.

Præterea. Aut iſta ſatisfactio puri hominis fuiſſet.
Singularis, vel } Non ſingularis, quia totum non eſſet redemptum humanum genus.
Vniuerſalis. } Non vniuerſalis, quia repugnat dicere purum hominem poſſe ſoluere debita omnium hominum, ergo,

Præterea in peccato ſunt duo principalia conſideranda, quæ impoſſibilitatem ipſi Deo arguunt.
Alterum eſt iniuria, } Iniuria eſt in diuinam legem, } Nõ poteſt ſatisfacere pro iniuria cum
Alterum eſt damnum. } Damnum eſt in filios Dei. } ſatisfaciens debeat eſſe aut æqualis ſatisfacto, aut æquale pretium & medium habere. At nulla pura creatura eſt Deo æqualis, nec medium proportionatum ipſi Deo habet igitur ſatisfacere, non valet.

Non poteſt quo ad damnum. Nam damnum peccati eſt mors æterna, ſed nulla pura creatura poteſt ſupra mortem, cum poteſtatis ſit ſummi ſolius opificis, ergo non poteſt ſatisfacere.

Præterea. Nulla pura creatura poteſt ad rari cultu latriæ, ergo non poteſt ſatisfacere pro peccato. Patet antecedens. Probo conſeq. Nam ſi pura creatura poſſet ſatisfacere pro peccato poſſet dare gratiam, ſed qui poteſt dare gratiã poteſt dare & gloriam, ſed qui dat Gloriam eſt ſummum bonum, ergo creatura eſſet ſummum bonum, quod eſt contradictio in adiecto, ergo ſummo honore veneraretur ſed hoc eſt falſum, cum latria ſoli Deo impendi poteſt. Non eſt igitur aſſerendum quòd poſſit ſatisfacere.

Præterea eiuſdem potentiæ eſt creare & redimere. At creare eſt ſolius Dei, ergo & redimere. Minor patet, maiorem probo. Nam ſicuti creare eſt aliquid de nihilo facere, quod ſupponit agens infinitum, cum omne agens naturale materiam ſupponat, & ſolus Deus eſt infinitus, ſic ſatisfacere eſt quædam recreatio, quæ licet non producat rem in eſſe de nouo, tamen reuocat id quod erat ſeparatum ad ſuum eſſe de morte ad vitã, de miſeria ad gloriam, de tempore ad æternitatem, & de inferno ad Paradiſum, quòd nulla creatura perage re, nec perficere poteſt, ergo.

Præterea. Si pura creatura poſſet ſatisfacere pro peccato generis humani, ergo in omnes homines iuſtitiam originalem influere valeret. Sed non poteſt influere in omnes homines iuſtitiam originalem, ergo non põt ſatisfacere. Suppoſitum eſt clariſ. quoniã ſatisfacere eſt reddere hominẽ iniuſtũ, iuſtum Quòd autẽ nõ poſſit influere patet. Nã nõ põt oẽs hoẽs generare nec ſpiritualiter, nec carnaliter, ergo Vnde ex ijs aperte

firmatur nostra conclusio, quòd nulla pura creatura satisfacere potest pro peccato. At contra istam propositionem sunt multa argumenta quòd possit satisfacere.

OBIECTA CONTRA,

Conclusionem, quod potest creatura pura satisfacere pro peccato suo, & pro culpa aliorum hominum.

Arg.1. Quod homo potest satisfacere pro suo peccato. Si homo non posset pro culpa propria satisfacere, ergo dum non satisfacit non peccat, si non peccat, ergo non potest damnari. Patet quia de Regulis Iuris lib. sexto. Ad impossibile nemo obligatur, ergo si debet potest, & si potest cõclusio est falsa. Omnis lex est de possibilibus. In Decre. Dist. 4. *Dist. 4.*

Arg.2. Pœnitentia aut est satisfactio peccati totalis, aut pars, sed est totalis satisfactio dicente Domini Præcursore. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum, ergo satisfacere potest quia potest agere pœnitentiam.

Arg.3. Homo potest per suum liberum arbitrium ad Deum currere, & confugere, misericordiam q; petere ac de peccatis veniam postulare, sed ex venia, & misericordia quam Deus nulli denegat sequitur iustificatio, & iustificatio succedit satisfactioni, ergo potest satisfacere. Maior est aperta. Minor probatur. Deus remittit iniuriam petenti. Nam d. Paulus. Deus seipsum negare non potest. Glossa verò explicat. Deus cum sit iustus suam misericordiam negare non potest, ergo potest satisfacere. *2. Ad timoth. 2*

Arg.4. Quòd purus homo etiam potest satisfacere pro genere humano, patet.

D. Glossa super illud Roma 5. Iustificati in sanguine ipsius, Quia Dyabolus misit manum, procurauitque mortem Christi, qui nihil morte dignum habuit. Ideo iustum fuit vt debitores quos tenebat liberi dimitterentur. Stante hac veritate quòd perdidit imperium hominis quia in iuste Christi mortem procurauit. Ponatur quòd hanc mortem Virgini Mariæ procurasset, fuisset iniusta, cum nulla inerat ei culpa, nec actualis, nec originalis, ergo potuisset Virgo liberare humanum genus.

Arg.5. Pura creatura Adami commisit peccatum, ergo pura creatura per gratiam potest recipere meritum satisfactionis. Patet Nam iustitia non plus requirit in pœna quàm cõmissum fuerit in culpa, culpa vnius est finita intensiue & extensiue, ergo & pœna erit finita, & vnius.

Arg.6. Purus homo per gratiã satisfacit peccato mortali actuali, ergo magis satisfaciet pro peccato originali. Antecedens est clarissimum, Probatur consequ. Nam peccatum mortale actuale est maius peccato originali patet quia pœna maior. Nam actualis culpæ est pœna infernalis originalis verò, est pœna lymbi, ergo. *2. lib. q. 7.*

RESPONSIONES,

Ad primum ad impossibile nemo tenetur. Respondeo est duplex impossibile. Alterum quod non habet causam illius, sed est supra ꝟires proprias, vt volare per aerem, & ad hoc impossibile non tenetur.

Alterum est impossibile causatum ab homine, & ad hoc tenetur licet non possit. Hoc autem impossibile dicitur esse satisfactio peccati quod perpetrauit. Exemplum pulcherrimum deducitur ex Scoti in genio. Accidit quòd Imperator, aut summus Pontifex sixtus Quintus, præcipiant Duci, vel Cardinali legationem ad Regem Philippum Hyspaniarum, cum hac conditione quòd non transeant per loca Turcharum, quoniam erunt captiui. Euenit quòd vt inobedientes per illas regiones transeunt, vnde fiunt captiui. Quæritur modo cum sit impossibile fungi legatione. An teneantur ad illud impossibile. Respon. quòd tenentur quia fuerunt in causa illius impossibilis, sic in proposito dicendum est de satisfactione tenetur ad istud impossibile quia fuit in causa propter peccatum. *Exemplum pulcher.*

Ad 2. Pœnitentiam agere potest, ergo satisfacere. Respon. pœnitentia dupliciter consideratur.
Primo modo per se sola } Dico quòd per se sola non est sufficiens, sed est necessaria gratia diuina. O
Secundo modo cum gratia. } facienti quod in se est de necessitate tribuitur gratia. Respon, ergo satisfacit per se; non ꝟvalet. Quia facere q̃ in se est, est absolute disponere se ad gratiam diuinam per quam postea meretur dum operatur.

Ad 3. Eadem ꝟvia procedimus. Nam licet homo recurat, tamen totum pendet ex diuina bonitate, quæ largitur suum auxilium.

Ad 4. Quòd Purus homo potest satisfacere pro tota humana ſpetie, cum Dyabolus occidisset vel mortẽ alicuius iusti, ꝟvt Mariæ procurasset. Respon. quòd vera, completa, integra, & absoluta ratio liberationis non fuit quia procurauit mortem Christi, sed quia Christus sanguinem fudit. Causa ergo duplex Principalis, & fuit mors, Minus principalis iniusta procuratio à Dyabolo.

Ad 5. Pura creatura deliquit, ergo pura potest satisfacere. Negatur. Ratio. Satisfactio est de re indebita. At homo quicquid habet totum Deo debet, dato quòd nullam commisisset culpam, ergo si vult satisfacere debet habere aliud extra se, & supra se. Præterea plus requiritur in ædificatione quàm in destructione. Vnus destruit non tamen ꝟvnus solus ædificat. Plus in satisfactione quam in transgressione,

Ad 6. Purus homo satisfacit pro peccato mortali actuali, ergo & pro originali. Respondeo quòd non ꝟvalet, quia peccatum originale est maiusquã actuale. Ratio. Peccatũ actuale est vitium solius personæ & non naturæ. Paccatum vero originale est vitium personæ, & naturæ. Personæ Adami, & naturæ Adami. Hinc peccatum originale dupliciter pensatur.

Pensatur

Pensatur in Adamo & Pensatur in nobis. } In Adamo dicitur esse maius intesiue & extensiue. Intensiue quia perdidit maiora dona quàm nos, quia non solum Paradisum cœlestem sed terrestrem sed scientiam maximam, & imperium omnium creaturarum. Extensiue, quia totam infecit naturam humanam. In nobis est equidem sed non eodem gradu intensionis nec extensionis. Non intensionis cum tot, & pretiosissima bona perdamus sicuti Parens noster. Nec extensiue, quia licet communicetur filijs per continuam propagationem tamen non sumus principales, nec radix istius mali ac damni. Et sic conclusio patet esse rutissima quòd nulla pura creatura satisfacere valet. Nisi dicamus, quòd bonitas diuina posset acceptare, aliquod opus, & tanti facere quòd esset ratione acceptationis sufficiẽs, & efficax ad satisfactionem, cum omnia Deo sint possibilia, & facillima. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Distinctionem 21. Quoniam Baccho. facit alibi quæstionem de Messiæ aduentu.

LECTIO SAXAGESIMAQVINTA,

Super Dist. 12. Magistri sententiarum in qua agit de morte Christi. Idest de separatione animæ à corpore, vbi probat quod anima à corpore seiuncta fuit, sed diuinitas semper animæ & corpori fuit vnita.

In qua duo potissimum obseruabo. Primum erit quod licet ab ipso corpore seiuncta fuerit anima, diuinitas vero minime fuit separata, sed semper fuit ꝟvnita animæ & corpori.

Secundum. Videbimus multas difficultates in hac materia, & soluemus illas.

Quo ad primum quæritur à Magistro sent. An in Christi morte sicuti anima seiuncta fuit à carne quòd diuinitas pariter fuerit separata? & respondetur quòd nullomodo fuit seiuncta diuinitas ã carne, sed simul & semper fuit cum animæ & carnis coniunctione, quæ Conclusio multis astruitur rationibus, ac dictis sanctorum. *Vide Tho. vsad primo Tom. ca. 135.*

Prærerea ratio est ex communi omnium Theologorum assensu, dicentium, Quod Deus semel assumpsit nunquam dimisit. At Deus animam & carnem humanam assumpsit, ergo cum in morte separata fuit anima à carne, diuinitas vnita fuit vtriq; scilicet animæ & carni.

2. Ratio. Dicunt S. August. & Damascenus quòd ille sit anathema qui dixerit Diuinum Verbum seiunctum fuisse à Christi animæ in morte Christi Redemptoris, ergo, & probatur. Certum est quod Christus vt filius Dei descendit ad inferna, ad locum patrum in lymbbo. At quæritur quomodo descendit? Respon. quòd non descendit secundum diuinitatem, quia Deus est vbiq;: si ꝟvbiq, ergo erat in lymbo: Non descendit secundũ carnem quę erat in cruce, & postea in sepulchro. Quomodo ergo descendit? Respon. Descendit per animam quæ diuinitati erat vnita, ergo non fuit seiuncta.

3. Ratio. Prærerea Separatio diuinitatis ab anima & à carne repugnat.
Deo, Animę, & Nobis. } Repugnat Deo qui vnitus fuit homini in sempiterno coniugio. Nam vir non potest relinquere vxorem suam, sed eam semper diligere & tueri, sic Deus dilexit hominem in Incarnatione cum sempiterna vnione.

Repugnat animæ Christi. Nam anima Christi erat simul & semel.
Innocentissima, Sanctissima & Beatissima } Si innocentissima, ergo non debebat derelinqui à verbo quod omnia sustinet. Si sanctissima, ergo à verbo debebat amplecti conseruariq; in perpetuum, & Si Beatissima, ergo debebat ipsi verbo semper esse vnita, & coniuncta.

Repugnat separatio ista nobis. Nam si fuisset à Diuinitate seiuncta, quomodo potuisset habere apud Deũ vim mediatoris, Redemptoris, &c. saluatoris? ergo semper fuit vnita, quoniam semel assumptum nunquàm fuit dimissum.

3. Repugnat liberalitati diuinæ. Nam cum Deus dona sua impertitur nunquam nisi per peccatum illa subtrahit, ergo. Cum anima Christi fuit sanctissima & caro purissima non erat conueniens donum istius altissimæ vnionis subtrahere, ergo semper permansit. Ideo si separata fuisset diuinitas quo ad animam & carnẽ, Nec animæ dignitas quo ad satisfationem permansisset. Nec corporis integritas quo ad putrefactionem duraſſet. Et sic vana fuisset prophetica scriptura quæ dicit. Nõ dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quomodo sine aliqua infectione permansisset, separata diuinitate? Diuinitas illi dedit hanc in corruptionem, & infectionem, ergo semper vnita.

Ideo Paulus scribens ad Romanos inquit. Sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio. At inter dona duo fuerunt potissima. Alterum est Incarnatio. Alterum adoptio, sed adoptio quæ dicitur esse in hominibus puris nunq; subtrahitur absq; culpæ interpositione, ergo nec vnio diuinitatis animę & carni Christi ausferri debet cum vtraq; gratia, & sanctitate semper fuerint plenæ. Et hæc ratio fundari potest super loco communissimo. Aristo. si de quo magis videtur inesse & non inest, ergo & de quo minus. At magis videtur quòd adoptio filiorum subtrahatur & non subtrahitur, ergo minus subtrahi debet vnio diuinitatis in Christo. *Phi. 15. Roma. 11.*

4. Ratio. Præterea Vbi reperitur eadem persona & suppositum ibi reperitur diuinitas, sed Christus fuit idem suppositum in vita & morte, ergo cum in vita persona diuina erat vnita animæ & corpori, remansit pariter vnita & in morte vtriq;. Hoc habetur à Damasce. Dist. prima lib. 3. sent.

Hinc sancta mater Ecclesia canit in Symbolo quòd Christus conceptus est & natus est de virgine, deinde passus, mortuus, & & sepultus est. Sed Christus est filius Dei naturalis, & consubstantialis vt d. Paulus Hæbreo. primo, ergo si in natiuitate ꝟverbum erat vnitum animæ & carni, erat etiam in morte in sepulchro, & limbo cum anima & cum corpore. Hæc pro confirmatione conclusionis. Modo videamus oppositiones.

OBIECTIONES CONTRA,

Conclusionem, quòd diuinitas fuit separata ab anima & corpore.

Matth. 27. Arg.1. Hæc conclusio repugnat pluribus dictis sanctarum scripturarum, ergo falsa. Probatur antecedens Dicitur Matthæi 27. quòd Deus dereliquit Christum in cruce, Deus meus vt quid me dereliquisti? At derelinquere amicũ est separari ab amico, ergo si dereliquit Christum Deus separatus fuit à Deo, sed cũ Deus separatur, separatur & deitas, ergo.

Idem inquit Ioannes 10. Potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam sed ponere animam est deponere, & deponere est seiungere à seipso, ergo separata fuit.

Matth. 26. Arg.2. Quod est vnitum Deo est in summo gaudio, ergo anima Christi non erat vnita diuinitati, quia in morte erat in maxima afflictione & tristitia vt inquit Euang. Tristis est anima mea vsq; ad mortem, ergo non erat vnita.

Arg.3. Omne quod assumitur ab aliquo, est seiunctum ab illo, sed anima, & caro assumuntur à Verbo, ergo erant seiuncta ab illo. Maior est clarissima. Probatur minor per. Athanasium qui male dicit illi vt anathema, qui non confitetur quod totus homo assumptus fuit in resurrectione. Tunc sic. Si assumptus fuit totus homo, ergo anima & caro, ergo seiuncta erant. Sed à verbo sunt assumpta, ergo à verbo erant seiuncta.

Arg.4. Quotiescunq; soluitur medium soluuntur & extrema quæ erant simul propter illud medium. Si separatur anima à corpore separabitur & verbum à corpore, patet, quia medium quo vnitur verbum carni dicitur esse anima intellectiua vt dicit Damasc. ergo si separatur à corpore, separatur, & verbum. Nam diuinitas non vnitur rei irrationabili.

Arg.5. Præterea Si diuinitas esset vnita vtrisq; videlicet animæ & corpori in morte, ergo erant duæ hypostases, ergo due personæ, ergo duo Christi & duo mediatores, sed hoc est falsum, quia est vnus Christus tantum & persona & mediator. Probatur consequentia. Nam certum est quòd Verbum est in anima vt persona, ergo & in carne, ergo si anima erit separata à carne erit ibi vt suppositum personale separatum à supposito personali incarne, ergo duo suppositа.

Arg.6. Certum est quòd in morte diuiduntur omnia illa quæ in natiuitate fuerant vnita, ergo si in Incarnatione fuerunt simul vnita caro, anima, & verbum, quæ se habuit vt quædam generatio, vel per modum generationis, fateri debemus quòd in morte fuerint separata, ergo Diuinitas non erat vnita Animæ, vel corpori simul.

RESPONSIONES,

Ad primum in quo recitantur Auctoritates illæ Deus meus Deus m. vt quid me dere. Respon. quòd derelinquere aliquid Deum, stat dupliciter

Vel quia seiungitur ab illo secundum essentiam & virtutem.

Vel quia seiungitur tantum secundum modum operandi, & coarctans virtutem, sed non secundum essentiam, & suppositationem.

Si seiungitur primomodo sic separatur omnino, At hoc modo non fuit seiuncta diuinitas ab anima vel à carne, Si vero seiungitur Secũdomodo quia remanet essentia sed virtus quodammodo conarctatur & modificatur, ac si non esset persona, sic dicimus quòd verbum fuit seiunctum in passione, in Cruce, & in morte, quia verbum cohibuit suam virtutem vt possit consumari passio. Ita respondet Mag. in litera.

Idem respondet S. Aug. lib. de Gratia No. Testa. De reliquit, quia non protegit, nec defendit à persequutoribus quin suam in illum exercerent sæuitiem, & rabiem.

Ad illud Ioannis. Potestatem deponẽdi habuit, ergo Respon. quòd intelligitur illa depositio animæ respectu carnis, & non respectu deitatis. O imperium non est à carne. Respondeo est à verbo de carne. sic explicat Aug. à quo desumpsere Theologi.

Ad 2. Anima erat in maxima afflictione, ergo. Respon. quòd tristitia potest dupliciter sumi respectu animæ.

Vel in se, Vel in corpore. } Si consideretur in se vt vnita verbo, sic semper fruitur delectatione in summo, & dicitur Beatissima.

Si vero consideretur quo ad communicationem corporis, sic dico quòd fuit tristis, quod fuit afflicta. Vnde dispensatiue vt corporis viuificatiua sic permissum fuit ipsam maximam experiri afflictionem, & passionem. Vnde delectatio in corpus minime redundabat, & sic soluitur difficultas. Exem. in luce. lux in se nunquam patitur ecclypsim, sed in irraditione. Quia per tenebras & nubes irradiatio impeditur.

Ad 3. Omne quod assumitur ab aliquo est ab illo seiunctum. Assumitur caro & anima à verbo, ergo. Respon. Assumi bifariam dicitur.

Assumptio duplex. Proprie Vel improprie. } Assumi proprie est recipere id quod absolute est seiunctum & hoc modo non assumitur à verbo nec caro, nec anima cum semper fuerint vnita.

Assumi vero improprie, est vnire aliqua quæ sunt in aliquo ad inuicem, quæ erant seiuncta, Et hoc modo dicimus quod verbum assumpsit, ideſt vniuit animam corpori in Resurrectione, quæ in morte fuit seiuncta.

Tho. 3. p. 4. 50. S. Bona. d. 11. 21. Ad 4. Soluto medio soluuntur extrema. Anima medium, ergo. Respon. Medium est duplex.

Alterum necessitatis Alterum congruitatis. } Medium necessitatis dissoluit à se extrema, & ab inhicem, vt dissoluto calce lapides, & ligna dissoluuntur. De medio vero congruitatis non est verum Nam potest esse quòd separentur ab inuicem extrema non tamen à medio. Exem. in arbitris. Arbitrer est medium litigantium. Et licet litigantes sint abinuicem dissidentes, & per consequens seiuncti, vniti tamen sunt in arbitro: Sic cum anima sit medium congruitatis vnionis, non sequitur quòd si est separata à corpore quòd etiam sit seiuncta à diuinitate.

Ad. 5. Ergo erunt duæ hypostases, & duo suppositа. Negatur. Et ad probationẽ. Dicitur, quòd licet anima sit seiuncta

sit seiuncta à carne & non à diuinitate non sequitur tamen quòd sint due personæ, sed vna persona sufficit ad vtranq; partem, scilicet animæ & corporis. Exemplum in sole. Sol calefacit vnam arborem. Euenit quod scindatur ramus ab illa, licet ramus sit seiunctus à planta, sol tamen adhuc est in vtrisq; sic licet anima à corpore seiungatur. Non tamen diuinitas ab vtrisq;, sed simul remanet.

Ad 6. Illa diuiduntur quæ vniuntur. Respon. quòd vnio est duplex.

Vnio duplex. Naturalis & Supernaturalis. } In naturali vnione, vnita per vitam, dissoluuntur per mortem In supernaturali minime valet, sed stant diuisa in seipsis, & vnita alicui tertio. Talis est vnio verbi cum humana natura. Et sic soluuntur hac responsione mille difficultates. Hæc pro præsenti. Insequenti videbimus quomodo Christus sit vere mortuus.

LECTIO SEXAGESIMA,

Sexta super eadem Dict. 21. in qua probatur quòd Christus vere mortuus est. Hinc quatuor videbimus, &

Primum quid sit mors. 2. Quot modis dicatur mors. 3. Ponetur conclusio. 4. Satisfaciemus difficultatibus. } Quo ad primum de quidditate, & conditione mortis. Aristo. & cũ eo omnes Phi. & Theologi, asserit in libro de morte & pomo, mors nil aliud sit quàm recessus animæ à corpore. Hinc nunquã, homo vere dicitur mortuus nisi pro tunc quando anima recessit à corpore. Hinc homo dicitur. Mortalis,

Mortiferus, Inter mortuus Exanguis Sopitus & Mortuus dicitur } Mortalis qui habet aptitudinem ad interitum, Mortiferus, quid in se continet causam morris vt flegmæ humoresq; mali. Inter mortuus, qui est semimortuus doloris causa, Esanguis, qui sponte putredine aliqua moritur, Sopitus, qui oppilatione vehementiq; passione decidit, Mortuus deniq, à quo spiritus rationalis recessit. Ex qua recessione Mors dicit.

Occasus. Necessitas, Excessus, Extremus dies Discessus Dissolutio, ac interitus } Occasus, quia mors facit hominem interram cadere, Necessitas, quia nullus nascitur quin moriatur Excessus, quia omnes excedit dolores, Extremus dies, quia homo non reuertitur & Discessus, quia homo à mundo discedit, & cęlos petit. Dissolutio vitæ, quia armonia dulcissima corporis & animæ, & intellectuus tota rumpitur & scinditur, vnde caro tendit ad puluerem ac cinerem. Hæc quo ad primum. Quo ad secundum scire oportet quod mors dicitur multis modis. At pro præsenti sumitur dupliciter.

Prima est separatio animæ à Deo 2. Est separatio animæ à Visione Dei 3. Est separatio animæ à corpore. } Prima mors à peccato causatur. 4. Mors à iustitia punitiua peccati oritur & 3. A dissolutione humorum nascitur.

In præsentiarum tantum verba agemus de morte, qua est recessus animæ à corpore propter humorum dissolutionem. Sciendum igitur est quod mors ortum ducit à multis causis.

Prima causa est à loco 2. A calido externo 3. Ab humido superfluo 4. A nimio labore 5. A paruo calore, 6. A coitu 7. A contrarijs 8. Ab anima. } Prima causa mortis dicitur locus, Nam quemadmodum locus temperatus conseruat homines, animalia, plantas & omnia, sic intemperatus ratione maximæ frigiditatis, aut caliditatis est in causa bre uitatis vitæ. Hinc dicit Phi. 14. Physi. locus naturalis & temperatus rem conseruat, auget, non naturalis vero corrumpit, & destruit.

2. Causa dicitur calor exrernus in maximo excessu, vel frigus. Nã sicut frigus in maxima excessione mortificat calorem, sic calor nimius consumit frigiditatem & humiditatem. Apparet in plantis quæ dũ transferutur à proprio loco ad locũ non proportionatum vel cito exiccantur, vel steriles fiunt.

3. Causa mortis dicitur esse humiditas aquea, non ratioue humiditatis, sed ratione aqueitatis. Nam humidum aqueum de facili congelatur cum sit crassum, & per consequens corrumpitur. Inde sequitur mors. Hinc senectus quæ est via ad mortem ab humido aqueo, vel putrido dominatur & sic ad mortem tendit.

4. Causa est labor vehemens. Nam ex labore excitatur calor naturalis, excitato acuitur deinde paulatim, exhalat in exhalatione trahit secum humidum, extracto humido deficcatur homo, ex deficcatione venit senectus ex senectute mors. Hinc attenuti, debiles, & senes non debent multum laborare, quia de facili humidum consumunt,

5. Causa est paruus calor. Ideo masculi vt masculi longioris sunt vitæ quàm sint fœminæ, quoniam sunt calidiores fœminis. Hinc in mari rubro vbi est calor temperatus generantur ranæ & serpentes miræ magnitudinis. Quoniam calidi est proprium dilatare humidum, & effectum augere, sicut econtra frigidi est humidum constringere.

6. Causa mortis dicitur esse immoderatus coitus. Nam certum est quod sperma est superfluum tertiæ digestionis, quod statim in animalis substantiam conuertitur. Et quia accidit quòd quandoq; sit in magna superfluitate hinc ad vasa seminaria educitur & per coitum emittitur sed dum immoderato coitu vtitur violenter emittit id quod nutritioni erat necessarium. Tunc deficiente alimento animal exiccatur & paulatim ad mortem tendit. Exemplum habemus in nuptis qui facillime in senectutem cadunt, sic Patteres, equus, & asinus sunt breuioris vitæ quàm sit mulus à quibus generatur. Nam muluus est parcissimi coitus. Ideirco Aristo. dicit. Coitiua multaq; spermata emittentia cito senescunt.

7. Causa mortis dicitur esse contrarietas ælementorum pugnantium ad inuicem. Nam cum quæritur cur cœlum sit incorruptibile? Respon. quia materia Cęli non est subiecta priuationi nec recipit formam inc diantibus dispositionibus contrarijs. At animal componitur ex ælementis, ælementa sunt corruptibilia, sunt

corruptibilia

corruptibilia quia sunt contraria, sunt contraria quia sunt subiecta priuationi. Hinc licet quis dicat Homo cum sit compositus ex materia prima & anima Intellectiua, quæ sunt incorruptibilia non potest corrumpi, ergo nec mori. Patet quia totum constat ex patribus, & quales sunt partes & totum. Respon. quòd non valet. Quia licet materia prima non sit subiecta corruptioni, est tamen subiecta priuationi, vnde semper dum est sub vna forma, aliam appetit, & per consequens fit corruptio. Hoc patet in primo Physi. & in 9. Metaphy. t. 8. Causa mortis est carentia sanguinis (ideo pisces parum viuunt) & recessus animę à corpore. Et hæc causa potissima est, & immediata. Nam statim vt recessit à corpore, homo interiit. His sic constitutis quærit. Magister. sen. An Christus vere mortuus sit in cruce? Respon. Sub hac conclusione. Christus vere mortuus est in cruce. Probatur. Anima Christi recessit à carne Christi, ergo est mortuus, cõsequentia est clarissima & antecedens patet Matthei 27. Clamans voce magna emisit spiritum, ergo verè mortuus est.

2. Tale est compositum qualis est forma, quoniam forma dat esse ac perfectionem composito Ideo si forma est viua & compositum viuum, ergo cum recedit forma ab illo composito, compositum illud dicitur esse sine vita, ergo mortuum. At indubitatum est q̃ spiritus & forma rationalis recessit à carne Christi cui dabat vitam, ergo Christus vere est mortuus.

3. Præterea Vbicunq; reperitur vita reperiuntur operationes vitales, quæ sunt motus sensus, intellectus auditus, visus, tactus & cætera. At emisso spiritu à Christi à carne nulla operatio, nullus motus, nec sensus vi debatur, ergo non erat vita, ergo mors.

4. S. Ambrosius dicit cum Ecclesia quòd si Christus non fuisset mortuus, saluari non possemus, liberariq; ab eternæ mortis vinculo. Ideo in Symbolo canitur. Passus sub Pontio Pylato, Crucifixus, mortuus, & sepultus est.

5. Si Christus mortuus non fuisset, Christus resurgere non potuisset. Sed Christus resurrexit vt inquit scriptura sancta, ergo Christus est mortuus, ergo quando emisit spiritum.

Hinc quærunt an mors ista debeat Verbi Personæ ascribi? Respon. Doctores quòd debet ascribi ratione Idiomatum quæ in vnione illa excelsissima communicauit humanitati. Nam quemadmodum dicitur per incarnationem quòd Deus est homo, & homo Deus, Homo creator, Homo immensus, sic dicimus quòd filius Dei mortuus est, & sepultus. Ratio est in promptu. Certum est enim quòd per passionem & mortem facta fuit satisfactio, at ista non poterat fieri nisi Christus esset Deus, ergo recte personæ verbi ascribitur mors. Hæc quo ad conclusionis probationem. Modo videre est necesse difficultates oppositas, quibus ostenditur quòd mors vere non fuerit in Christo, ex recessu animæ à carne, & probatur.

OBIECTA CONTRA,

Prædicta, quòd nõ sit mortuus Christus licet animam emiserit à carne. Nec mors ascribi debet ipsi verbo.

Arg. 1. Hæc positio Diuo Augu. repugnat, ergo falsa. Nam dicit Magister de mente Augustini. Si quis dixerit quòd Deus sit mortuus vel passus anathema sit. Sed Christus est filius Dei, ergo Deus, ergo nec mortuus nec passus licet animam emiserit.

Arg. 2. Certum est quod vbi datur vita ibi est magna repugnantia dicere quòd sit mors, ergo multo magis repugnat vbi est infinita vita. Igitur si per præsentiam animæ in humano corpore homo dicitur viuens, quanto magis dicetur viuens in præsentia verbi Diuini à quo omnis vita? ergo licet recesserit anima à corpore tamen, Christus non poterat vere vocari mortuus.

Arg. 3. Si id quod minus repugnat Christo non est illi ascribendum, argo nec quod magis repugnat. At minus repugnat Christo quòd dicatur creatura. Nam communiter non acceptatur hæc prædicatio filius Dei est creatura, quæ minus repugnat quàm mors, ergo nec debet acceptari ista quòd sit mortuus quia dicit omnem priuationem.

Arg. 4. Omnis caro, vel corpus corrumpitur propter absentiam vitæ. Nam dum habet vitam nunquàm corrumpitur, ergo caro Christi in spiritus emissione minime mortua erat. Patet quia corrumpi non poterat secundum dictum propheticum. Non dabis sanctum videre corruptionem.

Arg. 5. Aut caro erat vnita ipsi verbo, aut non erat vnita. At erat vnita, ergo viua. Probo à simi. Certum est quòd si vniatur lignum igni & soli lignum erit calidum & lucidum. Quomodo ergo caro stabat vnita verbo vita sine vita? Caro erat apta vitæ, & verbum erat vitę omnis origo, ergo viuificabat, cum agens operetur in passo sibi approximato, & non impedito.

Arg. 6. Præterea Si corpus contentum in sepulchro fuit in causa quòd diceretur gloriosum, & erit sepulchrum eius gloriosum inquit scriptura, Quanto magis caro illa in qua erat Verbum omnis vitæ, dici debebat vitalis? ergo licet recesserit anima non tamen mortua dici debebat, sed viuissima.

RESPONSIONES.

Quibus tuetur quòd mortua fuerit caro, et Christus mortuus.

Ad primum de dicto Aug. Si quis dixerit quòd Deus passus vel mortus anathema sit. Respon. quòd Christus dupliciter consideratur.

Primomodo secundum naturam diuinam
Secundomodo secundum naturam humanam.
} Si sumatur primomodo secundum naturam diuinam, sic est certissimum quod non moritur nec patitur, nec pati potest, si vero consideretur secundum humanam sic patitur sic moritur sic sepelitur, sic resurrexit, & in cęlũ ascendit. Et hoc est quod dicit Magister in litera quòd Christus patiebatur & non patiebatur moriebatur & non moriebatur. Ideſt secundũ naturam humanã patiebatur mo. sepe. non aũt secũdũ diuinã.

Ideo

Ideo verba illa non sunt contradictoria, quia sunt in diuersis terminis. Sic d. Ambro. in lib. 3. de S.S. vbi vocat Christum Gygantem geminæ naturæ.

Ad secundum Erat verbum vitæ infinitæ, ergo caro viua. Nam per animam. Respon. quod viuificare est duplex.

Alterum per informationem
Alterum per efficientiam.
} Verbum est viuificans per efficientiam, & non per modum formæ vt anima. Ideo licet esset in carne non tamen erat forma corporis O' vbi est vita necessario viuificat, ibi erat vita. Respon. duplex est vita Altera naturalis, formalis, & limitata necessario, informat, & viuificat. Non autem est verum ubi vita est illimitata, infinita ac voluntaria. Hoc modo est verbum in carne. Nam non est forma limitata, sed vniens illimitatum.

Ad 3. Quod minus repugnat Christo non ascribitur, ergo nec quod magis. Respon. quòd repugnare Christo creaturam & mortem stat dupliciter.

Vel ratione medij
Vel ratione finis.
} Si ratione finis dico quod est falsum. Nam minus repugnat Christo mors ratione finis quàm creatura. Quia finis principalis Christi non fuit assumere creaturam, sed fuit redimere creaturam. At redemptio fuit per mortem, ergo ratione istius finis præcipui minus repugnat quàm creatura quæ est medium ad mortem.

Præterea illa propositio Deus est creatura non acceptatur ab ijs qui illam perperam intelligunt, tamen ab ijs qui recte intelligunt recipitur.

Ad 4. Concedo quòd non corrumpebatur quia conseruabatur sed non sequitur, ergo viuificabatur.

Ad 5. Caro erat vnita, ergo viuificabatur, nego. O' lignum vnitum igni calefit necessario. Respon. valet in agente naturali, non agente e super naturali.

Ad 6. Dicebatur sepulchrum glorioſum. Respon. quòd improprie dicebatur quia ibi erat corpus in quo verbum gloriæ, non autem proprie erat in lapide gloria. Sic possemus dicere quod in carne erat vita attamẽ caro minime erat viua. Nam in capsa est leo viuus, ergo capsa viua negatur. Sic licet in carne fuerit verbum, caro tamen viua non erat.

Et vt res sit clarissima scire oportet quòd solum ibi datur gradus vitalis proprie, & necessario vbi dans vitam sit forma actualis, & informans subiectum. Ideo inquit Phi. Anima est actus corporis, physici, organici potentia vitam habentis. Verbum aũt non est forma actualis corporis Christi, nec potest esse. Non est forma quia non viuificat, nec potest esse quia forma & formatum sunt proportionabilia, at caro nullam habet proportionem cum verbo infinito & immenso, & caro finita, ergo licet fuerit ibi Deitas, & verbum vitæ fons & origo, non tamen viua erat. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar quæstio. Doctoris Nostri. Ioannis Bachonis.

LECTIO SEXAGESIMA-

Septima super Quæst. Doctoris Nostri in quæ disputat. An Christus totum sanguinem resumpserit in Resurrectione quem effudit in passione. Vbi examinabimus quatuor. s.

Continuationem
Conclusionem
Dubia circa conclusionem.
} Quo ad primum de continuatione Magistri Bachonis cum Petro Lombardo, dicerent nostrates more solito, & ad pauciſſima vel ad nullam rationem cogitantes quòd non bene connectit cum Magistro qui egit de morte, dum ipse de sanguinis effusione & assumptione disputat. Quibus ego dico tuendo Ioannem nostrum quod optime, ac sapientissime continuat. Ratio est apertissima.

Nam Bacho. fuit præstantissimus. Phi. rimatusq; est animantium naturam, & partes. Et quoniam inter partes vidit sanguinem summe necessariam, hinc de illo verba agere voluit. Idcirco vt rem magis percipere possitis obseruabo circa sanguinem tria.

Primum circa sanguinis diuersitatem.
2. Circa necessitatem, &
3. Satisfaciam dubio.
} Quo ad sanguinis diuersitatem selegi de quibusdam animalibus maximam in sanguine diuersitatem. Hinc Gal. Auer, Arist. Plini. & aliiquàm plures scribunt quòd Animalium.

Alia habent sanguinem subtilem,
Alia crassum & nigerrimum,
Alia sine fibris,
Alia abundare sanguine alia carere.
} Homo habet sanguinem subtilem,
Tauri & asini crassissimum ac nigerrimum,
Ceruæ & Damæ sine fibris, & capillamentis,
Leones feruentissimum,
Quadrupedibus ineſt multus sanguis, obesis minus,

Copiosus, quoniam absumitur pingui. Iis quibus plus quaterni pedes sunt, nullus. Vt apes, muscę, vermes & similia viuentia. Plinius lib. 11. cap. 39. De natura anima. lib. 3. cap. 19. & de Pertibus anima. Gale. de Tempe. Arist. etiam lib. Problem, sectio. 10. q. 59. subinde addunt. quod in sanguine est maxima diuersitas, ex qua in moribus sequitur mira, & contraria morum varietas. Hoc attestatur Phi. 2. de partibus animalium ca. 4. Hinc scribitur quòd animalia quę habent sanguinem subtilem sunt prudentiora ingeniiq; tenuitate, acuitateq; gaudent, vt homo, serpens, & simuliaq, licet Plinius dicat quòd acuitas ingenij non à sanguine sed à cute, operimentisq; corporum euenit. *Lib. 2. c. 38.*

Quæ sanguinem crassiorem & calidiorem possident, sunt robustiora,
Quæ multum sanguinem tenent sunt viuaciora, magis iracunda & vitæ longioris.
Quæ parum continent, sunt timidiora, debiliora, & breuioris vitæ, vt fęmellę omnes.
Hinc vt secundum partem tangam sanguis, dicitur esse alimentum & pabulum vitæ.

Ideo animal viuere non valet nisi sanguinem teneat, aut aliud sanguini proportionatum. 2. de Pattibus Animali. cap. 3. & 4. Et de Gene. anima. cap. 4.

Ideo Auer. Colliget lib. 4. cap. 24. Notat de sanguine quòd cum sit alimentum non nutrit tamen membra nisi postquàm factus est albus ac illis similis. Ideo hypostasis alba est laudabilis. Qua propter corrupto sanguine

guine, vt inquit Phi. lib. 3. de Histo. animali. c. 19. corrumpitur corpus animale, corrupto corpore corrumpitur caro, & corrupta carne recedit anima, & sic oritur mors hominis. Doctor ergo videns quod mors & Resurrectio ex duobus pendet, videlicet, ex animæ recessu, & sanguinis effusione; & similiter ex resumptione vtrorumq; & cum Mag. sen. solum partem vnam tetigit, scilicet recessum animæ à corpore, ipse supplens quod admisit Magister de sanguine, quærit iure merito. An totum resumpserit sanguinem?

Thom. Pual in lib. fidei Doctri na. c. 457.

Præterea. Dicitur Ieuitici 7. quòd anima est in sanguine, ergo si agitur de contento debet per tractare de continente. Ideo dicebat Galenus quod anima vtebatur calore, & sanguine vt instrumenta & vehicula suarum functionum, ergo necessario de hoc agitur à Doctore. Et à Thoma vualden. qui dicitur q; sanguis est animæ sedes.

Præterea dicit scriptura non dabis sanctum tuum videre corruptiouem. Tũc sic. Resumitur corpus quod est sanctum, ergo debent reassumi omnes partes corporis quæ sunt sanctæ, ergo cum sanguis sit inter omnes partes principalissima reassumi debet, Alioquin non esset perfecta reassumptio. Igitur. Doctor per optime hanc prætractat materiam. Ideo ad Conclusionem me conuerto, & dico.

Christus totum sanguinem quem in passione effudit in Resurrectione assumpsit. Probatur multis rationibus, & auctoritatibus. Prima ratio est à Damasceno lib. 4. cap. vltimo. Christus in Resurrectione accepit omnia illa quæ pertinent ad veritatem humanæ naturæ Sed ad veritatem humanæ naturæ pertinet caro, os, sanguis & alij humores, ergo assumpsit in Resurrectione cum corpore sanguinem totum effusum in Passione.

2. Ratio. D. Auicena & Gale. Vbicunq; datur natura optime disposita, optimoq; regimine gubernata nihil inordinatum, pũtridum, vel superfluum reperitur. Sed Christus erat regiminis optimi, optimæq; naturæ ergo nil superflui, putridi, ac inordinati fuit in suo corpore, ergo omnia necessaria, ergo in Resurrectione totum assumpsit, ergo & sanguinem quia necessarius.

3. Ratio. Omnis superfluitas pendet ex tribus.

Aut ex producente } Probo omnia, & primo quòd sit ex producente. Nam producens fuit S. Sanctus optimus Architectus in quo error esse non potest.
Aut ex materia. } Non potest esse ex materia. Quoniam fuit formatum ex purissimis sanguinibus Beatissimæ Virginis Mariæ, in quibus nullus erat defectus, vel imperfectio.
Aut ex gubernante, } Non fuit ex gubernante. Nam gubernans corpus seruatoris nostri fuit Deus a quo omnis ordo, regula optimaq; vita.
Aut ex impotentia.
Sed nullum istorum fuit in Christo, ergo totũ resumpsit

Non fuit ex impotentia. Quoniam impotentia dicitur esse præter naturam vt inquit Philo. 2. de cælo, & Mun. t. com. 37. At in Christo nulla fuit impotentia sed omnis vis, & vis sic ordinata quòd solum id appetebat quod erat necessarium & quod digerere poterat, ergo si totum erat in Christo ordinatum & cum toto erat sanguis, sanguinem reassumpsit.

4. Ratio. Ratio superflui in aliqua persona pendet extribus adhuc.

Vel ex peccato, } At in Christo nullum fuit peccatum. Nulla infirmitas, Nulla gula sed omnis gratia, virtus, ac perfectio, ergo nil superflui, ergo omnia uecessaria igitur sanguis necessarius, ergo reassumptus fuit.
Vel ex infirmitate
Vel ex gula,

OBIECTA CONTRA,

Prædicta, quòd Christus totum non reaßumpserit sanguinem,

Arg. 1. In quo reperitur sudor in illo reperitur superflum causatum à cibo quod conuerti non potest in substantiam aliti, nec insensibiliter resolui. At in Christo fuit sudor, ergo aliquid superflui. Maior propositio est clarissima. Minor probatur Nã lucæ. 22. dicitur. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis.

Arg. 2. In omni habente formam & materiam partes dantur secundum formam & partes secundum materiam. At in Christo datur forma & materia scilicet corpus & anima, ergo dantur partes materiales & partes formales. Maior est Phy. Primo de Gene. tex. com. 38. Minor est clarissima. Modo arguo tali pacto. Vbicunq; datur fluxus & refluxus ibi apparet humor superfluus, ergo in Christo est humor superfluus. Probo quia in Christo est fluxus & refluxus. Patet, quia habet partes materiales, ergo non totum assumpsit.

Luce. 22.

Arg. 3. Si totus reasumptus fuisset sanguis, ergo Ecclesia multis in locis erraret. Patet antecedens, probo consequentiam. Quia in multis ciuitatibus, & oppidis adoratur sanguinis Christi pars, vt patet in Norlibico, In Brugis, in ciuitate Veneta apud S. Marchum, ergo non omnis sanguis effusus fuit reassumptus.

Arg. 4. Dicit scriptura 2. ad Corin. 15. Caro & sanguis non possidebunt regnum Dei, ergo Christus non reassumpsit, nec totum, nec partem sanguinis. Patet quia Regnum Dei possidet.

2. ad Cori. 15.

Arg. 5. Si Christus assumpsisset sanguinem, ergo & alios humores assumpsisset, ergo corpus eius esset corruptibile. Nam ex humoribus pendet corruptio. At corpus eius est corruptibile, non ergo reassumsit nec totum nec partem.

Arg. 6. Si Christus reassumpsisset totum sanguinem effusum hoc factum esset quia reassumpsit idem corpus, sed non reassumpsit idem corpus, ergo nec sanguinem effusum. Maior est clara. Probo minorem. Ante mortem Christus habebat corpus quod non poterat esse cum alio corpore in eodem loco, At post Resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco. Nam Ioannis 20. dicitur quòd Ianuis intrauit ad discipulos, ergo aliud corpus, ergo sanguis alius.

Ioan. 20.

RESPONSIONES.

Ad primum in Christo fuit sudor, ergo superfluum. Respon. quòd sudor vel sanguis effusus dupliciter consideratur.

Vel vt arguit super abundantiam, } Si consideretur vt arguit super abundantiam humorum, sic dicit
Vel vt arguit laborem & passionem. } corruptionem, naturæq; intemperantiam, ac immoderationem vitæ,

vitæ; & hoc modo non fuit in Christo. Si vero consideretur vt arguit laborem, passionem, doloré ac timorẽ, sic non dicit humorum super abundantiam, nec defectum, sed dicit perfectionem ac virtutem, & hoc modo fuit in Christo. Nam vt inquit Damasce. eo loci supra cap. 20. Christus in Incarnatione assumpsit famen, sitim, timorem, & agoniam, ex qua sudor emittitur cum sanguine. Ideo illa assumpsit.

Ad 2. In Christo fuit fluxus secundum partes materiales, ergo superfluitas. Respon. quòd fluxus & refluxus est duplex.

Alter qui prouenit ex victu intemperato } Primus arguit imperfectionẽ & non fuit in Christo
Alter, qui prouenit ex contrarietate humorum. } 2. Arguit naturam complexionis, & humorum qui ex contrarietate agunt & patiuntur adinuicem, vnde fit resolutio insensibilis. Iste autem fuit in Christo, quia carni permisit ea quæ sunt propria vt inquit Damascenus. Quod autem spectat ad naturam non arguit imperfectionem.

Ad 3. Inuenitur sanguis in multis locis qui adoratur. Respon. quòd sanguis Christi habet duplicem respectum.

Alterum ad corpus Christi, } Si respicit corpus Christi tific fuit totus reassumptus in Resurrectio
Alterum ad Imaginem Christi. } ne vti effusus, & sic non est in loco alio quàm in sua carne.

Si vero consideretur vt respicit Imaginem Christi à qua miraculose in percussione & contumelia facta ipsi Christo effluxit, sic concedo quòd non fuit assumptus. Ideo loquutio potest esse de sanguine naturali, & sic non currit argumentum, vel de sanguine miraculoso & sic currit. Et sic adoratur in terris, vt patet etiam Parisijs vbi adoratur Latria Hostia ab Iudæis percussa, quia Christi passionem repræsentat.

Ad 4. Caro & sanguis re. Dei non possidebunt. Respon. quòd possidere stat dupliciter.

Carnaliter & } Non possidebunt carnaliter, sed spiritualiter. Secundo dico quòd sanguis & caro possi
Spiritualiter. } debunt secundum substantiam, non autem secundum corruptionem d. Paulo. Oportet corruptibile hoc induere in corruptionem.

Ad 5. Eodem modo dicimus quòd habuit omnes humores quo ad substantiam non quo ad corruptionẽ

Ad 6. Eodem modo concludimus. Nam hoc priuilegium habet corpus gloriosum quod possit esse in eo dẽ loco cũ corpore alio. Hinc d. Aug. egredi sepulchrum clausum, & ingredi ad discipulos clausis ianuis est miraculum, & si comprehendis non est miraculũ. Excedit intellectus humani capacitatẽ. Concludatur, ergo cum Doctore quòd totum sanguinem ad integritatem humanæ naturæ reassumpsit. Deinde potest etiam dici (vt Doctor placet. 1. & 3. ar. ex immẽsa pietate sua dispensatiue reliquisse ad populorum deuotionem aliquas guttas, nec non propter miraculorum operationem. Hæc pro præsenti. In sequetia aggrediar Dist. 22. Magistri sent.

LECTIO SEXAGESIMA-

Octaua super Dist. 22. Magistri. sen. in qua quærit. An Christus in illo triduo fuerit homo? Vbi videbimus tria potissima scilicet conclusionem, Secundum Difficultates. Tertium solutiones.

Primum est circa conclusionem, & veritatem quæsiti. An Christus in triduo fuerit homo? cui quæsito respondent omnes ferè Theologi, & aliquo modo implicito respondent etiam Phi. Hinc ex omnibus collegi istos videlicet.

Platonem, } Plato, Arist. Auerrois, Albertus Mag. D. Mag. sent. & Vgo de sancto victore
Aristotelem } sunt in vna classe tenentes quòd Christus in triduo fuerit homo. Alij vero se-
Auerroim, } quentes tenent omnino oppositum, scilicet, quòd Christus in triduo non fuerit homo. Cui opinioni me etiam subscribo & pono hanc conclusionem &
Mag. sententiam.
Vgonem de S. Victore, } defendam.
Albertum Mag. } Christus in triduo suæ depositionis à Cruce vsq; ad diem Resurrectionis non
S. Thomam. } fuit homo, & sic negamus scholas superiores. Probatur conclusio. Cum ho-
S. Bona. } mo omnium rerum sit Epitoma insitq; illi anima à Deo sufflata immortalis,
Scotum, } & rationalis, corpusq, de terra fabricatum vnde cum omnibus participat. Nã
Thomam Vualdensem, } cum Angelis communicatum est intelligere, cum animalibus sentire, cum plã
Augustinum } tis viuere, & cum reliquis esse, vt licet videre apud Hesiodum & Arist. primo
Athanasium. } de moribus ad Nichoma. ca. 7. Nulli dubium esse debet quòd tunc dicitur esse. Homo vere, complete, & absolute quando partes humanæ scilicet. Anima & corpus sunt simul vnitæ, vel sunt vnitæ alicui tertio in quo anima operatur per illud tertiũ in corpore cui vnitur. Et nunquam vere appellatur dum est mortuus, quia partes sunt seiunctæ abinuicem. Ideo Christus nõ erat homo in triduo, quia anima à corpore recesserat. Probo.

Prima Ratio. Nulla forma prædicari potest de toto vt forma est, nam non possumus dicere quòd homo sit anima rationalis sed solum illa forma quæ consequitur ad totum. Vt in exemplo. Ex anima & corpore consurgit quædam forma quæ dicitur forma totius, nempe homo, Et ideo ista forma prædicatur de partibus simul vnitis dicendo. Socrates est homo, & Christus est homo, ergo dum partes totius sunt seiunctæ non possunt prædicare formam totalem, ergo nec forma prædicari potest. Quia quod non est, non est verum, ergo nec prædicatum erit. Modo cum in morte Christi soluta fuerit vnio animæ à corpore qua Christus homo erat, quomodo possemus dicere hanc prædicationem. Christus in triduo fuit homo? Est falsa prædicatio, ergo non admittenda.

Bona.

2. Ratio ducens ad incommodum. Si Christus fuisset homo. Aut fuisset mortalis.

Aut immortalis } Non erat mortalis, quia iam emisserat spiritum in cruce.
Aut alicubi } Non erat immortalis, quia non resurrexerat.
Aut nullibi. } Non erat in terra, quia claudebatur in sepulchro. Nõ erat in sepulchro, quia anima

erat

erat absens, Non erat in lymbo, quia corpus erat absens. Non erat in cęlo, quia corpus erat in sepulchro, & anima in lymbo, ergo nullo pacto erat homo.

3. Ratio est de sumpta ab Athanasio. Certum est quòd sicut vnio diuinæ naturæ cum humana facit quòd Deus sit homo, & homo sit Deus, sic vnio animæ cum corpore facit hominem. At in triduo anima Christi erat seiuncta à corpore, ergo nullo pacto homo erat. Nam quando dicitur quòd homo mortuus sit homo est prædicatio æquiuoca, est prædicatio tantum nominis, quia est solum homo nomine, & non re, vt oculus sine visu dicit Phi. est oculus æquiuoce, ergo non erat homo.

4. Ratio ex Diuo Anselmo. Nam inquit. Sicuti lineæ nullo pacto dum seiunctæ reperiuntur ab inuicem possunt angulum constituere. Nam nulla illarum seiunctim dici potest angulus, Sic nec anima seiuncta à corpore, nec corpus separatum ab anima dici potest homo, ergo Christus in triduo minime vocari poterat homo cum anima à corpore recesserat.

5. Ratio à Thoma Vualdense. Omne quod est tale per participationem, remoto ab eo alio non erit amplius tale. Sed corpus est solum homo per participationem spiritus, & spiritus per vnionem corporis, igitur separato à corpore spiritu, & seiuncto à spiritu corpore non erit homo, ergo cum a Christo spiritus recesserit à corpore quomodo in triduo erit homo? Patet à simili. Aer dicitur lucidus per lumen, aqua calida per ignem, tunc remotis igne & luce nec aqua erit calida, nec aer lucidus. A pari dicitur de Christo in separatione animæ à corpore.

6. Ratio tumi potest à Metaphi. 8. Diui. tex. 10. Species sunt sicut numeri. Tunc sic, sicut detracta vnitate à sena. & octonario, illi amplius non possunt dici, numerus nouenarius, octonarius, vel sena. Sic remota differentia vltima ab aliqua specie, non potest amplius vocari talis species. Nam si remoueas animam à leone, non poteris vocare leonem speciem rugibilem, sed potius dices esse tantum corpus. Vnde apparet variatio in specie. Sic in proposito. Dum remouetur anima ab ipso Christo remouetur differentia rationalis, ergo denominatio rationalis. Quomodo igitur dicetur homo?

7. Ratio. Nam totum esse indiuidui est à specie dicit Boethus. At species constat ex genere & differentia, sed genus fundatur super materiam corporalem, & differentia super animam rationalem. Igitur si species nõ erit species sine vnione partium, sic nec Christus erit homo sine vnione animæ & corporis. At in morte Christi anima erat seiuncta à corpore Christi, igitur Christus erat homo.

8. Ratio. D. Phi. qui sine materia diffinit diminute diffinit. Nam materia respondet formæ vti potentia actui, & corpus animæ. Tunc sic. Quæmadmodum diffinitio formæ sine materia est diffinitio diminuta, ac imperfecta, sic Christus vt respicit animam sine corpore erit homo imperfectus, ergo cum in triduo anima fuit sine corpore fuit homo imperfectus, sed imperfectio tollit rem completam. Igitur non vere fuit homo.

9. Ratio. Homo vel sumatur specifice, vel indiuidualiter semper est in recta linea prædicamentali. At forma, vel anima, vel materia est in latere prædicamentali dum est separata, ergo cum anima seiuncta fuisset à corpore, non erat in linea recta, ergo Christus non erat homo. Hæc quo ad probationem. Modo videamus aliorum dificultates.

DIFFICVLTATES CONTRA, prædicta, probantes Christum in triduo fuisse hominem verum.

Arg. 1. D. Aug. Christus dicitur homo quia vniuit sibi naturam humanam, scilicet animã & corpus, At in morte anima & corpus erãt vnita verbo diuino, ergo Christus erat homo in illo triduo.

Arg. 2. Ex Vgone. Christus ante mortem erat homõ Beatus, quia erat compræhensor, ergo & post mortem. Probatur. Nam Beatus est tantæ dignitatis & doni quòd non potest mutari à suo statu. Ergo cum Christus idem Beatus ante mortem, in morte, & post mortem, & non est Beatus nisi vt homo, ergo necesse est dicere quòd fuerit idem homo.

Ps. 109. Hab. 7.

Arg. 3. Ex Diuo Paulo. Christus nunquàm desijt esse Sacerdos, ergo nec desiit esse homo. Probo vtrũq; Christus non est Sacerdos nisi vt homo, sed semper fuit sacerdos d. Paulo. Tu es sacerdos in æternum, ergo cum ante mortem, in morte, & post mortem fuerit sacerdos, fuit etiam homo.

Sco.

Arg. 4. Christus in triduo habuit totam suam entitatem scilicet animam & corpus, & erat vnita personæ, ergo erat homo, quia homo solum constat ex anima & corpore, ergo.

Arg. 5. Christus in triduo habuit suum intellectum, ergo fuit homo. Patet ex Phi. 9. Ethico. Vbi inquit q vnusquisq; homo est suus Intellectus.

Confirmatur. Nam Ecclesia Catholica scit quòd in cęlo tãtum reperitur anima Petri, Catharinæ, & Magdalenę, tamen dicimus. S. Petre. S. Magdaléna, S. Susanna S. Catherina. Vnde per animam totum intelligimus hominem.

7. diui. com. 5. 1. 20. 21.

Idem asseritur per Auer. Nam ponit. 7. Metaphi. com. 5. quod tota ratio quidditatis dicitur esse à forma & non à Materia. Ratio. Scientia debet esse perpetua, perpetuatur à quidditate formæ & non à materia. Quoniam materia est quare poteſt esse & non esse cum sit semper anexa priuationi saltem potẽtia, & forma est quare semper est, aut potest esse, ergo cum homo habeat suam quidditatem, habebit à forma, ergo à forma homo. Cum igitur in Christo sit forma humana post mortem vnitam personæ Verbi. Christus in triduo erit, & fuit homo.

7. diui. c. 4.

Confirmatur. Auer. ponens discrimen inter entia dicit pro nunc quòd entia sunt in 2. serie. Nam.

Idem. 1. Phy. & com. 69.

Alia habent materiam & formam, & Alia habent solam formam. } Quæ habent materiam & formam, non est idem quidditas cũ eo cuius est quidditas.

Illa vero quæ carent materia habent hoc priuilegium quòd est idem quidditas cum eo cuius est quidditas. ideſt dicitur esse vnica natura, & essentia sibi in omnibus similis, quæ dicitur quidditas quia facit diffinitionem & per consequens cognitionem. Igitur cum in Christo sit anima rationalis, ergo quidditas hominis, ergo homo. Nam d. Phi. 7. diui. 1. com. 9. Anima est substantia animati, & species, & quod quid erat esse, ergo fuit homo in triduo.

Arg. 6. Plato. Nullum instrumentũ cõstituit architectum. Anima est Architectũ, caro instrumẽtũ ergo.

RESPON-

RESPONSIONES.

Ad 1. Vniuit naturam humanam homo. Respon. Habere stat dupliciter coniunctim, & diuisim Christus habuit coniunctim & non diuisim, modo cum anima diuisa fuit in triduo à corpore non erat homo.

Ad 2. Dico quòd erat Beatus secundum Animam, non tamen erat homo secundum naturam. Nec est absurdum quòd sit secundum partem optimum & secundum aliam miserum. Vt patet in virtutibus. Nam dicit Paulus. Cum infirmor tunc fortior sum. Cum infirmatur vel dominatur virtus naturalis tunc virtus moralis, & Theologalis fit fortior. Sic licet seiuncta fuerit caro ab anima tamen diuina non cessabat fruitio.

Ad 3. Fuit sacerdos in eternum, ergo & homo erit. Respon. quòd æternum sumitur dupliciter.

Vel quod semper fuerit actu. Vel quod nullum aliud illi succesſit. } Si sumatur primomodo falsum est, quia Christus non fuit semper actu.

Si vero sumatur secundomodo dico quòd est æternum quia nullum aliud sacerdotium cedet. Et sic currit argumentum.

Ad 4. Christus totam suam entitatem habuit, ergo homo. Respon. Non habuit illam vnitim sed diuisim.

Ad 5. Homo est suus intellectus. ergo si in Christo erat Intellectus dicebatur Homo. Respon. quòd Intellectus sumitur dupliciter.

Principaliter & Totaliter. } Si sumatur principaliter sic est homo, Si totaliter, negatur quòd sit homo. } Rex est regnum non totaliter, sed principaliter, & sic non sequitur.

Ad alias Auctoritates omnes dico quòd sunt verę & quòd quidditas est à forma principaliter, & à materia secundario ideo sicuti forma requiritur ad actualitatem & cognoscibilitatem, sic materia requiritur ad cognoscibilitatem. Secundo Respon. quòd loquendo metaphysice sufficit forma, loquendo vero Physice non sufficit forma sed materia indigemus. Hæc quæstio est partim logica partim Theologica, & partim physica logica vt inquit Scotus propter vim sermonis super propositione de re indiuiduali.

Physica, qui de re naturali, & Theologica, quia de Christo Deo.

Ad illud Platonis. Corpus est instrumentum. Respon. quòd non tenemus Platonem, in hac parte. Quoniam corpus est pars essentialis ex qua cum anima fit vnum per se. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Quæstionem Magistri quærentis de vbi in quo anima Christi stetit.

LECTIO SEXAGESIMA-

Nona super Quæstione eadem in qua Magister quærit de vbi anima Christi videlicet in quo loco post separationem à corpore habitauit? In qua obseruabo tria. Videlicet.

Conclusionem / Probationem / Et difficultatum / Solutionem. } Conclusio talis est. Christus totus descendit ad inferos sed non totum probatur. Inquit Paulus ad Ephe. 4. Quod autem ascendit, quid est? nisi quia & descendit ad inferiores partes terræ? Glosa super his dicit. Descendit ad inferos. Idem scribitur. Actuum. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni.

Ephe. 4.

Idem canit Ecclesia in Symbolo Apostolico Descendit ad inferos tertia die.

Idem Damascenus Descendit ad inferna anima deificata. Vt quemadmodum his quòd in terra sunt, ita & his qui in Inferno sunt, & in vmbra mortis sedent superluceſcat, ergo.

Actus 2. Ecclesia.

2. Ratione probatur quòd fuit conueniens Christum descendere ad inferos. Certum est quòd Christus in suo aduentu quatuor præcipua mundo attulit, scilicet.

Sapientiam / Potestatem / Misericordiã & / Vitam. } Sapientiam vt instrueret mundum, Potestatem, vt expelleret Dæmonium, Misericordiam, vt deleret peccatum, & Vitam vt ostenderet mortis imperium nullum. } In concionibus apparuit sapientia. In miraculis potentia, In passione misericordia, &

In limbo vita. Igitur peractis, & completis tribus primis in mundo, & in cruce, opus fuit ad vltimum manum dare, quòd erat ad inferos descendere in quibus partibus, Sanctorum patrum animæ detinebantur illaſq, eripere, gloriæq; vitam dare. Descendit, ergo maxima de causa.

Hinc Paulus dicebat. Expolians Principatus, & potestates traduxit confidenter.

Colo. 2. Zacch. 9. Ose. 13.

Idem Zaccharias præuidens scripsit. Tu quoq; in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu. Idem Osea. Ero mors tua est mors. morsus tuus erro inferne.

3. Ratio. Christus fuit Dux, debellator, victor, & Triumphator. At in triumpho non solum ligatur. Tyrannus sed consolantur detenti in carceribus, ergo cum Dæmonium legauerit debebat dententas patrum animas consolari quæ in lymbo erant, scindereq; catenam, & priuationis lucis pœna liberare. Descendit, ergo dicens. Attolite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Phi.

4. Ratio. Hinc dicit Magister de mente August. contra Fælicianum. Christus fuit vbiq; totus, sed non totum, Ideo in cęlo fuit totus, Totus in Virgine, Totus in terra, Totus in cruce, & totus in Inferno, sed non totum Fuit totus vbiq; quia perfectus, quia infinitus, se non fuit totum vbiq; Ratio redditur. Nam. Totus dicit personam Verbi, Totum dicit naturam. Persona est Deus, Deus vbiq; ergo & persona erit vbiq;.

Aug. con. fæli.

Totum dicit naturam. Natura in Christo est duplex. Altera diuina, altera humana. Christus secundum nam diuinam est vbiq; est in cęlo, in terra & in inferno, secundum vero naturam humanam non est vbiq; Nam dum corpus erat in cruce non reperiebatur in terra, & clausum fuit in sepulchro, non erat in cruce, sic dum anima erat cum persona verbi in Inferno, non reperiebatur in sepulchro, ergo fuit in Inferno.

Num. 21.

5. Ratio. Nulli dubium est quòd Christus omnem ad impleuit scripturam. At inter omnes scripturas fuit illa Mosaica de serpente æneo exaltata in deserto, in quem respicientes populi à morsibus serpentum sanabantur. Figura illa ostendebat Christu in crucem ascensurum, in qua sanati sunt omnes infirmi in illum respicientes, &

Ioan. 12.

tes,& credẽtes. Ideo dicebat, Ego si exaltatus fuero à terra, per lignum cruci omnia traham ad meipsum. Vnde sancti patres explicantes hanc propositionem dicunt inter alia, quòd trahere omnia ad seipsum significat potestatem liberandi animas Patrum de lymbo,& subinde omnium credentium, simulq; corpora resurgere,& de hac liberatione haram in descensu animæ ad inferos ostendit, ergo.

Luce.23. 6. Ratio. Idem asseritur per verba & promissionem factam latroni in cruce. Dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Quid significatur per Paradisum? Non patria cœlestis, quia mansit corpus eius in cruce, ac tumulo, & debebat secum deferre in cœlum. Non significatur etiam Paradisus terrestris, quia non est locus animarum sine corporibus. Quid ergo significabat? Respon. ab omnibus Theologis. Paradisus in præsentiarum significat Gloriam æternam, Visionem diuinam, ac Verbi fruitionem ostensuram patribus in lymbo. Nam Anima Christi erat vnita Verbo, Verbum est Deus, Deus est gloria, Gloria est Paradisus, Anima Christi descendebat in lymbum vt radijs gloriæ patribus illucesceret, cum Christi anima latronis anima descendebat in lymbum, ergo inspiciens gloriam animæ cum patribus, vere concluditur quod Christus ad inferna descendit, & latro in Paradiso fuit.

7. Ratio. Christus debebat ostendere omnium virtutum perfectiones in summo. At inter omnes virtutes humilitas est magna. Ideo hanc ostendere debebat in summo. Christus fuit.

Humilitatis gradus.

Humilis	Humilis in carne	Humilis cum Apostolis, in vita,
Humilior &	Humilior in Cruce, &	Humilior cum Iudicibus, in morte, &
Humillimus.	Humillimus in lymbo.	Humillimus cum patribus post mortem.

Humilis in principio, Humilior in medio, & humillimus in fine.

Humilis in terra, Humilior supra terram, & humillimus sub terra, ergo descendere debuit ad inferos.

Hinc obseruant Theologi quòd quadruplex est infernus pro nunc.

Infernus quadruplex.

Primus est infernus sine pœna sed cum damno forsitan perpetuo,	Primus infernus est puerorum decedentium sine baptismo.
2. Est infernus sine pœna sed cum damno temporali,	2. Patrum decentium, vel qui decedebant ante cœli apertionem
3. Est infernus cum pœna, sed cum spe liberationis.	
4. Est infernus cum pœna perpetua & damno æterno.	

3. Fidelium qui nondum pœnitentiam absoluerunt de eorum culpis,& 4. Dæmonum, & damnatorum, scilicet, Infidelium,& sine pœnitentia decedentium. Stante hac distinctione dico quòd Christus non descendit in infernum puerorum quia non erat vniti illi per fidei sacramentum, nec per circuncisionem.

Non descendit in infernum Dæmonum & damnatorum, quia cum rebellibus Christi anima non habitat per gloriam.

Non descendit in infernum fidelium vbi pœna est maxima, quia nullam commisit culpam nec committere potuit, & omnem peregit pœnitentiam.

Descendit tamen ad infernum patrum, qui vincti erant in tenebris, quia est animarum sanctarum consolator, & liberator, ergo conueniens fuit illum descendere. Hæc pro conclusionis nostræ defensione. Modo oportet videre difficultates.

OBIECTA ASSERENTIA,
Quòd Christus non descenderit ad inferna, vel ad lymbum patrum.

Arg.1. Ad nullum malum descendit Christus, ergo non descendit ad inferos. Patet. Quia dicit Augusti. ad Dardanum, & super Genesim. Infernus in scripturis non facile inuenitur, ergo. Nam si facile est, cui erit facile?

2. Arg. Aut Christus descendit ad inferna

Vel vt liberaret animas patrum,	Non debebat descendere vt animas patrum liberaret, quia sicuti nũc liberat eas quæ sunt in purgatorio ita illas tunc poterat liberare quæ erant in lymbo, cum sit eiusdem potestatis. Hoc apparet in Regibus, qui non accedunt ad carceres, & tamen derentos per ministros liberant, ergo non fuit conueniens descendere illuc.
Aut vt videret animas patrum,	
Aut vt consolaretur animas	
Aut vt anima Christi quiesceret in inferno.	
Sed nullum istorum est dicendum, ergo non debebat descendere. Probo.	

Non fuit conueniens descendere vt videret animas, quia omnia illi sunt præsentia.

Non vt consolaretur animas, quia consolatur nos sine descensu præsentiali, per illuminationes,

Non deniq; vt Anima Christi ibi quiesceret. Quoniã optimæ animæ & lucidissimæ debetur locus optimaq; sedes & lucidissima assignari, At lymbus erat terreus, vilis & tenebris plenus, igit nõ debebat descẽdere.

Arg.3. Quod repugnat rationi non est admittendum. At Christum descendere ad inferna rationi aduersatur, ergo non descendit. Maior est vera. Probo minorem.

Si Christus descendit.

Vel descendit secundum diuinum verbum	Non descendit secundum verbum, quoniam est vbiq;.
Vel secundum carnem,	Non secundum corpus, quoniam erat in sepulchro. Nec deniq; secundum animam. Ratio. Descensus est motus localis, motus localis est solum in corporibus. At anima
Vel secundum animam, sed nullum istorum est dicendum, ergo non descendit.	

est in corporea, ergo non descendit. Maior est clarissima Minor est Phi.6.Phy.

Arg.4. Descendere ad inferos est pœna peccati originalis, ergo non conuenit Christo, qui fuit absq; macula, ergo.

Arg.5. Descensus ad lymbum erat quia nondum solutum erat prætium redemptionis, ergo Christus non debat descendere cum per mortem omne soluisset prætium & debitum, ergo.

RESPON.

RESPONSIONES

Ad primum Ad nullum malum anima Christi descendit, ergo. Respon. non descendit ad malum peccati, quia arguit defectum, Descendit tamen ad malum pœnæ, quia ostendit potentiam, lymbus erat locus non culpæ, sed pœnæ. Descendit, ergo vt solueret à pœna.

Ad 2. Aut descendit secundum animam vt videret, vel liberaret & ce. Respon. vt videret consolaretur ac liberaret animas. Respondeo. Descendit, vt videret, consolaretur & liberaret. Et ad rationes poterat videre eas in verbo, & liberare potestatiue vti modo liberat eas, quæ sunt in Purgatorio.

Respondeo & dico quod argumentum peccat contra Christi amorem. Nam si valeret argumentum potuit sine descensu liberare, ergo debuit. Dicam ego potuit etiam sine morte, ac passione liberare genus humanum, tamen mori voluit, vt infinitam ostenderet bonitatem. Sic licet potuisset liberare animas illas sine descensu non tamen liberauit, vt ostenderet suam arctissimam amicitiam cuius conditio est amicos desolatos videre præsentialiter, & visitare, ac consolari personaliter.

Et licet Deus videat omnia clarissime tamen à nobis non videtur. Licet ergo Anima Christi in verbo omnes patrum inspiceret animas, tamen animæ patrum verbum Christi, nec animam videbant, & sic plenam nõ sentiebant letitiam, ergo merito descendit.

Ad 3. Aut verbum descendit, aut anima. Respond. quòd descendit secundum animam. Et quando dicitur. Motus localis non conuenit formæ incorporeæ. At anima, ergo Respondeo quòd motus est duplex.

Primus dicit successionem	Primus motus non conuenit animæ sed corpori, quia est acquisitio partis post partem & mensuratur tempore,
2. Dicit instans.	

2. Motus conuenit spiritibus, qui statim acquirunt suos terminos. Hinc Ideo anima statim sine tempore, & mora descendit.

Ad 4. Et 5. quando dicitur quòd est locus pœnæ peccati originalis. Respon. quòd est argumentatio insufficiens. Nam dicitur etiam esse locum maximæ charitatis, Amicitiæ, & humilitatis. Et propter hanc causam descendere voluit. Hæc pro præsenti. In sequenti. examinabimus Quæstionem Nostri Ioannis Bachonis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA

LECTIO LXX.

Super Quæstione 22. Ioannis Carmelitæ, in qua disputat de motu grauium & leuium. Qua disputatio est difficilis, sed maximæ vtilitatis. Idcirco faciam more solito Quatuor.

Primum versatur circa continuationem.	Quo ad continuationem. Ad quid agere de grauibus & leuibus? Respondeo quòd non sine causa verba facit de grauibus, sed maxima cum ratione, & necessaria connexione. Nam cum Magister sent. in Dist. præsenti egisset de Animæ Christi descensu ad inferos, ad lymbumq; & anima & corpus sint relatiua, oportebat etiam de corporis descensu agere,& verba facere. Et cum ad descensum animæ sufficit sẽ esse formam efficiẽtem & actualem idcirco per se ascendit & descendit, Idcirco vult inuestigare quomodo corpora cum sint grauia & leuia ascendant & descendat suos ad confines. Ideo Doctor sapientissimus sapientissime hanc posuit Quæstionem de grauibus & leuibus.
2, Quomodo grauia & leuia generentur.	
3. Ponam conclusionem de illorum motu	
4. Adducam rationes & soluam.	

Quo ad generationem. Dico quòd generantur grauia à cœlo à planeta, & ab inuicem.

Generantur à cœlo & planeta cum sit influens vniuersale quod ad omnem concurrit generationem. Hoc apparet ex Phi.d.Sol & homo generant hominem, ideſt corpus hũmanum, vnde sol accipitur pro cœlo, & omnibus planetis.

Generantur ab inuicem sed non sine cœli influxu. Exemplum. Accipiatur pugillus terræ, approximetur quę aeri, statim aer per qualitates contrarias quæ sunt in aere terram transmutabit. Terra dicitur frigida & sicca, aer humidus & calidus, idcirco cum inuirtute terram superet destruet qualitates oppositas scilicet frigiditatem & sic citatem mediante caliditate, & humidate, introducetq; proprias, & sic terra in aerem mutabitur. Hoc ex Phi.2.de Gene.eleme.

Præterea. Dans formam grauis, dat ea quæ consequuntur ad formam. Dans formam ignis, aut terræ, vel lapidis dat omnia ea quæ consequuntur ad formam lapidis, terræ, & ignis. Exemplum sumatur ab Anima. Nam Deus dans formam hominis scilicet animam Intellectiuam, dat omnia quæ consequuntur ad animam Intellectiuam, sed ad animam Intellectiuam consequuntur potentiæ animæ, videlicet. Memoria, Intellectus voluntas, & libertas, ergo dans animam dat illas potentias, sic dans formam grauis etleuis dat consequentia ad illam formam. Ratio quia forma cum sit perfecta habet suas potentias & facultates, ergo

2.de Gene.elemen.

quando cœlum generat corpus dans illi formam dat ea quæ consequuntur ad formam . Nam ad formam grauis sequitur vbi deorsum , ergo dat illi vbi deorsum , sic in leui. Dans formam leuis dat consequentia ad vbi. Sic dans formam lapipis, dat ipsi lapidi duritiem, sic ferro, & auro.

Grauium & leuium causa.

Præterea Grauia & leuia habent suas causas & sua principia, quibus constant videlicet,

Efficientem	Causa efficiens est cœlum, planeta, & periculare agens quod dicitur generans.
Materiam	Causa materialis & formalis sunt partes essentiales internæ ipsum graue, aut leuæ
Formam	constituentes. Et constituunt ipsa corpora in tali gradu.
Finem &	Causa finalis dicitur esse suum vbi. Nam graue habet pro fine vbi deorsum , & le-
Instrumenta.	uæ vbi sursum.

Causa instrumentalis, qua facile suos ad fines tendunt sunt grauitas, & leuitas in ipsis corporibus mixtis, & simplicibus grauibus & leuibus, Ex his modo ponitur hæc conclusio Grauia & leuia mouentur.

A generante quia dat esse de non esse. A forma quia est actus & perfectio illorum. A materia quia est subiectum motus. A fine quia est illorum quies, & ab instrumentis, quia facile suas acquirunt sedes. Hinc Doctor ar. 5. assignat triplicem motum ipsis grauibus & leuibus, ex quo clarissime apparet quomodo moueantur, & mouent. Vnde ex illa partitione declarantur omnes Auctoritaes Phil. & soluuntur dubia aliorum.

Primus igitur motus est propter formas suas intrinsecas grauis & leuis, idest vt corpora grauia ac leuia.

Secundus motus est propter remouens prohibens, vel obstaculum, vt quando lapis dicitur extra centrum supra aliquam columnam, si animal, vel homo, aut instrumentum bellicum frangit columnam lapis ad suum tendit locum.

Tertius motus est propter medium in quo mouentur. Nam dum lapis mouetur deorsum, mouet aerem aer motus secundum partem grauem descendit cum lapide, coadiuuatq; lapidem ad suum vbi, pari modo dum ignis ascendit pars illa aeris quæ est leuis coauxiliatur igni vnde facile suum ad vbi tendit. Ecce habes quomodo moueantur scilicet.

Motus grauiũ & leuium.

A Generante	A Generante quia producit illa corpora grauia & leuia,
A remouente	A remouente, quia impedimentum tollit,
A se,	A se, quia habent formam & materiam,
A medio,	A medio, quia coadiuuat illa;
A fine, &	A fine, quia illum appetunt & amant, &c.
A Graui, & leui.	Grauitate & leuitate, quia sunt eorum instrumenta.

Quod autem motus iste sit à generante patet ex Phi. 4. de Cœlo. t. & commentario 25. vbi concludit quòd omne mobile dum transfertur de potentia mobili ad esse actu mobile, dat cum sua perfectione terminum, vltimum idest vbi. Exemplum ponitur de membro sanabili. Nam dum medicus per cibum, & pharmacum membrum dissolutum, tractum, vel deformatum ad suam reducitur formam simul & semel reducitur ad sanitatem. Sic dum graue reducitur ad formam grauis, reducitur etiam ad suum finem, & suum vbi, ergo est à Generante. Rationem huius dicti scribit eo loci Commentarii. 24. Quia non solum forma grauis, est sua perfectio, sed suum vbi est perfectio grauis & leuis, ergo dans primam perfectionem & secundam dabit, nisi impediatur.

Exemplum aliud in substantia in genere. Producens substantiam corpoream per motum, producit simul & semel quantitatem & qualitatem, quæ sunt de sua perfectione, ergo & generans ignem generabit suum vbi, sed cum ignis producitur, producitur per motum, ergo generans producit motum suum ad vbi.

Hinc in Comm. 22. ponens discrimen inter animata & inanimata dicit quòd entia animata licet pendeat ab agente quoad primam perfectionem scilicet animalitatis, non tamen necessario pendent quo ad motum. Nam animata non statim mouentur ad aliquid agendum.

Ratio. Cum animal moueatur per appetitum, non semper datur appetibile præsens, & si datur præsens non datur medium dispositum, & licet medium sit dispositum, animal autem potest esse indispositum, & sic non suum attingit votum. In grauibus autem & leuibus non sic, sed necessario mouetur nisi impediatur quia appetitus suus naturalis cogit illum, & reducit ad finem cum semper sit indispositione necessaria. Alioquin non esset graue & leue, ergo generans dans formam, & motum ad vbi.

6. lib. de cœlo. Quòd autem moueantur à seipsis patet tex & Commentario. 24. vbi discrimen ponit inter graue & leue & inter sanabile. & augmentabile. Nam graue & leue habent principium motus in seipsis scilicet formam, sanabile & augmentabile habent principium externum, scilicet medicum, & cibum, ergo mouentur etiam à seipsis.

8. Phy. t. & co. 32. Idem asseritur. 8. Physi. tex. & Commentario. 32. vbi inquit quòd graue dupliciter consideratur respectu motus.

Graue. dud. 3. cœli. t. & co. 28.

Vel vt dicit actum	Si consideretur vt dicit actum, sic est principium mouendi se.
Vel vt dicit potentiam.	Si vt dicit potentiam, sic est principium moti.

Idem legitur 3. cœli. t. & Com. 28. vbi expresse dicitur quòd grauia & leuia sunt qualitates actiue respectu motus ad extra. Ratio, quia dum lapis descendit mouet aerem, sic cum sursum proijcitur in virtute principalis agentis, vt baculus in virtute brachij mouet lapidem, ergo.

Reddit pulcherimam rationem Doctor. Nam si in motu violento grauitas non moueret aerem, aerq; motus non coadiuuaret lapidem, lapis separatus à primo motore caderet deorsum. Nota dicit quòd caderet deorsum, ergo dum violenter mouetur, mouet naturaliter, quia est forma mouens, & recipit motum, quia est materia. Ideo grauia & leuia sunt actiua, quia sunt in actu, & sunt passiua, quia recipiunt motus sursum & deorsum, ergo sunt causa motus actiue & passiue, quia est ibi forma & materia. Ideo mouent & mouentur essentialiter. Mouent se essentialiter, quia sunt in actu, & habent formam, mouentur essentialiter quia habent subiectum materiale.

Quod etiam mouent se per accidens idest per aliud patet. Nam mouere se per se, est mouere per suam formam, & per actum naturalem. Mouere se per aliud est, quando motum mouet medium & in illo medio mouetur. Exemplum, Quando lapis motus mouet aerem, aer motus, mouet lapidem. Ecce quomodo se per aliud mouent. Exemplum. Homo mouet se per se quando ambulat, Monet se per accidens, quando nauim mouet, & mouendo nauim in qua est mouet se per accidens, idest per nauim, ergo conclusio vera dicitur esse.

Ideo

Ideo Doctor vt soluat omnia argumenta ponit hanc enumerationem eorum quæ sunt mota. Nam quædam sunt mota in quibus motor differt subiecto & diffinitione à moto. Et istud genus est in æternis. Nam intelligentia quæ mouet cœlum differt à cœlo subiecto, quia assistit, & non informat, & differt diffinitione cũ alterum spiritus, & alterum corpus. *Eorum quæ sunt mota.*

Quædam differunt natura & diffinitione sed non subiecto, vt anima rationalis differt diffinitione à corpore, quia alterius est naturæ, sed non differt subiecto, quia est forma corporis.

Quædam differunt solum secundum motum sed natura, diffinitione & subiecto sunt idem. Exemplum in grauibus, & leuibus. Nam grauia & leuia differunt solum prout dicuntur esse in actu & potentia. Ideo ista potentia & actus non differunt sicuti anima & corpus, sed differunt solum relatiue, quatenus respiciunt motum. Nam dum forma grauis mouet seipsum dicitur actus, dum graue recipit vbi dicitur potentia. Ratio. Quoniam in graui, & leui pars non mouet partem, anima quæ est pars essentialis mouet corpus quæ est alia pars essentialis, sed in illis tota grauitas simul est ratio mouendi, & tota est ratio moti vt inquit Philo. 8. Phy. tex. com. 32. Hæc quo ad probationem cõclusionis. Modo videre debemus difficultates quas facit Guido Carmelita in 4. Arti. vbi probat quòd grauia & leuia non moueant se actiue, quæ sunt pulcherrimæ, ingenijq; præclarissimi.

OBIECTA

Contra prædicta ex Domino ac Reuerendissimo Guidone Episcopo Carmelita probantia quòd grauia & leuia non se moueant actiue.

Arg. 1. Si grauia & leuia mouerent se actiue, sequeretur quòd reducerent se de potentia accidentali ad actum. Hoc autem est impossibile, ergo. Probo antecedens. Nam dicit Philo. 5. diui. tex. com. 17. Potentia actiua est principium transmutandi aliud in quantum aliud. Patet in ædificante, in medicina, & in anima mouente corpus. Nam alia sunt ista mouentia à motis. Aliud est anima à corpore, medicus ab ægroto, & ædificans à ab ædificatione.

Arg. 2. D. Aug. 2. delib. Arb. c. 28. Nulla res potest dare sibi id quod non habet, ergo cum grauia & leuia careant motu ad suum vbi, quomodo poterunt dare sibi ipsis ex seipsis? D. Aug. Nulla res potest generare seipsam, nec augere seipsam, sit nec mouere, ergo.

Arg. 3. Nulla corporeitas potest esse causa alicuius passionis, ergo grauia & leuia non possunt per suas formas, quæ sunt corporeitates esse causæ effectrices motus, qui motus est passio corporis mobilis, D. Phi. Grauia & leuia non possunt se mouere.

Arg. 4. Si grauia mouerent se, sequeretur quòd iste motus esset.

Aut propter formam	Si motus iste accidentalis esset propter formam, ergo cum cœlum quòd est in
Aut propter materiam.	potentia accidentali ad motum, moueret se actiue, quod est falsissimum.

Non, ergo per formam mouentur actiue.

Si vero motus iste deorsum, vel sursum esset per materiam non plus fertur deorsum, quàm sursum. Igitur dicere non possumus quòd se actiue moueant.

Arg. 5. Arist. 8. Phy. tex. com. 31. vltra medium inquit loquens de subiecto quod est in potentia accidentaria, scilicet in potentia ad motum. Vt aqua quæ est in potentia ad caliditatem non potest seipsam ad illam mouere. Idem non potest esse in actu & in potentia, secundum idem, ergo Graue & leue non possunt mouere seipsa, quia essent in actu & potentia respectu eiusdem, ergo.

Arg. 6. Certum est enim quòd omnes partes grauis sunt eiusdem quantitatis, ergo eiusdem virtutis, ergo non magis vna pars erit causa actiua motus & altera receptiua motus, ergo si vna mouebit, & altera, mouebit, & si vna mouebitur & altera mouebitur quia non est maior ratio de vna parte quàm de alia, ergo idem simul & semel in actu & potentia. Hoc falsum, ergo mouet seipsum.

Arg. 7. Grauia & leuia mouentur à locis, ergo non à seipsis. Patet. Nam quanto mobile est propinquius centro, tanto fortius, & velocius mouetur sed hoc non est propter grauitatem, sed propter vim loci, quæ trahit mobile, Vt in magnet. Nam ferrum quanto est propinquius est velocissimum, ergo. *7. Phy. t. co. 10*

RESPONSIONES,

Pro obiectis, quod in grauibus et leuibus sit potentia actiua motus.

Ad primum argumentum. Potentia actiua est principium transmutandi alterum in quantum alterum, sic passiua. Respon. quòd potentia sumitur dupliciter.

Primomodo vt dicit formam	Si potentia sumatur primomodo vt dicit formam dico quòd for-
Vel vt dicit actum	ma est duplex.
& potentiam.	Altera quæ distincta est ab ipso mobili subiectiue, vt intelligentia respectu cœli, Altera quæ non est distincta à subiecto, sed diffinitione vt anima quæ est in corpore, diffinitiue distinguitur à corpore, non autem subiecto. Et hoc modo certe potentia actiua altera est à passiua.

Si vero sumatur pro vt dicit actum & potentiam ad formam accidentalem, vt ad motum, dico q; non currit argumentum. Quoniam actus & potentia sunt idem vt patet in graui & leui. Nam in graui est actus mouens, & potentia receptiua motus. Idest graue mouet & mouetur mouet aerem, & mouetur, ab aere. Vocatur etiam modus diuersus se habendi, & concipiendi. Nam alia relatione refertur vt mouet alia vt mouetur, ergo modus diuersus.

Ad 2. Nil generat se, ergo nec mouet se. Negatur consequētia. Nam omnis motus est à natura, sed natura est principium in illo in quo est primo & per se, ergo erit principium internum leuis, & grauis. Hinc obserua quòd esse in potentia stat dupliciter.

Essentialiter & Accidentaliter. } Essentialiter homo est in potentia quando caret anima & corpore, & de potentia ista ad actum non potest per se reduci sed indiget suo efficiente, & proprio generante.

Accidentaliter vero dicitur esse in potentia, quando caret vel loco, vel aliqua quiete ad quæ nisi impediatur statim per se ad illa mouetur cum sit ens naturale, & sic soluitur argumentum.

Ad 3. 4. & 5 eodem modo dicimus. Et quando dicit Philo. quòd mouentur à generante. Respondemus. Moueri est dup. effectiue & formaliter. Mouentur effectiue à generante, sed formaliter & qualitatiue à suis formis, quæ sunt qualitates actiuæ grauis & leuis.

Ad 6. Sunt eiusdem rationis partes grauis & leuis. Respon. quòd partes grauis & leuis esse idem stat dupliciter.

Vel idem subiecto, loco, potentia & spetie, Vel idem modo, & ratione, } Sunt idem subiecto, loco, & spetie, sed non sunt idem modo, & ratione. Et hoc sufficit.

Ad 7. Quando dicitur quòd mouentur à loco attrahente, quia loco approximatis motus est velocior. Respon. quòd non est simile propter duo.

Primum est respectu attrahentis, Secundum respectu attracti. } Nam ferrum & nutrimentum respectu animæ vegetatiuę non habent formas proprias vt possint se mouere ad magnetem, & ad nutritiuam, sed indigent virtute suorum attrahentium super se.

Idcirco respectu attrahentis dicimus quòd Magnes est causa totalis motus ferri ad cum, sic vegetatiua est totalis causa quòd nutrimentum vniatur illi, quia hoc à suis formis minime habere valent, immo est repugnans, At in Grauibus & leuibus locus est solum coadiuuans, aer cooperans, & illorum forma, natura ac conditio ducens ad vbi deorsum, vel sursum. Et sic non currit argumentum. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Distinctionem Magistri sen. in qua explicat dona & virtutes quibus completiue reparati sumus per Christi Passionem.

LECTIO LXXI.

Super Distinctione 23. In qua Magister agit de de fide quid sit formaliter. Secundo de quibus sit fides materialiter. Tertio examinat quandam opinionem.

Idcirco cum facilis sit continuatio videbimus quid sit fides, & quot modis dicatur fides subinde soluemus difficultates.

Quo ad primum de fidei quidditate, ac natura. Omnes ferè Theologi suum dederunt votum, & ex ijs aliquos se legi, & ex his adduco in medium.

Petrum de Aliaco, Isidorum, Gersonem, S. Thomam. Damascenum Ioan. Chrysostomum, Magistrum sententiarum, & Diuum Paulum. Omnes isti viri describunt fidem verbis diuersis, tamen quo ad sensum sunt simul, eandemq; naturam dicunt. Ecce. } Petrus de Alyaco q. 1. Prologi ar. 2. dicit. Fides est ascensus verus, firmus, sine formidine, sed non euidens, Isidorus dicit. Fides est qua veraciter credimus id, quod nequaquam videre possumus. Gerson inquit. Fides est virtus, qua ea quæ ad fundamentum religionis pertinent, rectè firmiterq; creduntur. S. Thomas notat. Fides est habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum assentire non apparentibus firmiter, & immobiliter. Damascenus in 4. lib. ponit, quòd fides est eorum quæ sperantur hypostasis, ideſt substantia. Ioannes Chrysosto. scripsit. Fides est

Heb. 2.

sanctissimæ Religionis fundamentum Magister sent. de mente Diui Augustini concludit quòd fides est virtus, qua creduntur ea quæ non videntur. Vnde apparet quòd omnes vnam eandemq, dicunt rem licet verbis varijs. Hinc sanctus Paulus ad Hæbreos. 2. scribens dicit. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium & quia omnes aliæ diffinitiones fundantur super hac Apostoli, idcirco eam paucis explicabo. In præsenti, ergo diffinitione dicit quinq; potissima in quibus optime enucleantur omnia illa quæ ad nostram spectant salutem, & sine quibus nemo æquidem saluari potest.

Dicit, ergo quòd fides est Substantia Rerum Sperandarum } est substantia non natura, quia est virtus qualitatiua, sed est substantia operatione. Quia substat vt fundamentum, & radix omnibus alijs virtutibus, vti substantia dicitur omnium accidētium subiectū. Hinc, quem admodū

Argumentum

Argumentum Non apparentium. } ablata substantia omnia ruunt accidentia, sic ablata fide omnes aliæ pereunt virtutes.

Secundo dicitur substantia rerum, quoniam habet pro obiecto res veras, firmas, & infallibiles. Vnde nullo pacto intellectus decipi potest.

3. Dicitur sperandarum. Quoniam dicitur de præteritis & de futuris, sed magis de futuris quàm de præteritis. Nam fides refertur ad præterita & ad futura. Ad præterita, vt ad Christi Ascensionem, Resurrectionem, sacramentorum institutionem, Mortem, Passionem, Miraculorum actionem, & incarnationem. Sic ad legem veterem, ad Diluuiū, Paradisum Terrestrem. Adami peccatum, mundi creationem, luciferiq; rebellionem, & damnationem. Nam omnia ista vt præterita firmiter & indubitanter credit. Refertur etiam ad futura, Nempe ad futuram resurrectionem omnium mortalium, ad Iuditium vniuersale, ad pœnas inferni, & gloriam cœli. Sed magis dicitur de futuris cum sit de non visis. Idcirco vt faciliori via cognoscatur, verbo sperandarum vtitur Apostolus.

4. Dicitur argumentum. Quoniam fides non est opinio. Non est fictio, Non est hominum inuentio sed dicitur esse infallibilis demonstratio omnem continens veritatem falsitatemq; repellens. Vnde diuinitus addidit argumentum. Nam est quasi vt Magister, qui mentem, ac intellectum de eorrbus arguit, sic fides est quasi arguens intellectum de fallatijs in credendo.

5. Dicitur non apparentium. Vt sciamus omnes sui obiecti conditiones. Nam habet pro obiecto occulta humanis sensibus. Hinc si sensus perciperet quod Intellectus crederet fides nō esset fides sed esset scientia, nullumq; meritum hoc modo inesset credentibus. Idcirco vt à credentibus curiosa experiendi ac aperte videndi excludantur verbum illud non apparentium apposuit.

Præterea vt Concionatores degredi valeant in sermonibus dicam quòd S. Paulus dixit fidem esse substantiam propter dignitatem, Primum dixit substantiam propter Intellectum.

Rerum, propter veritatem, Sperandarum propter mensuram, Argumentum, propter infallibilitatem, & Non apparentium, propter meritum. } Rerum propter mentem, Sperandarum propter voluntatem, Argumentum propter rationem, & Non apparentium propter sensum.

Præterea dixit hac pulcherrima ratione, quòd fides sit.

Substantia Rerum, Sperandarum Argumentum & Non apparentium. monstratio. } Nam dixit substantiam, quia est à Deo prima & infinita substantia Dixit rerum, quia de Christo in quo sunt tres res. Verbum. Anima & caro. Dixit sperandarum. Quia est de summa gloria, quam speramus. Dixit argumentum quia est de Euangelio argumentorum omnium Prophetarum Patriarcharum, legum, figurarum & præceptorum, argumentum clarissimaq; de

Dixit non apparentium, quia est de sacramentis in quibus non videtur gratiæ infusio, Hominis iustificatio. Animæ sanctificatio, cordis exultatio, dæmonis expulsio, ac Trinitatis inhabitatio secundum dictum illud. Ad eum veniemus & mansionem faciemus. Hæc etiam addo.

Dixit esse substantiam, propter debiles quos firmissime in Dei amore sustinet.

Dixit rerum, propter simplices quòs docet, & instruit de Dei optimi maximi omnipotentia.

Dixit sperandarum, propter amantes qui perseuerantes in fide Dei Coronam sempiternam ac immarcessibilem expectant, & sperant.

Dixit argumentum propter Philo. quos arguit, ac reprehendit non credentes Deum vnum & trinum.

Dixit non apparentium propter Dei Maiestatem quæ oculis humanis in hac peregrinatione, & mortali cursu occultata, velataq; est. Hæc pro descriptione. Quo ad secundum propositum. Fides habet gradus multos: Nam dicitur.

Fides, infusa Acquisita, Habitualis, Actualis, Implicita. Explicita, Mortua, Viua Informis & Formata. } Infusa à Deo, Acquisita à nobis, Habitualis in anima, Actualis in confessione, Implicita in simplicitate, Explicita in doctrina, Mortua in peccato, Viua in Gratia, Informis sine charitate, Formata cum charitate. } Fides infusa est lumen à Deo immediate in Intellectum humanum creatum quo mentis oculi ad videndum supra humanas vires, æleuantur atq; extolluntur. De hac d. Paulus. sine fide impossibile est placere Deo. Acquisita dicitur esse cognitio articulorum ex concionibus, sermonibus, lectionibus, & alijs institutis, desumpta, de qua S. Paulus. Fides exauditu.

Hæbre. 11.

Fides habitualis est lumen occultum in anima intellectiua, quo anima disponitur præparatur ac facile, promptęq; ad credendum articulos Ecclesiæ inclinatur, de qua Augustinus loquens de pueris baptizatis in quibus gradus iste imprimitur, verba facit.

Fides actualis, est lumen egressum ab intellectu, quo actualiter Deum vnum & Trinum, Christum Redemptorem, & vitam æternam fatetur publice, aperte coram populis, & Tyrannis. Hæc fides fuit in Martyribus qui pro fide Christi carcres, Crucesq; subiere, de qua dicit scriptura. Qui me confessus fu. coram homi. confi. & ego eum co.p.meo.

Fides implicita est lumen vel assensus actualis, quo Intellectus adhæret alicui propositioni vniuersali, in qua continentur multæ singulares, quas omnes suscipit pro veris.

Exemplum. Mulier adheret huic propositioni explicite. Omne contentum in sacra scriptura Canonica est verum & infallibile. At quia in ista propositione sunt multæ propositiones implicitè omnibus illis firmo adhæret assensu.

Et si quis dicat. Quæ sunt inclusæ in hac vniuersali? Dicerem omnes istę videlicet. In principio creauit Deus cęlum & terram.

Adamus fuit de Paradiso eiectus, Christus Incarnatus, Christus cum discipulis cænauit, & aliæ huius generis. Deniq; credit quicquid Ecclesia approbat.

Fides Explicita est animæ assensus firmus, & clarus de propositione aliqua vniuersali & singulari, vt inquit Biela. lib. 3. Dist. 25. q. vnica.

Fides informis est assensus firmus de articulis sed priuatus charitate. Talis est in catholicis, qui odio suum persequuntur fratrem.

Fides formata dicitur assensus articulorum cum charitate, qua Deus & proximus diligitur. Vnde charitas est veluti indumentum corporis, quo carente parasito illo sensit iustitiam domini incarcerem detrudentis. Hinc Cardinalis Camerarensis inquit, quòd fides ista est operans salutem. Quoniam cum operibus est socia ta, ac vnita. *Lib.4.q.2.ar.2*

Fides mortua est assensus hæresi vulneratus circa aliquem articulum. Nam qui discredit alicui articulo sacræ scripturæ caret Deo, Qui caret Deo, caret vita, ergo mortuus infide, mortuus est in Deo. Hinc tunc ad vitam resurgit quando firmiter articulis assentit, & adhæret. Et vt exigenio aliquid proferam, dico quòd.

Fides infusa mouet intellectum ad opus,	Vlterius. Fides infusa credit Deum,
Acquisita progreditur ad opus,	Acquisita credendo scit multa de Deo,
Habitualis facilitat opus,	Habitualis firmiter Deum credit,
Actualis opus terminat,	Actualis profitetur & laudat Deum,
Implicita omne vult opus,	Implicita credit Deum, & credendo tenet omnia Dei attributa.
Explicita omne declarat opus,	Explicita non solum Deum credit, sed omnes
Informis operatur sine merito salutari,	suas perfectiones singillatim explicat.
Formata operatur cum merito salutari,	Informis credit Deo, formata credit in Deum
Mortua nescit operari, &	eiusq; filium vnigenitum. Mortua negat Deum
Viua operatur scit operari, ac de omnibus operibus	formata vero Credit Deum, Deo, in Deum, &
infinitam meretur retributionem.	propter Deum. Et hæc fides hominẽ iustificat. Hæc in multis reperitur bonis, & deuotis. Ex ijs facile colligi potest quid, & quotuplex sit fides. Oportet modo videre aliquas difficultates & soluere eas.

OBIECTIONES,

Contra prædicta, et primo contra diffinitionem Fidei, in qua dicitur quòd sit substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium.

Arg.1. Fides est virtus, virtus est qualitas, qualitas est accidens, ergo fides non est substantia.

Arg.2. Fidei opponitur hæresis & infidelitas, substantia nil opponitur d. Phi. in prædicamentis, ergo fides non est substantia. *Primæ.Cor.13*

Arg.3. Omnis substantia aut est forma vt intelligentię, aut est formata vt materia prima, sed fides est informis dicente Paulo. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum, ergo cum non sit, nec materia, nec forma, nullomodo dicitur substantia. De hac etiam primæ. Cori. 9. Alij datus fidei in eodem spiritu.

Arg.4. Præterea quòd non sic argumentum. Substantia est res ad extra realis, ergo non erit argumentum quod est ens rationis, ergo si fides est substantia non erit argumentum, & si est argumentum nullomodo erit substantia.

Arg.5. Præterea substantia per se existit, fides non per se existit, sed in intellectu existit, ergo fides nullo pacto potest esse substantia.

Arg.6. Præterea substantia est visibilis, & sensibilis apparensq; ergo fides non erit substantia, quia non apparet, nec est de apparentibus, ergo. Antecedens est clarissimum. Apparet homo, lapis, animal & cęlum, ergo non est substantia.

RESPONSIONES,

Obiectorum, quòd sit substantia, et quomodo.

Ad primum fides est qualitas. qualitas accidens, ergo potest esse substantia. Respon. quòd substantia sumitur trifariam.

Primomodo pro genere quod distinguitur contra nouem cathegorias. Et hoc modo non est substantia.

Secundomodo substantia sumitur pro natura, & essentia cuiuscunq; entis siue sit in se, siue sic in alio, & hoc modo substantia dicitur non solum entia quæ existunt per se vt Deus, Intelligentiæ, cęlum, homo, animalia & plantæ, sed etiam omnia genera accidentalia, vt Quantitas, Et reliqua, & sic hoc pacto dicitur. Fides substantia. Ratio quia habet essentiam suam.

Tertiomodo substantia dicitur omne id quod est fundamentum, origo, radix, & primum in incohatione alicuius ædificij corporalis, siue spiritualis. Hoc pacto dicere possumus, quòd in vegetabilibus substantia erit radix. In animalibus cor in artificiatis fundamentum. In naui carina. In scientijs prima principia. Puta in Grammatica litteræ, In Mathematica prima elementa id est propositiones, vel suppositiones. In mundo inferiori quatuor elementa dicuntur omnium rerum substantia ex ijs modo respondeo quòd substantia sumitur dupliciter.

Primomodo prout substantia dicit ens per se subsistens, vel vt substantia dicit alteram partem compositi & hoc modo non est substantia ipsa. Nec sub hoc significato loquitur Paulus.

Secundomodo sumitur fides pro essentia, & fundamento & sic certe possumus dicere quòd fides substantia sit. Nam est fundamentum, & principium omnium virtutum, & hoc voluit inferre S. Paulus & hac vnica responsione omnia alia argumenta expelluntur.

Idem dicit S. Bona. vnde notat & pulcherrime, quòd fides dicitur à Paulo notanter, *Respon. 35.*

Argumentum & Substantia.	Argumentum propter intellectum.	Argumentum quia illuminat intellectum.
	Substantia propter affectum, & voluntatem.	

Substantia quia corroborat, firmat ac stabilit affectum in Deo. Ec apparet hanc diffinitionem optime allatam à Paulo S, Restat modo videre de fide infusa an sit necessaria? & cras respondebimus.

LECTIO LXXII.

In qua quæritur. An fides infusa sit necessaria ad salutem? In qua videbimus quomodo sit necessaria Secundo probabimus, Tertio soluemus dubia.

Pro huiuscemodi intelligentia scire oportet quòd fides de mente omnium Theologorum dicitur esse Virtus Theologica in potentia cognitiua & affectatiua animæ. Est in potentia intellectiua & cognitiua quia illuminat intellectum inclinat intellectum & captiuat in obsequium Christi, Ecclesiæ legis, & articulorum. Est in potentia affectiua, in voluntate, & in libero arbitrio, Quoniam per ipsam fidem voluntas, & liberum arbitrium libere, prompte & statim assentit credendis. Hinc Vgo de S. Victore inquit, quòd fides dicitur materialiter & formaliter. Materialiter est intellectu quia sunt ea quæ debet credere, & cognoscit credibilia, sed formaliter est in voluntate, quoniam per illam voluntas adhæret credendis. Ratio est in promptu. Nam per fidem formatam cui socia est charitas d. Paulo. Fides quæ per dilectionem operatur, homo meretur vitam æternam. At meritum non est formaliter in intellectu sed in voluntate, ac in libero arbitrio, ergo si voluntas nuda & sine fide non potest mereri, si meretur, meretur per fidem, ergo erit in illa. Ex qua veritate deducitur alia veritas quomodo Intellectus dicatur extendi & voluntas. Nam dum inclinatur voluntati, vel voluntas inclinat illum, vel voluntas & intellectus inclinantur ad opus, & ad praxim, tunc dicitur extendi Intellectus & voluntas non quantitatiue, neq; essentialiter, sed solum complacentia quadam. Ex ijs modo quærunt Doctores Theologi. An fides qua operamur sit infusa an solum acquisita? Quibus. Respondemus, quòd fides est simul & semel infusa & acquisita. De aquisita dicit Paulus. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. De infusa concedunt omnes Theologi. Nihilo sectius ostendam hanc conclusionem multis auctoritatibus, & rationibus. Sit, ergo conclusio. Fides infusa necessaria est ad salutem. Probo. *In lib. de sacra. Ebtensio Intellectus.*

Prima ratio. Nullus saluari potest sine donis diuinis, ergo non saluabitur sine fide infusa, quæ est donum Dei. Quòd autem fides sit donum Dei patet in sacra scriptura. Nam omne optimum est à Deo, fides cum sit virtus Theologica est quid optimum d. Iacobo. Omne datum optimũ & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, ergo est donum. At dona infunduntur, ergo fides infusa necessaria.

2. Ratio. Non potest arbor viuere sine radice, nec illustrari aer sine luce solari, ergo nec viuere poterit anima, nec illustrari absq; fidei radice & luce diuina, ergo necessaria.

3. Ratio. Sicut se habet prima causa ad productionem effectuum corporalium, sic se habet Deus ad salutem animarum. Sed sic est q, secundæ causæ non possunt operari sine influxu primæ causæ, ergo nec animæ possunt operari sine influxu diuino. Sed primum medium acquirendi salutem dicitur esse fides, ergo erit necessarium vt reueletur, ergo vt infundatur.

4. Ratio. Confirmari potest ex dictis sanctorum. Nam Paulus dixit quòd illi fuerunt reuelata diuina mysteria. Veniam ad visiones & reuelationes domini scribit Ecclesiæ Corinthianæ. Idem Romanorum primo Iustitia Dei reuelatur ex fide in fidem. Idem apparet in Prophetis & Patriarchis quibus Deus ex tempore omnia attinentia reuelauit. Dico omnia quæ pertinent ad Trinitatem, Incarnationem, Passionem, Resurrectionem, & Ascensionem Messiæ: sed reuelatio in aliud est quàm fidei infusæ, qua interne omnia illa sacramẽta credebant, & docebant, ergo cum Deus & natura nil agant frustra sed mirabili omnia disponunt ordine, & ordo facit ad salutem, sequitur, ergo quòd infusio fidei fuit necessaria. *1.Corin. 12. Roma.1.*

5. Ratio. pueris statim baptizatis & decedentibus datur regnum cęlorum. Sed quæritur quomodo datur? Datur quia baptismo Christi lauantur purgantur ac Sanctificantur. Sed Baptismus cum sit sacramentum supponit fidem necessario alioquin non daretur sacramentum effectiue, & fructuose. Ista autem fides non potest vocari acquisita cum nullum audierint, nec potuerunt audire, ergo erit infusa, ergo necessario requiritur. Hinc duplex requiritur fides.

Altera infantis	Altera interna	Altera actualis	Habitualis illustrat animã
Altera compatris.	Altera externa.	Altera habitualis.	pueri vt possit videre, credere, ac Deo adhærere.

Actualis, profitetur Deum patrem, filium, & Spiritum Sanctum cum alijs articulis.

Habitualis tollit cęcitatem pueri. Actualis supplet defectum pueri.

Habitualis expellit fatham à puero. In actuali vnitur Ecclesiæ puer.

Habitualis est primus actus, & perfectio pueri. Actualis est secundus actus pueri, ergo cum posterius necessario pędeat à priori, sicuti effectus à sua causa. Nec possit esse effectus sine causa sequitur necessario quòd si ad salutem in adultis requiritur fidei vterq; gradus scilicet, actualis, & habitualis, quòd in pueris requiratur habitualis, & incompatre actualis. Sed habitualis est infusa, ergo solus esse non poterit sine ipsa.

6. Ratio. Certum est enim quòd nullus saluari potest nisi credat Deum vnum, & Trinum. Vnum in essentia, & trinum in personis. Sed nec scientia aliqua humana, nec natura hoc potest persuaderi, ergo si homo debet hoc credere indiget auxilio, sed auxilium non est aliunde quàm à fidei infusione. Nam per fidem intellectus super naturaliter eleuatur & credit Deum Trinum & vnum.

Sic dicam de aliis articulis, vt de Incarnatione & creatione, ergo est necessaria. Idcirco Apostoli dicunt Christo. Domine adauge nobis fidem. Quare petunt auctionem à Christo? Quia ostendunt *Luc.17.*

primam fidem infusam à Deo. Sic canit Ecclesia in quadam collecta. Da nobis domine augmentum fidei, spei & charitatis, ergo.

7. Ratio. Nisi daretur fides infusa omnis anima dubia esset de credendis. Nam certum est quòd in illo non est assensus firmus in quo potest esse error. Sed in omni creatura excepto Christo per naturam, & Maria per gratiam potest esse error vt fallar, aut vt falli posit, ergo in nulla creatura poterit esse fides firma per acquisitionem scientiæ, ergo si firmus esse debeat assensus noster de credendis oportet dari fidem infusam.

8. Ratio. Fides nostra est certior quàm scientia, & ars, ergo oportet vt sciat aliúde quàm ab homine à quo ars & scientia sunt acquisita, ergo cum non detur alius modus quàm reuelatio, & infusio, sequitur necessario quòd sit hoc modo in anima. Antecedens patet, quòd fides sit certior. Tum quia scientia est per medium teste Phi. primo Poster. Fides sine medio. Nam statim vt Intellectus à fide est illustratus adhæret firmiter Deo, ergo certior.

Tum quia scientia continet errores multos vt patet in Philosophia, Fides vero omnes expellit errores, quoniam fides habet pro principaliori obiecto primam ac supremam veritatem, in qua nullus cadit error, ergo est certior. Conclusio, ergo sit firma, & inconcussa, quod fides infusa sit ad salutem necessaria. Modo propono difficultates contra prædicta.

OBIECTIONES CONTRA, *Conclusionem, probantes quòd fides infusa saluti non sit necessaria.*

Prima obiectio. Si daretur fides infusa, ergo non posset nec annihilari, nec corrumpi, sed hoc est falsum, quia multi apostatarunt à fide. Probatur pars secunda assumpti quòd non posset corrumpi. Nam corruptio fidei

Aut esset per anihilationem, Aut per demeritum. } Non potest esse per anihilationem. Quoniam solum ille potest anihilare qui potest creare, ergo cum Deus solus potest creare solus pōt anihilare.

Non potest etiam corrumpi per demeritum. Nam si demeritum anihilat, ergo maximum demeritum, ergo odium Dei, ergo cum Dæmones Deum odio habeant carerent fide, sed hoc est falsum. Nam Dæmones credunt & contremiscunt, ergo.

2. Difficultas, Frustra fit per plura quod fieri potest per pauciora & æque bene, sed sic est quòd homo per fidem acquisitam saluari potest sine infusa, ergo non est ponenda. Maior est regula Phi. Minor probatur.

Certum est quòd habitus non ponitur nisi propter actum cum sit finis habitus, ergo cum nos actualiter credimus historias humanas, facta bellica, & alia huiuscemodi propter hunc habitum quòd primum credimus scriptoribus, Præfectis, & ducibus. Sic in nostra Ecclesia possumus per habitum fidei quo inheremus Diuo Paulo, & Christo, acquisitum à concionatoribus, & ab Euangelio, credere, Trinitatem personarum, & vnitatem naturæ. Credere Creationem, & alia huiuscemodi, ergo non indigemus infusione fidei.

3. Difficultas. Magis repugnat intellectui assentire falsis, oppositis, & impossibilibus quam terminis neutris. Sed aliquis vt hæreticus per falsigraphum, & Doctorem iniquum acquirit habitum oppositum veritati & impossibile, cui sic firmiter adhæret quòd magis mori vult quàm dimittere illum, ergo per acquisitionem magis adhærere poterit ipsis terminis neutris. Voco terminos, vel obiecta neutra Trinitatem, Incarnationem. Creationem & similia, quia licet sint verissima non tamen habent euidentiam ex terminis, ergo non indiget fide infusa.

4. Difficultas. Si necessaria fuisset saluti nostræ fides infusa, ergo fides ista esset perfectior quolibet habitu acquisito. Sed hoc est falsum, ergo non est ponenda. Probo vtrunq; dictum.

Primo quòd ista fides sit perfectior quocunq; habitu. Nam id dicitur esse nobilissimum quod super excedit omnem vim humanam in excellentia. At fides infusa omnem excedit vim humanam cum nullus homo, nec omnes simul possint agenerare viribus proprijs fidem infusam, ergo excedit.

Secundo probo minorem scilicet, quod ista fides non sit perfectior, & argumentor à simili. Sicut se habet fides principiorum quæ est naturalis intellectui, & Vt sic dicam est quasi infusa à natura, ad habitum principiorum, & conclusionum. Sic se habet fides infusa ad fidem acquisitam. Sed sic est quòd habitus principiorum & conclusionum est perfectior fide principiorum, quoniam finis est perfectior ijs, quæ sunt ad finem, ergo fides acquisita vt finis erit perfectior infusa.

5. Difficultas. Illa fides est magis necessaria quæ statim operatur, ergo acquisita est perfectior. Patet. Nam in pueris est fides infusa & tamen non operatur. In adultis vero statim operatur. Patet in illo Eunuco. Vt audiuit Philippum multa de Christo explicantem credidit, & credendo Baptismum petijt, ergo perfectior, ergo magis necessaria quia. Actui est vnita.

6. Diffi. Illa est magis necessaria à qua maius acquiritur meritum, sed per acquisitam maius acquirimus meritum quàm per infusam, ergo magis necessaria. Maior patet. Probo minorem. Difficilius est credere hominibus quàm Deo, & vbi maior difficultas ibi maius meritum, sed in acquisita credimus Deo, & articulis diuinis, propter homines. In infusa vero credimus hominibus propter Deum. At certius est propter Deum quàm propter homines credere, ergo.

RESPONSIONES, *Difficultatum, & argumentum.*

Ad primum quando dicitur quod non potest corrumpi. Et non corrumpitur nec demeritorie, nec effectiue vt patet in Dæmonibus. Respon. quòd demeritorie anihilatur. O' quod non potest ab homine creari, nec anihilari, ergo cum fides sit creata & infusa à Deo. Respondeo quod anihilare stat dupliciter.

Vel

Vel respectu spetiei Vel respectu indiuidui. } Respectu spetiei verum est, quòd ille non potest anihilare spetiem quia non creauit illam. Respectu vero indiuidui anihilare potest licet non generauerit se, vt patet in eo qui venenum desperatione sumit, sic qui vulnerat, aut seipsum iugulat. O sic fides propria, singularis, & indiuidualis corrūpi potest per Genesim, & per vitiosos errores, ò in Dæmonibus stat. Negatur. ò Credunt.

Respon. quòd fides sumitur dupliciter.

Primomodo pro virtute Secundomodo pro gratuito, & Tertiomodo pro cognitione. } Fides quæ dicitur virtus est lumen, vel habitus quo assentimus articulis diuinis, sed Deum non amamus. Fides quæ dicitur gratuita, est virtus quæ credit Deum, & articulos, credendoq; illum amamus.

Fides quæ dicitur cognitio dicitur esse qualitas creata in anima qua cognoscit Deum & multos articulos. Prima dicitur esse in peccatoribus sed non meretur de condigno. Secunda dicitur esse in bonis & meretur de condigno, Tertia dicitur esse in Dæmonibus. Et ideo dicitur.

Cognitio Congenita Fides & Acquisita. } Cognitio, quia à natura multa nouerunt de Deo, & de Trinitate. Congenita, quia impressit cognitionem omnium rerum, Fides, quia per peccatum fuit obscurata. Vnde non ita clare apparent obiecta sed sub tenebris. *Iaco. 2.*

Acquisita. Quoniam ex miraculis Christi, Doctrina, vita & factis multa didicerunt modo quasi violento, & distorto. Ideo pro responsione formali dicimus quòd in Dæmonibus non est vera fides, quæ est lumen virtuosum, & gratuitum, sed potius cognitio obscura.

Ad 3. Magis repugnat assentire falsis et impossi. sed quis per falsigraphum assensit. Respon. quòd duplex. est assensus alicui pertinaciter, & firmiter.

Vel quia est verum obiectum Vel quia est falsum sed verum esse existimat. } Dico ergo quòd humanus intellectus adhæret falsis, & impossibilibus, non quia credit esse falsa & impossibilia, sed quia iudicat esse vera, & possibilia. Ideo quia male intelligit adhæret. Vnde est deceptus in forma sed non in materia, quoniam vult solum vera.

Confirmari potest hoc à simili. D. Paulus Roma. 14. Qui infirmus est solus manducet. Huic præcepto potest quis scrupulosus ita adhærere quòd iudicabit omnino obseruandum esse, & illum anathema existimare qui aliter facit. Hinc omnes ægrotos qui carnes māducat dicet peccatores. Ratio quia male intelligit. Quia solum corporaliter, & de infirmitate corporali iudicat. At Apostolus loquitur de spirituali infirmitate, & præcipue de ijs qui in fide sunt ægroti.

Ad 4. Difficultatem, ergo fides infusa esset nobilior quocunq; habitu acquisito. Respon. & conceditur q. est nobilior propter tria.

Primum quia est à nobilissimo intellectu, vel principio quod est Deus opt. maximus.

Secundum quia est nobilius obiectum, nempe ad Gloriam æternam nobilissimum inter omnia entia.

Tertium quia est clarior & securior scientia quę habetur per fidem infusam, quàm illa quæ habetur per habitum principiorum. Et si quis dicat. Nobilior est illa scientia quæ totum apprænhendit scibile, vt scientia cōclusionum, quam illa quæ apprænhendit solum per attingentiam, vt fides. Respondeo. Quod nobilius est parum attingere de obiecto solis ab Aquila, quàm totam comprænhendere candelam ab homine.

Ad 5. Fides acquisita statim operatur non autem infusa. Respon. nobilitas sumitur principaliter à principio & non ab operatione.

Ad 6. Vbi maior difficultas ibi maior ratio meriti. At credere Deo est maioris difficultatis quàm Deo credere, ergo. Respondeo quòd credere respicit duo.

Alterum est respectu obiecti. Alterum respectu modi. } Si consideretur respectu obiecti, dico quòd est difficilius Deo credere, cum proponat obiectum infinitum humanā excedens capacitatē. Si vero credere sumatur pœnes modum, & pœnes Doctorem, sic dico quòd est difficilius credere hominibus qui sunt mendaces, & erroribus pleni. Et hoc modo soluitur argumentum. Quod meritum pendet non à difficultate modi, sed à difficultate, sublimitate, & infinitate obiecti crediti. Hæc pro præsenti. In sequenti.

LECTIO LXXIII.

Super Dist. eadem, in qua examinatur. An fides informis sit virtus Theologica? Vbi videbimus hanc conclusionem, videlicet quòd fides informis sit virtus. Ideo ex omnibus ferè Doctoribus collegi multas probationes, et ex illis in medium affero has præcipuas, & digniores.

Noster Bacho. facit quæstionem hanc infra quæst. 33. hum. 3.

Prima Ratio. Dicit August. in lib. de vera Innocentia. Cum cæteræ virtutes possint esse communes bonis & malis, Sola dilectio est propria & specialis virtus piorum & sanctorum, ergo & fides informis virtus erit in malis.

2. Ratio. Dicit Gerson in 4. P. in descriptione terminorum Theologalium quòd virtus Theologica est habitus à Deo solo infusus, æleuans liberum arbitrium ad Deum immediate obiectaliter, & laudabiliter attingendum. Vnde Biella dicit quòd tria requiruntur adhoc quòd virtus aliqua sit Theologica. Prima quòd respiciat Deum pro primo obiecto. Secūda quòd habeat veritatē pro prima regula actuum suorum ad quos inclinat, & nō sit regulā moralis, vt prudentia. Tertia quòd immediate infundatur à Deo vt à causa efficiente Sed huiusmodi dicitur esse fides informis, ergo est virtus. Nam ista est à Deo, habet pro obiecto Deum qui est summa veritas, & per fidem hanc intellectus rectificatur & regulatur in suis actibus, ergo.

3 Ratio.

3. Ratio. Præterea. Auguſt. diffiniens virtutem inquit. Virtus eſt qualitas bona mentis, qua recte viuit. Et qua nullus male vtitur, quam ſolus Deus in nobis operatur.

At fides informis eſt.

Qualitas, } Qualitas quia eſt in anima intellectiua vt in ſubiecto,
Bona & } Bona, quia intellectum rectificat ad cognoſcendum Deum ſummum bonum.
Mentis, } Mentis, quia eſt in parte cognitiua vt omnes Theologi atteſtantur, ergo.

4. Ratio. Ariſt. 2. Ethi. c. 7. diffiniens virtutem inquit. Virtus eſt habitus in mediocritate conſiſtens. At fides informis conſiſtit in mediocritate, igitur erit virtus. Maior eſt clariſſima. Nam virtus poſita eſt inter abūdantiam & defectum. Vt liberalitas inter prodigalitatem & auaritiam. Iuſtitia inter miſericordiam & ſeueritatem. Minor probatur quòd fides ſit inter mediocritatem, quoniam ponitur inter duo illa extrema, quorum alterum nimis credit, & alterum quod nil credit, ergo erit virtus.

5. Ratio. Dicit Phi. Ars & virtus verſantur circa difficilia, ardua, & neceſſaria. Huiuſmodi eſt fides informis, ergo fides informis eſt ¬virtus. Probo maiorem, quod verſetur circa difficilia, ardua & neceſſaria. Nam virtus ¬verſatur circa præmium & pœnam, circa donationem propriæ pecuniæ, circa actus continentiæ, fortitudinis, victorias, & alia huius generis, quæ ſunt maxime neceſſaria victui noſtro.

Probo etiam minorem quod fides verſetur circa difficilia, ardua & neceſſaria. Nam quid eſt difficilius quàm credere trinitatem perſonarum in unitate ſubſtantię? Quid magis arduum, quàm credere mundi creationem? Intellectus humanus in puris naturalibus non poteſt hoc capere. Quid deniq; magis neceſſarium noſtræ miſeriæ, quàm Incarnatio. Paſſio, ac Meſſiæ Reſurrectio? ergo fides informis quæ omnia hæc habet pro obiecto, erit virtus.

6. Ratio. Omne quod directe, & immediate opponitur vitio dicitur eſſe virtus. At fides informis immediate, & directe opponitur vitio, ergo erit ¬virtus. Maior patet in omnibus virtutibus. Nam iuſtitia iniuſtitiæ opponitur, prudentia imprudentiæ caſtitas libidini, & ſic in aliis. Minor etiam patet. Nam fidei opponitur hæreſis ac infidelitas, ergo dicitur eſſe virtus.

7. Ratio. Omne quod directe eſt principium acceptationis, & diſpoſitionis noſtræ ad ſalutem eſt virtus, At fides eſt huiuſcemodi, Nam licet fides informis non ſit principium de condigno eſt tamen principium de congruo, ergo eſt virtus. Hinc Theologi ſuppoſito quòd ſit virtus inueſtigant. An ſit vna ¬virtus? Nam dicunt quòd habitus diuerſificantur per actus, actus diuerſificantur per obiecta, cum igitur obiectū fidei ſit multiplex. Nam habet obiectum increatum, & creatum. Increatum eſt Deus. Creatum eſt Chriſtus. Subinde in iſtis duobus ſunt alia obiecta, ergo ſi plura obiecta plures actus, & ſi plures actus, ergo plures habitus, ſed habitus ſunt ¬virtutes, ergo plures virtutes, ergo plures fides, ergo non vna. Reſpondent quòd obiecta fidei ſunt in duplici gradū.

Quoddam eſt obiectum principale } Obiectum principale dicitur eſſe ſumma veritas, ſummus Deus,
Quoddam obiectum ſecundarium. } ſumma Trinitas obiectum ſecundarium ſunt Creatio, Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio, & ſimilia. Ex ijs modo dicunt quòd fides dicitur ¬vna virtus non à ſecundarijs obiecti ſed à primario. De hac Paulus ad Ephe. Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Vnde ponit vtrunq; obiectum, ſcilicet primarium & ſecundarium. Deum & Baptiſma. Ephe. 4.

Confirmatur à ſimili per lucem, & potentiam viſiuam. Nam potentiæ viſiuæ triplex aſſignatur obiectum videlicet.

Obiectum per accidens, } Obiectum per accidēs dicitur eſſe res quæ per aliud videtur vt homo,
Obiectum per ſe, & } æquus, & ſimilia, quæ ſunt viſibilia per colorem, & ſunt ſubiecta materialia.
Obiectum primarium. }

Obiectum per ſe dicitur eſſe color, nigredo, albedo, & reliqui colores, quia mouent potentiam ¬viſiuam ſub ratione colorum, proprie, & formaliter.

Obiectum primarium dicitur eſſe lucidum. Nam ſine luce nec materiale, nec formale obiectum mouere poſſunt videndi potentiam ac facultatem. Hinc concludunt quòd potentia viſiua non dicitur ¬vna propter obiecta materialia & formalia, ſed propter obiectum primarium & per ſe, ſcilicet pro obiecto luminoſo. Ratio, quia lumen omnis viſionis eſt cauſa. Sic licet fides in diuidualiter, numeraliter, & ſingulariter credat multos articulos, hisq; adhæreat, tamen ſua vnitas eſt à primaria veritate, in qua ſunt omnes veritates, & modo eminentiſſimo omnia credibilia. Igitur cum ſit vna virtus, ergo erit virtus.

8. Ratio. Virtus eſt qualitas, & habitus, quo nemo malè vtitur, ergo fides dicitur virtus. Probo antecedens Dicit Phy. 2. Ethi. c. 7. quod virtus inter alias conditiones dicitur eſſe mediocritas determinata ratione. Quoniam illud medium eſt ſumendum ſecundum quòd recta ratio, ſiue prudentia, & conſilium conſiderat, dictat, ac determinat. Tunc ex recta ratione ac prudentia tollitur malus virtutis ¬vſus, quoniam præuidet ſuos omnes actus, & operationes, ergo non male vtitur. Probo conſequens. Quod etiam fides informis non male ¬vtatur. Nemo male vti poteſt lumine ſupernaturali, ergo cum fides ſit lumen ſupernaturale male vti non poteſt. Ratio eſt in promptu. Nam id male vtitur aliquo, quod indifferenter habet pro obiecto bonum & malum. Vt patet de enſe. Nam enſis indifferenter reſpicit bonum iuſtitiæ in Rege, & malum homicidij in Tyranno, idcirco & bene à Rege, & male à Tyrano vtitur. Non ſic autem ſe habet virtus. Nam virtus dicitur eſſe determinate determinata ad vnum tantum obiectum principale, & primarium obiectum bonum, verū ac certum, & ad plures actus ſtudioſos. Fides igitur informis recte dici debet virtus quoniam eſt determinata ad vnam ſummam veritatem, bonitatem, & ad plures actus ſtudioſos ſecundarios. Et ſit apparet probatio concluſionis. Modo accedo ad oppoſita argumenta quibus probatur quòd nullo pacto ſit virtus vna.

ARGVMENTA OPPOSITA
Concluſioni, quòd fides informis non ſit virtus.

Arg. 1. Id non dicitur ¬virtus quod eſt periculoſum & damnabile. Fides informis eſt periculoſa & damnabilis, ergo non eſt virtus. Maior eſt clariſſima Minorem probo. Vbi non eſt vera & clara notitia de obiecto poteſt eſſe error circa illud obiectum, ſed vbi eſt error, ibi ſequitur periculum dānationis. At in fide informi non

non datur clara notitia obiecti crediti vt d, Mag. 2. lib. Di. 27. Et Paulus inquit. Nunc videmus per ſpeculum in enigmate. Et Greg. S. dicit. Fides non habet meritum vbi humana ratio quærit experimentum, ergo ſi non eſt cognitio clara poteſt eſſe ignorantia, ergo error, ergo damnatio. Vel ſaltem periculum damnationis, ergo non eſt virtus. Micha. 4. D. 23 con. 3.

Arg. 2. Cui ſubeſt falſum non habet rationem virtutis, ergo fides informis non eſt virtus, quia ſub eſt falſum. Antecedens eſt verum. Probo conſequens. Inter articulos fidei vnus eſt iſte, quod Chriſtus incarnatus eſt. Tamen potuit non incarnari, quia potuit aliomodo mundum redimere, ergo ſub fide hac potuit eſſe error, ergo falſum. Patet etiam de Iuda qui credebat dum erat Apoſtolus habere vitam æternam finaliter, & tamen deceptus fuit, ergo eſt falſum, ergo non erit virtus.

Arg. 3. Nullum temerarium eſt virtus, ergo fides informis non erit virtus, quia eſt temeraria. Probatur. Ille dicitur temerarius qui firmiter credit alicui obiecto inuiſo, enigmatico, & occulto. At fides credit obiectū occultum, & abſconditum, vt dicit Aug. ergo temeraria.

Arg. 4. Virtus non ſolum in præſenti ſtatu manet ſed in futuro. Nam charitas poſt hāc vitam in cælo. Charitas nunquàm excidit dicit Apoſtolus. At fides informis, nec fides manet in cælo, ergo non eſt virtus. D. Paulus. Tunc videbimus eum ſicuti eſt & non per ſpeculum, ergo. Iaco. 2.

Arg. 5. Omnis virtus eſt viua, & operatur in ¬viuente. At fides informis eſt mortua d. Iacobo fides ſine operibus mortua, ergo non eſt virtus.

Arg 6. Omnis virtus aut eſt Theologica, aut Cardinalis. At fides informis non eſt, nec Theologica nec Cardinalis, ergo non eſt virtus. Maior vera. Probo minorem. Non eſt Theologica quoniam nota tendit in Deum, nec eſt Cardinalis quia Cardinales habent ſolum pro obiecto rem creatam, ergo non erit Virtus.

RESPONSIONES.
Argumentorum quòd ſit virtus fides, licet informis.

Ad primum vbi dicitur quòd ſit in fide obſcuritas enigmatica, ergo ignorantia, ergo error; & damnatio. Reſpon. quòd ignorantia eſt duplex Altera quæ neſcit obiectum quod tenetur ſcire ad ſui tuitionem, & hæc damnat. Exemplum. Qui adire vult Pariſios oportet illum ſcire iter, ſcire difficultates ne in latronum manus incidat. Vnde neſciens hæc facile poterit deprehendi ſpoliari, ac à ſiccarijs occidi. Et hoc modo fides non eſt ignorantia.

Altero modo dicitur ignorantia non reſpectu præſentis ſed reſpectu futuri, quia non videmus aperte futura, quæ in præſentiarum clare tenemus. Et hæc cognitio pro ſtatu viæ dicitur eſſe ſic clara quòd non poteſt eſſe clarior, & per conſequens nullomodo poteſt eſſe cauſa periculi. Dicitur à Richardo de S. Victore fides noſtra ex dicente Deo cui innitimur, ex miſſo Chriſto, qui tot ſigna. Miracula, & prodigia fecit fides noſtra eſt clarior omni ſcientia. In primo de Trini. 2.

Ad. 2. Quando dicitur quòd Incarnatio potuit non eſſe. Apparet de Iuda quod ſit damnatus & tamen credebat certo. Reſpon. quòd fides & ſpes eſt duplex.

Abſoluta & } Fides abſoluta & ſpes dicitur quando res eueniet neceſſario & hoc modo nullus po-
Condicionata. } teſt ſperare, & credere vitam æternam. Quoniam ſunt omnia infuturum incerta, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata d. S. S. Fides vero conditionata eſt quæ ſupponit & credit vitam æternam ſi perſeuerauerit. Et hoc modo credere, vel ſperare non eſt falſum. Quoniam contingens reſpicit vtriq; extremum, & hoc modo eſt virtus.

Ad 3. nullum temerarium Reſpon. quòd temerarium non eſt aſſentire in cognito ſed prudentias. Temerarium eſt quando quis credit inuiſum ſine ratione ſine ſignis & relationibus, Non autem eſt temerarium quando habemus rationem, ſigni & coniecturæ. Non eſt temerarium dicere quòd Colonniæ habemus ampliſſimum. Monaſterium quia licet non viderim illud tamen audiui à dignis fide. Modo ad propoſitum. Ratio conuincit quòd Deus ſit vna ſumma veritas. Miracula aſtruunt quòd ſit. Trinitas perſonarum. Prodigia declarant, quod Verbum fuerit incarnatum, ergo ſi tot ſunt coniecturæ in fide noſtra credere non eſt temerarium.

Ad. 4. Non manet, ergo non eſt virtus. Reſpondeo manet obiectum creditum & ſufficit.

Ad. 5. Fides in formis eſt mortua. Reſpon. Mortuum dicitur duplex.

Vel quo ad vitam æternam, & meritum de condigno & hoc modo mortua eſt

Vel quo ad meritum de congruo, & temporale, & hoc modo viua eſt, eſt à viuo, in viuo, & ad Deum viuū.

Ad. 6. Omnis virtus aut Theoligica aut Cardinalis, fides informis nullarum eſt iſtarum. Reſpon. eſt Theologica. Otendit in Deum. Reſpon. tendere in Deum dupliciter.

Plenè & } Plenè tendimus quando credimus Deum & credendo amamus Deum.
Semiplenè. } Semiplene, quando credimus Deum, ſed non amamus. Primum eſt fidei formatæ, ſecundum fidei informis. Et ſic concluditur quòd eſt virtus. Modo accedamus ad Mag. ſententiarum. Io. Bacho. facit quæſtionem attinentem ad primum ſententiarum.

LECTIO LXXIIII.
Super Diſtinctione Magiſtri, & ſuper Quæſtione Ioannis Bachonis, qui in hac apparet vndequaq; Theologus & dicit multa ſcitu digna.

Inqua ponam concluſionem. Probationem. Dubia, & ſolutionem. Quo ad concluſionem, dico quod in hac via poſſumus ſimul & ſemel habere hos duos habitus, ſcilicet habitum fidei, & habitum ſcientiæ. Quam concluſionem ſic probo rationibus Magiſtri?

Durandi,

Quæſt.24. Durandi, Ghirardi, Bonauenturæ & Ioannis Bachonis. } Quo ad Magiſtri probationem. Magiſter in præſenti Diſt. ponit duo exempla ſacræ ſcripturæ. Alterũ Petri. Alterum Thomæ. De Petro dicit quod de Chriſto patiente in cruce duos habitus tenuit. Primus erat viſionis, & ſcientiæ. Secundus fidei, & adhæſionis. Primus habitus erat de Chriſto homine, vero, & mortali. Secundus erat de Deo infinito, qui ſub carne paſſibili, & mortali erat. Vnde aliud ſciuit & vidit, & aliud non vidit & credidit. Vidit hominem & Deum credidit.

Idem aſſeritur de Thoma. Nam poſt Reſurrectionem aliud vidit & tetigit, & aliud credidit. Vidit Magiſtrum, cognouit Magiſtrum, & credidit Deum, ergo ſimul ſunt habitus ſcientifici, & habitus fidei.

Iob.2. Præterea D. Durandus. Illa non ſunt incompoſſibilia quorum rationes non ſunt incompoſſibiles. Sed habitus ſcientiæ & fidei ſunt huiuſmodi ergo poſſunt ſimul eſſe. Maior eſt vera, probo minorem. Formalis ratio ſcientiæ eſt, quòd ſit ratio aſſentiendi ex ipſa demonſtratione. Formalis ratio fidei eſt quòd ſit ratio aſſentiendi ex Auctoritate ſcripturæ. Sed auctoritas &, demonſtratio, ſe compatiuntur. Nã cum quis adiſcit per demõſtrationem id quod crediderat per Auctoritatem Magiſtri, non minus credit Demonſtrationi quàm Mag. Auctoritati, ſed magis credit, ergo ſimul ſunt.

Formalis ratio ſcientiæ & fidei.

Quoli.2.q.12. ar.3. Præterea ſi fides & ſcientia non ſe compatiuntur hoc eueniret vt inquit Girardus Carmelita quoli.

Vel reſpectu mediorum Vel obiectorum, Vel actuum, ſed nullum iſtorum eſt dicendum, ergo. } Probo quòd non reſpectu mediorum. Quoniam de eadem re poſſumus habere cognitionem per medium probabile, & per medium demonſtratiuũ Vnde ſicuti medium probabile habet rationem fidei, ſic medium demonſtratiuum habet rationem ſcientiæ.

2. Quòd etiam non ratione obiectorum. Nam idem obiectum poteſt cognoſci opinatiue, & demonſtratiue. Exemplum in corruptione. Nonne certum eſt quòd corruptio tendit vſq; ad materiam primam? Hæc veritas nonne dicitur. Demonſtratiua & opinatiua? Demonſtratiua hac de cauſa. Quoniam omne genitum reſoluitur in principia ex quibus eſt productum, ergo cum ex forma & materia ſit productum in illa reſoluitur & ſic habes demoſtrationem & per conſequens ſcientiam,

Habes etiam opinionem. Quoniam hæc reſolutio non appãret ſenſui. Nullus ſenſus percipere poteſt hanc reſolutionem, quia nullus videre poteſt, nec ſentire materiam à forma qualibet ſeiuncta. Sed de ijs quæ ſunt contra ſenſum non datur ſcientia demonſtratiua ſed ſolum opinio, ergo ſi opinio & fides, igitur de eodem fides & ſcientia.

3. Non eſt iſta reluctatio reſpectu actuum. Nam hoc eſſet, quia ſcientia facit euidentiam, & fides ineuidentiam. Et hoc eſt falſum, vt patet de primis principijs in quibus apparent hæc duo ſimul. Non ne prima principia creduntur? Nonne etiam ex illis habemus concluſiones? Nonne ex concluſionibus ſcientia? ergo reſpectu eiuſdem datur fides & ſcientia.

Præterea Non plus repugnant ſcientia & fides quàm repugnant ſcientia clara & obſcura. Sed ſcientia clara & obſcura ſunt de eodem, ergo fides & ſcientia erunt de eodem. Maior eſt clariſſima ſed minor probatur Quoniam de eodem obiecto datur ſcientia matutina & veſpertina. Matutina in verbo, veſpertina in proprio genere, ergo fides & ſcientia.

Theologi nonne faciunt multas demonſtrationes perſuaſiuas de vnitate & Trinitate, quam firmiter credimus? ergo cum non ſint fruſtra, dicere poſſumus quòd fides & ſcientia ſunt ſimul.

14.de Trinit. c.1. Præterea Inquit Aug. ſuper illud Pauli primæ. Corin. 12. Alij datur ſcientia per Spiritum S. Alij fides in eodem Spiritu. Vnde Aug. & Theologi explicantes verbum illud dicunt quòd illa ſcientia eſt ſcientia Theologica & ſcripturæ S. per quam ſcientiam fides gignitur nutritur roboratur ac defenditur, ergo de eodem erit fides & ſcientia. Exemplum pulcherrimum habemus de Beatiſſima Virgine in qua fuit ſimul & ſemel de ſuo partu fides & ſcientia. Fides quia credidit firmiter concepiſſe de S. S. filium, ſcientia quia experta eſt conceptum quando vidit filium, ergo.

Præterea S. Bona. in præſenti Diſt. aſſerens concluſionem noſtram, reddit cauſam cur cum fide poſſit eſſe ſcientia reſpectu alicuius obiecti? Dicit, quòd ſcientia eſt duplex.

Altera eſt ſcientia comprehenſionis, Altera manuductionis, & Apprehenſionis. } Scientia comprehenſionis dicitur eſſe cognitio euidens, clariſſima apertiſſima & omnibus numeris completa. Et hæc ſcientia non admittit ſecum fidem.

Scientia vero manuductionis, & apprehenſionis cum non ſit completa, perfecta & clariſſima ſtare poteſt cum fide. Exemplum aſſumo de myſterio Incarnationis. Nam certum eſt quod de Incarnatione quæ creditur & adhæret Eccleſię fiunt multæ demonſtrationes, Concluſiones, tamen non ſunt adeo efficates, fortes, & manifeſtæ quod excludant fidem. Immo eſt neceſſaria quia ex illuminatione fidei tanquàm fundamentum illuminantur ad ſuſcipiendum cognitionem rationum, & ex cognitione etiam rationum, ac ſcripturarum magis firmatur fides, & lumen illuſtrius inſpicitur, ergo poſſunt ſimul eſſe.

Præterea Henr. de gandauo Quoli. 8. Quæ. 14. ponit quod eſt triplex lumen ſcientiæ, videlicet.

Lumen Gloriæ Lumen ſcientiæ & Lumen fidei. } Cum lumine Gloriæ nulla fides admittitur. Nam omnẽ ineuidentiam obſcuritatemq; excludit, dicente Apoſtolo. Cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.

Primæ.Cor.13 Lumen Gloriæ eſt ſupræmum Lumen ſcientiæ medium, Et lumen fidei inficum. } Cum lumine vero fidei ſtat lumen ſcientiæ. Nam lumen fidei, quo articulos crevimus per doctrinam prædicationum quotidie accipit mixtionẽ, ac incrementum, Exemplum. Quis peritiſſimus Aſtrologus dicit alicui quòd luna nunc eclipſatur. Audiens credit quia ſit illum in Aſtrologia peritiſſimũ. Subinde adiſcit per rationes cauſam, vnde affirmat quòd credebat, ergo poſſunt ſimul eſſe ſcientia & fides. Nec dicas euacuatur fides per ſcientiam. Reſpondeo non eſſe verum, quia ſcientia illa non eſt clariſſima & vltima.

Præterea Scotus in q. præſenti licet verbis appareat contrarius alijs cum realiter ſit omnino idem ponit. Partitionem ſcientię, quòd ſcientia eſt triplex, & idem dicit cum Gandauo qui poſuit luminum partitionem ex qua partitione dico quòd datur.

Scientia clariſſima Clarior & Clara. } Scientia clariſſima nullam admittit fidem. Scientia clarior admittit fidem, quæ dicitur eſſe ſcientia clara. } Scientia clariſſima quæ eſt lumen gloriæ comparatur ſcientiæ quam ponit Phi. primo Poſteriorum dicens. Scire op. vnum ſimpliciter & non ſophi. modo quando ſcimus cauſam & q. illius

illius eſt cauſa, & non poteſt aliter ſe habere. Vnde illa ſcientia inter alia priuilegia habet hæc quatuor. Videlicet q. ſit formata per cauſam neceſſariam. Secundo quòd cauſa illa excludat omnem dubitationem. 3. q. cauſa illa ſit intellectui euidens. 4 q. ſit prima & immediata. Iis conditionibus omnem dubitationem, in euidentiamq; expellet. Et hæc erit in patria ſolum.

Scientia vero clarior dicitur notitia de aliquo obiecto habita per reuelationem, vti illa Prophetarum quæ licet ſit vera, & indubitata, vti illa de ſacris libris tamen includit ſcientiam fidei. Et nullus Propheta. Nullus Patriarcha, nec Salomon habuit tantam ſcientiam de Deo, q. in illis fides non fuerit. Ideo licet Paulus ſcribat illam apertiſſimam demonſtrationem de Reſurrectione dicens. Si mortui non reſurgent, nec Chriſtus reſurrexit. Sed Chriſtus reſurrexit. Igitur & mortui reſurgent. Tamen cum hac ſcientia ſtat fides Reſurrectionis. Ratio quia adhuc non eſt. Et quia eſt ineuidens ſenſui, ergo ſcientia ſtat cum fide. *Primæ.Cor.15.*

Hinc Mag. ponit duo genera entium. Nam eorum quæ ſunt,

Quædam prius intelliguntur & poſtea creduntur. Quædam prius creduntur & poſtea ſciuntur. } Quæ prius intelliguntur ſunt naturalia. Nam Intellectus non poteſt credere magnetem attrahere ferrum niſi prius ſenſus videat & cognoſcat.

Quæ prius creduntur & poſtea ſciuntur ſunt ſupernaturalia ſunt Vnitas & Trinitas, Creatio, Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio. Nam niſi prius credantur non poſſunt ſenſu intelligi. Ratio quia ſenſui repugnant. Ideo ſicuti in naturalibus Intellectus pendet primum à ſenſu in ſui cognitione, ſic in ſupernaturalibus ſenſus pendet ab intellectu in ſui notitia. Vtrunq; apparet in ſcriptura ſancta. De prima cognitione habetur Ioannis. 14. Nam dicit. Nunc dico vobis priuſquam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Primum oſtendit aliquem effectum ex quo venient ad fidem eius, vel promittit ante factum donum Spiritus S. ex cuius veritate poſtea credent illum eſſe Dei verum filium. Secundum apparet Eſaiæ. Niſi crediderit is non intelligetis, nec permanebitis. Ecce quomodo fides ſtat fundamentum intelligentiæ & permanentiæ. Vnde tutiſſima manet noſtra concluſio q. fides manet cũ ſcientia & ſciẽtia cũ fide. Videamus modo difficultates quæ ſunt maximi valoris. *Ioa.14. Idem Ioa.4. Niſi ſignæ & prodigia videritis non credetis.*

OBIECTA.

Contra prædicta, quòd nullomodo habitus fidei ſtat cum ſcientia, nec ſcientia cum fide.

Arg.1. Opinio, ſyllogis. Dyalectici non ſtat cum ſcientia demonſtratiua, ergo nec fides. Probo antecedẽs Opinio facit aliqualem euidentiam, adhæſionemq; infirmam, & demonſtratio facit firmiſſimam, & impoſſibiliter aliter ſe habere, ergo non ſtat. *7.Eſaiæ. Primo. Poſte. c 25.t.& com. 44.*

Probo conſequẽtiam quoniam opinio aliqualem facit euidentiam, & fides nullam penitus, igitur ſi opinio & Syll. Dya. non ſtat, minus ſtabit fides, ergo concluſio falſa.

Arg.2. In eodem non poteſt eſſe ſimul & ſemel ſecuritas & formido, ergo non poteſt in eo in quo eſt perfecta demonſtratio, ſcientia & viſio, reperiri fides. Ratio. Quia fides eſt obſcuritas, enigma & maior formido quàm opinio. Ideo Paulus dicebat. Nunc videmus per ſpeculum in enigmate. *Primæ.Cor.13*

Arg.3. Extrema contradictionis ſunt incompoſſibilia in eodem ſimul & ſemel, ergo fides non poteſt ſtare cum ſcientia. Antecedens eſt apertiſſimum. Probo conſequentiam. Quoniam fides & ſcientia ſunt extrema contradictionis. Patet, quia euidentia & non euidentia ſunt contradictoria, at fides dicit ineuidentiam, & ſcientia euidentiam.

Arg.4. Quæ ſunt diuerſorum generum non poſſunt eſſe ſimul. Sed fides eſt donum ſupernaturale, & ſciẽtia, naturalis habitus, ergo non poſſunt eſſe ſimul. Maior eſt Ariſtotelis. Prædicamentorum rationes ſunt impermixtæ. Minor eſt etiam manifeſta quoniam fides eſt donum Dei. Et ſcientia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus, ergo.

Arg.5. Fidei non poteſt ſubeſſe falſum, ſcientiæ autem multi errores, & falſa ſubſunt, ergo non poteſt ſimul eſſe ſcientia & fides. Quod fidei non ſubſit falſum patet quia eſt illuminatio mentis à Deo, cui omnis ineſt veritas. Quòd autem ſcientiæ ſubſit falſum, quia pendet ab intellectu. Intellectus à ſenſu, & ſenſus decipitur, ergo poſſunt eſſe in ſcientia errores multi.

RESPONSIONES

Argumentorum.

Ad 1. Opinio & Syllogis. Dyalecticus non ſtant cum ſcientia, ergo nec fides. Reſp. quòd ſcientia eſt dup.

Altera clariſſima & lucidiſſima Altera ſubobſcura } Cum ſcientia clariſſima & lucidiſſima æquidem non ſtat nec fides nec opinio, tamen ſtant cum ſcientia ſubobſcura, & ſic tenet noſtra concluſio ſic ſoluuntur omnia argumenta.

Ad 2. Euidentia & non euidentia ſunt contradictoria. fides & ſcientia ſunt vt euidens & non cui, ergo. Reſpon. quòd non ſunt contradictoria reſpectu eiuſdem ſed diuerſorum. Nam eſſet contradictio quãdo fides ſimul & ſemel eſſet ineuidens habitus, ſic dico de ſcientia.

Ad. 4. Quæ ſunt diuerſorum generum vnum non poteſt eſſe cum alio. At fides & ſcientia ſunt huiuſmodi Reſpon. quòd aliquid eſſe diuerſorum generum ſtat dupliciter ſimpliciter & ſecundum quid.

Efficienter & Finaliter. } Tunc dico. Quæ ſunt ſimpliciter diuerſorum generum non poſſunt eſſe ſimul, Quæ autem ſunt diuerſorum generum ſecundum quid poſſunt eſſe ſimul. Hoc modo licet fides ſit alia à ſcientia, quia fides ortũ ducit à Deo, & ſcientia à rebus. Tñ & fides & ſciẽtia ſunt qualitates animæ, & ſunt in eadẽ potẽtia intellectiua, nec nõ de eodẽ obiecto, & hoc modo ſimul poſſunt permanere

Ad

Ad 5. Scientiæ subesse potest error. Respon. quòd scientiæ subobscuræ potest esse error, non autem scientiæ lucidissimæ, & perspicacissimæ.

Præterea scientia dupliciter pensatur.

1. Corin. 1. Vel scientia sine fide / Vel scientia cum fide. } Scientia sine fide continet errores vt patet de scientia philosophorum qui busignota fuere altissima mysteria Trinitatis, creationis, & Incarnationis. Hinc Apostolus vocauit scientiam sine fide stultam, & hoc modo non ponitur conclusio scientia vero cum fide dicitur esse sine errore, non tamen sine diminutione suæ perfectionis, sui periodi, & sui termini, Et hoc modo ponitur conclusio nostra. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus. An cum lumine gloriæ possit esse fides? legatis Doctorem super hac Distin. q. 2. ar. primo. & 2.

LECTIO LXXV.

Super Quæstione Nostri Doctoris. In qua disputat. An cum lumine Gloriæ possit esse fides? Vbi nos more solito ponemus.

Conclusionem, Probationes, & Dubiorum solutiones. Quo ad conclusionem respondet Doctor sub distinctione quòd in Deo duplex est potentia.

Altera ordinata, / Altera absoluta. } Potentia ordinata est vis quæ operatur & disponit rem secundum ordinem conditionem, & statum rei, tribuens ei locum, & situationem propriam ac conuenientem. Et hoc modo certe fides, actusq; fidei, minime esse potest cum habitu, & actu gloriæ. Quoniam repugnat de directo.

Potentia verò absoluta est vis quæ non respicit nec legem, nec ordinem, nec locum, nec personas sed solum respicit posse suum, & hoc modo potest cum lumine gloriæ stare fidei habitus & actus. Primam conclusionem negatiuam probo in præsentiarum. Aliam in sequenti probabo. Quo ad primam conclusionem dico q̃ non potest stare lumen gloriæ cum fide. Probatur.

primæ. Cor. 13 Prima Ratio sumitur à dicto Pauli primæ Corinth. c. 13. Nam inquit Apostolus. Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, ergo in gloria euacuabitur fides. Patet quia gloria est perfectum, & fides imperfecta, ergo cum gloria non potest esse fides. Idem confirmat dicens. Nunc videmus per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem, ergo cum visione clara non est fides obscura.

2. Ratio. Tantum distat fides nostra ab illa visione quantum distat mortalitas ab æternitate. Sed cum summa æternaq; fœlicitate stare non potest mortalitas, ergo nec fides cum visione. Idem asserit per dictum Pauli primæ Corin. 13. Nam inquid. Fides & spes ex toto destruentur. Hinc glossa Augustini reddens rationem quare destruetur fides? Respondet. Quia fides est de non visis. Nam nullus admittit contradictionem. Ideo si staret fides sequeretur quòd obiectum diuinum esset visum & non visum. Hoc est impossibile, ergo.

3. Ratio. Si stabit fides.

2. phy. t. 62. 5. diui. c. de potentia. Aut stabit cum suo actu, / Aut sine suo actu } Nõ sine suo actu, quia repugnat Phi. 2. Phy. t. co. 62. vbi dicit. Id esse frustra quod suum non consequitur finem, sed finis habitus est actus, ergo. Idem 9. Metaphy. quia potentia est propter habitum. Non põt stare cũ actu, quia includit cõtradictionẽ dicere fidẽ & visum, ergo nullomodo sunt. Idem dicitur. 7. Physi. tex. com. 18. vbi diffiniens virtutem asserit esse propter actum & operationem. Nam virtus est illa quæ habentem perficit & opus eius bonum reddit. Idem 2. de Anima. t. co. 34. Vnumquodq; perfectum est quando potest agere sibi simile. Idem 2. Ethi. Capi. 5. substantiæ virtus est respectu operis, ergo cum opus fidei non sit in cœlo, nec erit habitus. D. Phi. 3. de Anima t. co. 18. Habitus est quo quis poterit operari cum voluerit. Et impossibile est separare à subiecto operationem, cum sit de sui essentia, ergo.

4. Ratio. Opposita contraria non possunt esse in simul, ergo nec fides, nec gloria erunt simul, quia sunt contraria. Antecedens est clarissimum vt patet in albo & nigro, calido & fri. humido & sicco. Consequentia patet. Quoniam illa non possunt esse simul quæ includunt contradictionem, & hæc ratio omnium oppositorum. At fides & gloria includut oppositionem contradictionis, quia dicunt visionem & non visionem, ergo non possunt esse simul.

5. Ratio. D. Phi. primo de cælo & Mun. t. co. 58. Quod impossibile est factum esse, impossibile est fieri, ergo si actus fidei in gloria est impossibilis quo ad factum esse, impossibilis etiam erit ipsa fides. Si est impossibilis calefactio ignis, est impossibilis ignis. Si est impossibilis linea & superficies, impossibiles etiam erunt longitudo & latitudo. Ratio est. Quia in consequentijs necessarijs cui repugnat consequens repugnat & antecedes. Sed si repugnat in patria actus fidei, quòd est non videre, repugnat etiam antecedens, q̃ est fides. Nam inter habitum & actum est consequentia essentialis, & per consequens necessaria, ergo non potest cum gloria esse fides.

6. Ratio est S. Thomæ primæ. 2. Quæ. 67. ar. 3. & 3. lib. sent. dist. 21. Vbi negat omuino quòd fides sit cum Gloria, & ex illo sumi potest hæc ratio. Si esset fides cum gloria.

Vel esset respectu obiecti / Vel respectu medii, / Vel respectu subiecti. / Obiectum est Deus, / Medium est gloria, & / Subiectum est anima, sed / nullo istorum modorum potest esse, ergo non datur fides / cum gloria. } Probo quòd non respectu obiecti, quoniam se ostendit clarissime dicente Paulo tunc videbimus facie ad faciem, ergo. Secundo quòd non respectu medii. Quoniam est lumen gloriæ perspicuum. Tertio quod non ex parte subiecti videntis. Quoniam intellectus est in vltima dispositione ad recipiendam visionem, ergo nullomodo datur fides ista cum gloria. Hinc Doctor de mente Augustini examinãs raptum diui Pauli tenet quòd Apostolus raptus fuit vsq; ad tertium cœlum ad visionem clarissimam Dei. Vnde addit. quòd Paulus vidit Deum non per corpus, nec per similitudinem corpoream, sed vidit secundum quòd sancti vident post hanc vitam, sed certum est quòd vident sine enigmate, ergo sine fide.

Augu. scribens ad Orosium.

Ideo ex Glossa ponit Doctor visionem trifariam.

Prima

Prima visio est corporalis / 2. Imaginaria, & / 3. Intellectualis } Visio corporalis, & sensilis est quando aliquid videtur exterius, suum q; significatũ intelligitur. Talis fuit illa quæ habetur Dan. ca. primo. Vidit in scribi parieti ab Angelo. Mane, Tethel, & phares, & mysterium intellexit. Talis fuit Elisei patris nostri quando vidit currum & equos in quo Elias Carmelitarum Dux raptus fuit.

2. Visio imaginaria dicitur esse quando aliquis est positus in extasi, vel in somno & videt non corpora sed rerum imagines diuina virtute formatas ad aliquid occultum significandum. Hæc visio fuit in Petro quando vidit Christum. Secundo. Quando vidit linteum. Fuit in Daniele quando vidit quatuor ventos ascendentes de mari, quatuor bestias, & mysterium intellexit. Sic vidit Ioannes, sic Esaias, & alij. Dani. 7.

3. Visio intellectualis dicitur esse quando intuitus mentis mira potentia figitur in substantiis abstractis, vtin Angelis, & in Deo vbi Beata vita in fonte bibitur, secura possidetur quies, & obscuritas omnibus modis expellitur. Ideo omnem fidem tollit. Ex iis modo dicitur quòd Paulus fuit raptus ad hanc visionem Beatissimam. Ideo quando dicit scriptura raptus est vsq; ad tertium cœlum. Intelligitur vsq; ad visionem diuinam in qua omnia clarescunt, & nulla fidei ineuidentia apparet, ergo certum est quòd fides non stat cum gloria.

Hinc Dionysius Areopagita dicit quòd tres sunt cœli mystici, scilicet tres Hierarchiæ Angelorum. Nam primum cœlum sunt Archangeli, Angeli, & Virtutes.

2. Cœlum sunt Principatus, Potestates, & Dominationes. In Tertio cœlo sunt Throni, Cherubin, & Seraphin. Modo arguo cum isto Doctore. Si Paulus raptus fuit ad omnes cœlos Angelorum, ergo ad omnem visionem, ergo si Angeli Deum vident sine enigmate, & fide, ergo & Paulus, ergo nullomodo potest esse cum habitu gloriæ fidei habitus.

7. Ratio. Præterea Certum est dicit Doctor quòd virtutes morales, & scientia remanent cum gloria sed non fides. Quòd autem mancant apparet apud Phi. 3. de Anima vbit inquit quòd.

Intellectus possibilis est duplex.

Luce. 16. In actu & / In potentia. } Est in actu quando habet species rerum, & tunc dicitur species rerum locus quæ species sunt in ipso immobiliter. Nam etiam post mortem recordarur vt patet lucæ de illo Epulone. Recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Ergo remanent species rerum & solum phantasmata corrumpuntur ad corporis corruptionem.

Est etiam in potentia. Quoniam potest actualiter considerare, & meditari illas species vnde apparet quomodo post mortem remaneant. De fide vero minime remanet sed omino tollitur. Rationem assignat Doctor. Nam ideo remanent virtutes morales cum gloria tum quia non sunt eiusdem generis accidentalis, & qualitatiu, nam gloria est extra omne genus. Non sunt eiusdem subiecti, quoniam virtutes morales sunt in appetitu. At fides & gloria sunt in Intellectu, & sunt.

Eiusdem generis / Eiusdem subiecti / Eiusdem obiecti & / Eiusdem oppositionis. } Sunt eiusdem generis, quoniam sunt à Deo vbi nulla varietas. Sunt eiusdem obiecti propinqui, quoniam sunt à Deo summa veritas. Sunt eiusdem subiecti, quia sunt in parte cognitiua animæ. Sunt eiusdem oppositionis. Nam respectu Intellectus opponuntur priuatiue.

Nam fides sic habet per modum priuationis, non vt includit lumen, sed vt illud lumen priuatum est euidentia summi boni, Gloria vero se habet per modum habitus, quoniam omnem expellit ineuidentiam, & enigma. Hoc apparet in nigro & albo.

Nam Nigrum licet sit color, qualitas & affectio positiua in subiecto, tamen dicitur priuatio quoniam obscuritatem, & occultationem subiecti facit. Album autem dicitur habitus quoniam omnem expellit obscuritatem, & enigma à subiecto. Ideo Phi. 10. Metaphy. t. com. 9 dixit nigrum esse albi priuationem. Et quoniam priuatiue opposita versantur circa idem subiectum, nam album & nigrum sunt circa eandem superficiem, successiue, sequitur quòd fides & gloria sint in eadem vi cognitiua, ergo sicuti adueniente albo recedit omnis nigredo sic accedente Gloria tollitur fides. Igitur stabit nostra conclusio in suo robore, quòd cum habitu gloriæ habitus fidei haud remanere potest. Modo descendere est necesse ad difficultates contrariasq; opiniones, probantes quòd isti duo habitus stent simul. 10. Diu. t. co. 9

OBIECTA.

Contra prædicta, quibus probatur quòd stent in simul habitus fidei, et habitus Gloriæ æternæ.

Primum obiectum. Dicit Paulus primæ ad Corin. Cap. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Iesus Christus, & fides Iesu Christi. Tunc arguo sic. Nullum corporale ædificium stare potest sine fundamento suo, ergo nec ædificium spirituale stabit sine fide, quæ est fundamentum spiritualis ædificij. Igitur si tollatur fides in cælo, tollitur & charitas, & scientia.

2. Obi, D. Aug. quòd in Sanctis est desiderium gloriæ corporis, ergo est fides, quoniam credunt futuram Resurrectionem. Idem dicit Petrus. In quem desiderant Angeli prospicere, si desiderant, ergo sperant, si sperant, ergo credunt, ergo fides cum gloria. Idem Eccl. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt adhuc sitient, ergo spes, ergo fides.

3. Obi. Paulus in raptu habuit vtrunq; lumen videlicet, lumen fidei, & lumen gloriæ. Fidei quia erat viator Gloriæ quia erat compræhensor pro tunc. Nam Deum vidit vt inquit Glossa 2. ad Corin. 12. Idem asserit Aug. in Epistola ad Hæbreos, ergo cum per instans potuit esse viator per fidem & habere gloriam, poterunt simul esse duo isti habitus.

4. Ob. si fides corrumpitur in patria. non fit nisi vno istorum quatuor modorum. Videlicet.

Aut propter subiectum / Aut propter contrarium, / Aut propter suam imperfectionem, / Aut propter cognitionem, sed / Nullo isto rum modorum fit, ergo / ponunt simul stare. Probo. } Non corrumpitur ratione subiecti, quoniam est incorruptibile, Non respectu contrarij, quia lumen lumini non contrariatur, at fides est lumen, & Gloria est lumen. Non respactu suæ imperfectionis. Quoniam verecundia quæ est perfectissima. Ethi. 4. Cap. 16. Non respectu cognitionis. Quoniam cognitio non reluctatur

cognitio

cognitio sed error. At cũ fides sit cognitio,& Gloria sit cognitio, simul stare possunt, ergo in patria erit fides.

5. Ob. Nullus habitus tollit alium habitum sed solum actum dum aufert ab illo obiectum vel materiam, ergo Gloriæ habitus non tollet fidei habitum. Anteeedens est clarissimum quia species spetiem non auffert. Nam species nigri non tollit spetiem albi. Fides igitur cum sit species non potest tolli à Gloria. Quod solum tollatur actus patet à simili. Nam in homine magnanimo sunt duo, videlicet habitus & actus, habitus liberalitatis,& actus liberalitatis. Si ocurrat quòd latro surripiat illi thesaurum, aufert ab illo non habitum liberalitatis, sed solum actum. Quoniam donare non potest. Sic in proposito dicimus quòd gloria in patria poterit auferre à Beato actum fidei, & obiecti. scilicet obiectum occultum & sub enigmate, quoniam est clarissimam & sine enigmate, non tamen habitus fidei.

Apparet in ebrio. Nam ebrietas non tollit scientiam Doctoris, quia non repugnat ebrietati, sed tollit meditationem. Quoniam propter fumositates impedit phantasiam ne possit offerre intellectui phantasmata ad speculandum. Sic proposito solum actus fidei & non fides tollitur,

6. Ob. Aut fides est contraria Gloriæ Aut non est contraria. } Si non est contraria, ergo simul stabunt. Quoniam in habitibus symbolum facilis est transitus. Si vero sunt contraria stabunt etiam simul dummodo non inclinent eodem modo.

Exemplum pulcherimum habemus in Magnete. Nam simul & semel inferro sunt duo motus, vel duæ inclinationes, videlicet inclinatio deorsum per naturam grauis,& inclinatio ad sursum per virtutem magnetis quam illi communicat, ergo fides quæ inclinat ad non visum, per virtutem Gloriæ quæ tendit in visum, simu stabunt.

RESPONSIONES,

Argumentorum.

Ad primum obi. Fundamentum nemo potest pene. præt. Respon. quòd licet non tollatur quo ad naturam tollitur tamen quo ad aliquem habitum. Nam certum quòd Christus in patria non tollitur, aufertur tamen habitus fidei istius fundamenti. Quoniam sicuti in via erat occultum, ita in patria est manifestum.

Ad 2. In Beatis est spes, ergo fides. Respon. quòd spes & fides dupliciter sumuntur.

Primomodo vt dicunt habitum de re futura & occulta,& hoc modo non habent fidem, nec spem.

Aliomodo prout spes & fides dicunt obiectum creditum & speratum,& hoc modo habẽt spem, ac fidem. O esurient, sitient, desiderant. Respon. quòd desiderium est duplex.

Alterum rei futuræ,& hoc modo non est in Beatis, quia omnia præsentia sunt.

Alterum desiderium complacentiæ. Et hoc modo dicitur esse in Beatis. Nam beati desiderant quia nullum est fastidium sed magna complacentia de fruitione obiecti diuini. De quo si ardent in amore, ac ille qui rem absentem maximo ardore concupscit, ac desiderat.

Ad 3. De Paulo Respon. à Doctore dupliciter primo q̃ Paulus in illo instanti fuit sine habitu fidei. Quia fuit anima sua extra statum naturalem, & postea ablata visione redijt ad pristinam conditionem quæ in fide est fundata. Ideo dicit dubitatiue. An fuerit in corpore, an alienatus à sensibus corporeis, an extra corpus?

2. Dicitur quòd fides potest stare cum actu,& radio Gloriæ, non autem cum habitu gloriæ. Ideo Paulus cum fuerit non in habitu gloriæ sed in actu,& radio, potuit fidem simul habere.

Ad 4. Quando dicitur quòd non potest corrumpi nec obiectiue, nec sub. nec. Respon. quòd corrumpitur ratione contrarii, quod est obscuritas,& enigma. Datur cognitio clarissima opposita cognitioni obscuræ. O Verecundia stat cum prudentia & iustitia. Respondeo, quòd verecundia non est virtus sed potius passio. Secundo. Verecundia & Prudentia sunt habitus diuersi. At fides & gloria sunt habitus respectu eiusdẽ obiecti.

Ad 5. Speties non contrariatur spetiei, ergo nec habitui. Respon. quòd habitus opponitur habitui. dup.

Habitus non est species. Nam species præcedit actum simplicem Intellectus. Habitus sequitur actum Intellectus & est obiecti complexi. Vt scientia quæ est habitus intellectus per demostrationem acquisitus. Idcir co sicuti species est similitudo obiecti, sic habitus inclinat intellectum in obiectum.

3. de Anima t. & com. 63. Nec valet dicere, quòd sit ibi habitus sine actu. Quoniam tunc ille habitus esset frustra, sed hoc repugnat Phi. ponenti, quòd nil reperitur frustra. 3. de Anima t. & Comm. 63. & primo Diuinorum Com. 1. Nec valet de habitu liberalitatis sine actu, quia caret pecunia. Quoniam obiectum liberalitatis principale non est pecunia sed dicitur esse regulatio, & modificatio passionum. Sic in ebrio nõ tollitur omnino meditatio sed solum secundum quid. Ideo est actus inabdito. Ideo cessante ebrietate statim se conuerit ad actum meditationis.

Ad 6. Quando datur exemplum de Magnete & ferro, quòd in ferro sunt duæ inclinationes oppositę. Re-
7. Phy. com. 3. spon. quòd illæ inclinationes non sunt simpliciter inferro, sed vna tantum, scilicet grauitas, & altera secundum quid propter communicationem magnetis. At isti habitus contrarii sunt simpliciter in Intellectu. Ideo cum sit habituatus per fidem caret Gloriæ habitu. Et cum sit habituatus per Gloriam caret fide. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar Distin. 25. Magistri sen.

LECTIO

LECTIO

Septuagesima sexta, super Dist. Mag. Sen. in qua quærittur multa ex quibus selegi hoc quæsitum. An fides quam nos habemus de Christo Messia fuerit necessaria Iudæis: Prophetis, et Patriarchis?

Ego breuitati studẽs pono hãc cõclusionẽ. Fides quã nos in hoc statu gratiæ de Messia Redẽptore fuit necessaria ad salutẽ Iudæis: Prophetis: sacerdotib., & Patriarchis. Quæ cõclusio multis, & validiss. rõnib., pbo.

Diuꝰ Aug. in li. de Nuptiis & cõcupiscẽtia asserit q̃ Iudęi: Prophetæ, & Patriarchę eandẽ quã nos habuerũt. *Auguſt.*

Idem In lib. de correctio. & gratia. Vbi inquit. Nos credimus venisse: Illi credebant venturum.

Nos mortuum: illi moriturum: Nos resurrexisse: Illi resurrecturum. Idem ad Optatum. d. *Gregorius.*

Idem Greg. supere Zechi. Idem omnes Doctores explicant propter verba Euangelij quæ dicunt. Et qui præhibant & sequebantur clamabant. Osanna Bene. q. ve. in no. domini

Præterea Nullus saluari potest sine magna fide. At fides dicitur magna qumq; mòdis, scilicet.

Cognitione, Quantitate, Deuotione, Constantia,& Veritate. } Cognitione Dei, Quantitate articulorum Deuotione cordis. Constantia tormentorũ & Veritate Mediatoris. } Ergo cum Patres, Patriarchę,& Prophetæ fuerunt saluati, oportuit illos eandem fidem per quam nos saluamur habere. Sed hæc fides est Mediatoris, & Mediator est Xp̃s Messias, ergo,& illi habuerũt hãc eãdẽ.

Præte. Nulla lex nec naturalis: nec mosayca: nec euangelica saluare potest sine gratia,& fide Mediatoris. ergo fuit in quacunq; ętate necessaria. Conseq. clariss. Antecedens probatur.

Nam nulla lex nec gratia, nec fides potest existere sine fundamento. At fundamentum est Messias. Igitur cum nobis fides Messiæ sit necesaria, Patribus antiquis quoq; erit necessaria.

Hinc Theologi dicunt quod necesitas fidei ostenditur ex reuelatione.

Nam inquiunt quòd Mysterium Incarnationis Messiæ fuit reuelatum omnibus antiquis, ut suæ salutis mediatorem credere, & cognoscere possent quatuor modis, videlicet.

Apertè, Distinctè Velatè,& Mysterioſe } Apertè. Esaiæ, qui vidit dominum sedentem super solium eius. Distincte, Moysi, Abrahæ, & alijs maioribus quibus ostendit suam essentiam. Quomodo sit una. Quomodo in vnitate naturæ stet personarum pluralitas. Quomodo sit gloria,& Maiestate plenus.

Velate. Simplicibus. Et Mysteriosè Nabuch. & Pharaoni sub illa statua, & sub illis spicis plenis frumento. Igitur nil à Deo sit frustra, sed quicquid facit tendit ad salutem omnium. ergo cum per hanc nos saluamur, per eandem saluabuntur Patres, & Prophetę ergo nostra fides alijs fuit necessaria.

Præte. Quærit Mag. sent. cũ alijs Theologis quot articuli fuerint sufficiẽtes pro saluandis illis qui Domini Aduẽtũ præcesserunt? Resp. de ojum assensu q̃ articuli necessarij pro saluãdis antiquis fuerũt sex. videlicet.

Fides Trinitatis,& vnitatis, Creatio mundi, Incarnatio Verbi, Natiuitas, Christi, Mors & Resurrectio, & Futurum Iudirium. } Sed omnes isti articuli à sponsata Christi Ecclesia credũtur,& adorantur. Quoniam in illis est salus,& gratia nostræ salutis ergo eadẽ fuit nostra cum illis fides.

Præte. Nullus saluari potest nisi liber sit à peccato, & ab ignorantia sui Creatoris. Sed sola fides Mediatoris Christi liberat à peccato, & ab ignorãtia ergo erit necessaria non solum nobis, sed patribus antiquis Iudæisque,& gentibꝰ Maior, tuttisi. Minor probatur q̃ sola fides Christi liberet a peccato, & ab *Ioan. 1.* ignorantia. Deletio peccati fit per gratiã,& expulsio ignorãtiæ per veritatẽ. At Christꝰ. est summa veritas,& gratia dicente Ioanne. Gratia,& veritas per Iesum Xp̃m facta est, ergo fides istanobis, & illis necessaria fuit.

Præte. D. S. Bona. & Hugo de S. Victore in libro de sacramentis quod fides mediatoris est dupliciter

Altera implicita, Altera explicita } Implicita est credere Vnum Deum: Creatorem omnium bonorum Rectorem cęli & mundi: Prouisorem, & futurum Redemptorem.

Explicita est credere Deum vnum, & Trinum; Factorem cęli, & terræ: Filium eius assumpturum humanitatem de Virginea puella, passurum, moriturum, & resurrecturum tertia die. Primus gradus fidei necesitas. erat omnibus tam maioribus quàm minoribus tam hominibus quàm mulieribus: Tam sapientissimis, q̃ simplicibus. Qm̃ sicuti palmes fructũ facere non valet nisi per insertionẽ vniatur, & copuletur plantæ viuæ; sic nec peccator viuere põt in Dei gratia uisi Christo Crucifixo per fidẽ vniatur & copuletur.

Secundus Gradus fidei erat solum maioribus reuelatum, & in illorum fide, & bonitate populus Deum colebat, Messiamq; venturum expectabat. Sed hæc omnia eadem sunt cum fide Ecclesiæ nouæ ergo si nobis fides ista est necessaria, illis quoq; necessaria erit.

Præte. Quæ unt Doctores discrimen fidei Ecclesiæ nouæ cum fide Synagogæ,& antiquorum. Et dicunt q̃ discrimen non est nec pęnes vnitatẽ cũ sit vnica illorum & nostra. Nec pęnes essentiam, cum eadẽ secũdũ naturã sit cum nostra illa patrum: sed differunt pęnes gradus. Nam fides nostra est clarior, perspicatior, & lucidior. Hinc dicunt, q̃ fides triplicem obtinet gradum.

Primus gradus est in lege naturæ, Secundus in lege scripta, & Tertius in lege euangelica. } Primus gradus fidei erat similis lumini stellarum, quod est parvum. Secundus gradus lumini Lunæ, quod est magnum: & Tertius Gradus lumini solari, quod est maximum, excedensq; oĩa alia lumina, ergo cũ gradus rei, & qualitatis nõ variẽt essentiã: sequit̃ q̃ fides nr̃a, & illorum fuerit eadem. Et sicut nobis est necessaria si cillis fuit necessaria.

Hinc addunt q̃ eodẽ modo reperietur in Ecclesia nostra fides implicita & explicita sicuti in Ecclesia patrum antiquorum, sed cum hoc discrimine q̃ in nostra Ecclesia est Clarior. Quoniam sol Christus promissus apparuit nobis in nostra carne

Clarior, Extensior & Intensior } Extensior. Quoniam simplices in Ecclesia tantum credunt, & sciunt de diuinis mysterijs, quantum forsan maiores, patres, & Prophetæ, licetq; non habeant visiones, reuelationes, ac archana per Angelos: habent

tamen ſacramentum Euchariſtiæ quod omnes excedit reuelationes.

Ideo non ſolum credunt Deum, ſed Trinum. Vnum ineſſentia,& Trinum in hypoſtaſi. Non ſolum credunt creationem,ſed credunt quòd ex nihilo: Non ſolumcredunt Redemptorem Ieſum nãtum,ſed paſsũ, ſed mortuum,ſed à mortuis reſurrexiſſe cum carne noſtra. Quinimo ſi reperiretur aliquis homo,& mulier chriſtiana,ꝙ neſciret hos articulos qui ſunt vniuerſaliſſimi nõ eſſet facile illum excuſare: ſed tanquàm negligentiſsimus reprhẽſione, & diſciplina corripi deberet. Vnde apparet quomodo fides iſta dicatur eſſe intenſior ac clarior,in iſtis ſimplicibus,quàm in illis de Eccleſia antiqua.

Dicitur etiam intenſior, Quomam maiores,Doctores, Concionatores, & Parochi non ſolum credunt, & ſciunt articulos fidei noſtræ quos ſimplices tenent,ſed reddunt rationes de multis: ſed penetrant ſacramenta quæ perdifficilia arduaq; ſunt ſimplicibus. Hoc dicit Gloſsa ſuper verbis Ioannis. 6. Colligite quæ ſuper fuerunt fragmenta ne pereant.

Inquit quòd illa fragmenta ſunt myſteria ſacra: ſacramentaq; altiſsima quæ paruus grex ac puſillus capere non ualet, ſed commiſſa ſunt pronectioribus. Propter hoc ſicuti ſimplicibus ſufficit dicere in vniuerſali, Credo ꝙ Eccleſia ſancta Romana Catholica credit: ſic prouectiores tenere nõ ſolũ credere in vniuerſali, ſed neceſſe eſt intenſe credere,explicite credere, & populum ſibi commiſſum docere ac inſtruere. Et quãq; ſimplices credentes articulos diſtincte, ſine intelligentia explicationis,& interpretationis ſaluent in ſua deuotione,ac bonitate: tamẽ mihi maximus reſtat ſcrupulus de miniſtris publicis S. Eccleſiæ. An ſaluari poſſint ſine intelligẽtia articulorum? Nonmeretur ſalutem Paſtor quis ſua negligentia permittit oues à lupis occidi. Non meretur præmium, ſed mortem Medicus qui neſciens agroti plagas vult mederi, & mortẽ illi præ-
1. Pet. 5 parat. Quid,ergo dicemus de ijs inſcientibus Miniſtris Petri herarchæ Eccleſię reluctantibus? Non ne ingt ſummus,& ſanctus Pontifex. Eſtote parati ad ſatisfactionem omni poſcenti vos? Non nè mortale,eſt contra legem Spiritus ſancti viuere,regere,& de cipere? Non ne iſti ſunt cęci? In cumbant igitur Doctrinæ Theologicæ,vt poſsint fidem hanc noſtram publicare,qua ſola,Antiquiores patres,& nos ſaluamur. Ratio adhuc. Nullus ſaluatur niſi ingrediat Angelorum conſortium. Ingredi non valet niſi cęli ianua aperiatur? Apertio cęli a Chriſto ſolo facta fuit, ergo in ſola Chriſti fide ſalus,ergo eadem illis,& nobis. Hæc quoad concluſionem.

DVBIA CONTRA CONCLVSIONEM, *quod non fuerit eadem cum noſtra,illorum fides.*

Primũ dubiũ. Hęc concluſio diuinæ repugnat ſcripturæ,ergo falſa. Conſequẽtia clara. Antecedẽs probo, ſcribitur. Exodi 3. Ego ſum Deus Abraham Deus Iſaac,& Deus Iacob. Et nomen meum Adonay non indicaui eis. Modo ſic arguo. Si Deus non reuelauit nomen ſuum illis patribus,ſed ſolum Moyſi, quod erat obſcurum,quomodo debebant tenere ea quæ nos tenemus quæ ſunt clariſsima?

Secundum Dub. Angeli ante Chriſti aduentum. Incarnationis myſterium non nouerunt,ergo nec homines,nec Prophetæ,nec Patriarchæ ſcire potuerunt myſteria,& articulos quos nos ſcimus.

Ephe. 3 Antecedens eſt Diui Pauli ad Eph. 3. vbi dicit, ꝙ ſacramentum incarnationis Chriſti fuit abſconditum Principibus,& Poteſtatibus in celeſtibus,& per Eccleſiam eis in notuit.

Eſai. 63. Idem confirmat in illis verbis Eſaias. Quis eſt iſte qui ve. de Edon titu. de Boſra? Vbi angeli ſtupent,& admirantur. Conſequens etiam probo. Nam certum eſt quòd Intellectus angelicus noſtrũ in ſcientia excedit, ergo ſi illi neſcierunt: Næc præſentes ſcire potuerunt, ergo non eadem quam nos habemus habuere fidem.

3. d. Præte. In lege noua plura continentur quã in lege ueteri,vt patet de ſacramẽtis, ergo fides non erat eadẽ.

Quartum dubium. Inter articulos præcipuos quos habet noſtra fides vnus eſt Paſsio Chriſti à qua peccator liberatur à Dæmone,& iuſtificatur à culpa. Sed ante Chriſti Incarnationem pauci credebant Meſſiam paſsurum, & moriturum, ergo non fuit eadem credendi virtus. Maior eſt manifeſta: Et minorem docet experientia de præſentibus Iudęis qui negant Chriſtum eſſe filium Dei,quoniam nunquàm crucifixiſſent. Idcirco Paulus clamat. Prædicamus Chriſtum crucifixum Iudæis ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam,ergo fides eadem non fuit.

Quintum dubium Multi gentiles ſalutem adepti ſunt per myniſt erium Angelorum (vt d. Dyoniſius 9. de cœle. Hierar.)Sed gentiles non habuerunt fidem de Chriſto nec explicitam,nec implicitam,ergo fides noſtra non fuit in antiquis eadem.

Sextũ dub. Si fuiſſet eadem fides, ergo idem effectus,& finis,ergo ſicut per Baptiſsima quod infide Chriſti homo ſuſcipit ſtatim ad cęlum euolat ſi moriatur euolaſſent,& Patres antiqui per fidem circunciſionis, & oblationum. Sed hoc eſt falſum,quoniam per manſerunt in limbo,ergo non eſt eadem.

RESPONSIONES, Argumentorum.

Ad primun quando dicitur quòd antiqui non ſciebant aquæ Moyſes,& quæ alij,vt d. Dauid. ſuper ſenes intellexi. Super omnes docentes me intellexi. Reſ. quòd fides eſt dup.

Implicita & explicitę. } Neſciebant quæ Moyſes explicite: ſciebant autẽ implicite. Ideo quando credebant Deũ credebant etiam implicite Dei nomina,& attributales perfectiones. Valet argumentũ de fide explicita,non autem de fide implicita.

Ad ſecundum. Angeli non cognouerunt licet ſint intellectus perſpicaciſsimi R. quod hoc eſt falſum,quia legatus ſcit Principis archanum. Ang. fuit legatus,ergo non latuit eum Incar.

Præterea dicit Scotus. Neſcierunt Angeli ergo homines non potuerunt credere? negatur. Neſcio Hieruſalem quomodo ſit in magnitudine,& infitu,ergo non poſſum illam credere? negatur.

Præ-

terea Angeli cognouerunt Incarnationis myſterium tempus vero latuit illos. Et ſic vult dicere Paulus ꝙ neſcierunt tempus Incarnationis.

Ad 3. plura continet noſtra quàm antiquorum fides Reſpon. quòd continere ſtat dupl.

Vel quantitatiue / Vel qualitatiue. } Quantitatiue. Et hoc modo dico quòd tot continet vetus lex & fides antiquorum ſicuti noſtra. Vnde omnes articuli: omnia ſacramenta fuerunt in lege antiqua, quæ ſunt in noſtra fide.

Qualitatiue vero non continet illa quæ fides noſtra. Nam fides illa continebat implicite, & ſub figuris: noſtra continet explicite, & ſine figuris.

Ad 4. eodem modo dicimus, quòd omnia credebant etiam paſsionem Chriſti, ſed implicitè. O fuit inſcãdalum. Reſpon. fuit malignis, non autem ſimplicibus,& optimis. Quinimo fuit illis in ſalubrem medicinã.

Ad 2. de gentilibus. Dicimus quòd fuit facta reuelatio myſteriorum. Patet in Iob. Scio quòd Redemptor meus viuit,& in nouiſsimo die. Vnde credit maximun articulum Reſurrectionis. Idem aſſerit S. Aug. narrans quòd ſybillæ gentilibus multa de Chriſto præcantarunt. Iob. 19

Idem legitur in hiſtoria Romanorum quòd tempore Conſtantini Imperatoris, & Helenę matris ſuæ in ſepulchro quodam inuentum fuit ſuper pectus cadaueris ſcriptũ hoc. Chriſtus naſcetur de Virgine, & ego credo in eo. Vlterius. O ſol ſub Helenæ,& Conſtantini temporibus, iterum me videbis. Vnde ſemper fides fuit infuſa,reuelata,& licet non fuerit ſemper explicita fuit tamen implicita.

Ad 6. fides non dabat Beatitudinem ſicut noſtra. Vnde Dominus inquit. Beati oculi qui vident quæ uos videtis. Reſpondetur, licet non dabat ſalutem actualiter dabat tamen certitudinaliter. Non dabat ſolutione, Dabat tamen promiſſione. Quoniam non prætium ſalutis noſtræ ſolutum fuerat. Et ſic apparet quòd illa,& noſtra eadem eſſentialiter fuerit fides, non tamen gradualiter. In ſequenti examinabo quæſtionem Doctoris in qua conatur probare quòd cum lumine gloriæ ſtet fides.

LECTIO SEPTVAGESIMA

ſeptima ſuper quæſtione in qua ponit hanc concluſionem. Fides eſt in Beato cum lumine Gloriæ; et hoc de potentia abſoluta, & non ordinaria. Quam concluſionem ſic probo.

Prima ratio. Si fides,& eius actus nõ ſtant cũ lumine Gloriæ,& actus gloriæ,vel viſionis. Hoc eſt propter repugnantiam quæ dicitur eſſe inter aſſenſum firmum,& magis firmum. Ideſt quòd actus fidei nõ dicat aſſenſum ita firmum ſicut dicit actus viſionis,ſed hoc nõ impedit,ergo ſimul ſtare poſsunt. Patet. Nam omnis repugnantia fundatur.

Aut in oppoſitione contraria, / Aut priuatiua, / Aut contradictoria } Quod nõ opponuntur contrarie patet. Certum eſt. n. ꝙ contraria ſunt extrema, quoniam dicit Philo. omnis contrarietas eſt inter duo extrema. Ideo iſta ſunt

Aut relatiua, ſed nulla iſtarũ oppoſitionum reperitur inter fidem, & Gloriam ergo non opponuntur probo.	Extrema. Album Calidum Scientia. Viſio	Extrema Nigrum. Fri. Habitus erroneus, clara error.	At fides non eſt eſt extremũ gloriæ ergo nõ erit oppoſita gloriæ ergo nec contraria. Igitur ſimul in eodem ſubiecto ſtare poſsunt.

2 Non eſt etiam contrarietas quæ reperitur in medio per ab negationem extremorum. Nam medium per abnegationem extremorum dicitur eſſe ens poſitiuum habens contrarietatem,& incompoſſibilitatem cum vtroq; extremo. Exemplum apparet in liberalitate. Nam certum eſt ꝙ liberalitas eſt medium per abnegationem inter auaritiam,& prodigalitatẽ quę ſunt extrema vitioſa cũ quibus nullo mõ conuenit. Igitur non eſt medium fides per abnegationem,quoniam non contrariatur viſioni,ſed ſolum habitui erroneo. Et per conſequens ſtare poteſt cum viſione.

Confirmatur. Accipio cognitionem veſpertinam,& matutinam. Nulli dubium eſt ꝙ ſtant ſimul in eodẽ ſubiecto receptibiliter. Nam angelus vtranq; habet. Non tamen ſtare poteſt cognitio iſta veſpertina cum habitu extremo, videlicet cum habitu falſo,& erroneo. Sic dicimus de fide. Fides non poteſt ſtare cum habitu erroneo, & cum infidelitate, ſed ipſum deſtruit cum ſit oppoſita contrarie: poteſt tamen ſtare cum habitu luminis Gloriæ cum ſit oppoſitio ſolum priuatiua ergo.

3 Non eſt oppoſitio inter fidem & ſcientiam, ſiue lumen glorię contradictorie, ergo poſsunt eſſe inſimul. Patet Contradictio eſt reſpectu eiuſdem de eodem. At euidens,& ineuidens non ſunt de eodem. Nam euidens eſt gloriæ,& ineuidens eſt fidei ergo non ſunt de eodem ergo ſimul ſe compati poſsunt.

4 Non eſt etiam oppoſitio vere priuatiue ne incidamus in eandem explicationem prius allatam, quæ nõ eſt vera priuatio,ſed per modum priuationis,quoniam vere priuatiua nata ſunt fieri circa idem ſubiectum. Exemplum. Viſio,& cæcitas: auditus,& ſurditas,circa animal. At euidentia eſt in lumine Gloriæ: & in euidentia in lumine fidei,ergo poſsunt ſimul eſſe.

5 Non eſt oppoſitio relatiua. Quoniam relatiua oppoſitio fundatur in vno iſtorum modorum quos aſſignauimus videlicet in contradictione, & priuatione, ſed in nulla iſtarũ oppoſitionum reperitur fides cum viſione ergo manere ſimul poſsunt. Minor eſt probata per antecedentia, & maior declaratur per experientiam. Aſſumo iſta relatiua.

Diuerſa / Diſſimilia / Magnum,& Paruum, / Patrem,& filium / Et quæ qũo ſunt oppoſita.	Reſpon. Diuerſa ſunt relatiua quia ad alterum. Nam ſi diuerſum eſt nihil. eſt diuerſum reſpectu aliquid ſunt etiam diuerſa pp fundamẽtũ,in quo eſt oppoſitio contradictoria,ſcilicet nihil & aliquid. Ita diſſimilia, ſunt relatiua, & diſimilia. Relatiua quia diſimile refertur ad aliud. Sunt diſimilia. Qm̃ infundatur

dantur incontrarietate,& contrarietas inqualitate oppoſita. Vt albedo & nigredo, caliditas & frigiditas. Idem inmaginatio & paruo. Sunt relatiua,& ſunt relatiua oppoſita. Relatiua quoniam alterum refert alterum, magno refert paruum, ſunt priuatiua oppoſita. Quoniam partium reſpectu magni eſt ſicuti ſubiectum ſine forma. In hac oppoſitione dicitur pater & filius. Nam pater eſt per modum habitus, & filius per modum priuationis. Stantibus his, modo redeo ad concluſionem & aſſero quòd cum omnis incompoſſibilitas duorum habituum in eodem ſubiecto ſit propter oppoſitionem contrariam, contradi.& priuatiuam & nulla iſtarum reperiatur inter fidem & Gloriam, dico quòd fides ſtat cum gloria ſimul.

2. Ratio. Præterea dicit Doctor vt omnes excludat dubitationes propter oppoſitionem priuatiuam quę videtur eſſe inter fidem & Gloriam ratione ineuidentiæ & euidentiæ, quòd triplex

Eſt priuatio.
Prima eſt abſoluta & Deſtructiua
2. Deformis, &
3. Diſperata.

} Priuatio abſoluta & deſtructiua priuat ſubiectũ de ſuo habitu, de ſua forma omnino,& ſimul auffert aptitudinem cum actu & habitu. Exemplum. Cæcitas, vel ſurditas, dicit non ſolum formæ, habitus & actus anihilationem ſed etiam dicit aptitudinis ad habitum abolitionem,& diſſipationem.

2. Priuatio deformis non tollit ſubiecti formam, & habitum, ſed priuat illud ſuo forma pulcherrima, actuq; venuſto. Exemplum. Turpitudo in facie & in pede non diſſipat formam pedum & faciei, ſed priuat ſubiecta illa forma pulchritudinis.

3. Priuatio diſperata eſt carentia perfectionis alicuius ſubiecti, vel virtutis,& actus. Exemplum. Calor imperfectus dicitur eſſe priuatio, reſpectu caloris perfecti, ſic albedo, ſcientia & bonitas imperfecta dicitur priuatio reſpectu perfectæ bonitatis, albedinis,& ſcientiæ.

Ex ijs modo concludit quòd priuatio 1.& 2.gradus non poſſunt omnino in vno & eodem ſubiecto ſe compati propter oppoſitionem formaliter repugnantem. Priuatio vero tertij ordinis quæ dicit potius imperfectionem quàm carentiam totalem formæ poteſt ſtare cum habitu. Cum ergo fides reſpectu gloriæ dicatur eſſe priuatio diſperata poteſt ſtare cum gloria. Ratio quia illa poſſunt ſtare in ſimul quæ non directe opponuntur, ergo.

3. Ratio. Simile dicitur tripliciter. Nam.

Datur ſimillimum
Simile &
Conſimile.

} Simillimum dicitur eſſe omne ens eiuſdem ſpetiei, vt homo homini, ignis igni.
} Simile dicitur ens eiuſdem qualitatis, vt album albo, calidum, Fri.
} Conſimile dicitur ens eiuſdem generis ſed in perfectione, actu, & habitu impar, vt paruus calor reſpectu magni caloris.

Simillimum generat ſibi ſimile vt planta plantam, animal animal: Homo hominem. Simile intrinſecatur ſibi ſimile, vt paruus calor, albedo,& vis à magno calore, albedine & vi intrinſecatur & transformatur.

Conſimile vero non intrinſecatur à ſimili ſed in eodem permanet ſubiecto. Modo ad noſtrum negotiũ reuertor & dico quòd fides non eſt ſimillima cum Gloria quia non eiuſdem ſpetiei, Nec ſimilis, quia non cauſatur à lumine, ſed eſt conſimilis,& ideo ſecum ſtare poteſt, ergo duo habitus euidentiæ & ineuidentiæ poſſunt in eodem ſubiecto recipi.

4. Ratio ſumitur pœnes creationem & naturam. In natura corporali reperiuntur ſimul & ſemel priuatio & habitus, ergo poſſunt etiam reperiri incorporalibus. Ratio quia oppoſitio corporalis magis repugnat quàm incorporalis. Magis repugnant album & nigrum corporaliter, quàm ſpecies albi & nigri incorporaliter. Repugnantia prima tollit vnionem in ſimul in ſubiecto 2.vero admittit vnionem in Intellectu. Probo antecedens.

Certum eſt quòd quælibet creatura habet ſimul actum & potentiam, actum in Deo, & potentiam in ſe. Quia in Deo eſt ſemper aliquid, in ſe eſt nihil.

Sic prima Materia ex ſe ſemper eſt ſub priuatione habitus, ſed reſpectu motus continuus eſt ſub forma,& ſub habitu. Ratio quia iſta non ſunt priuationes de directo appoſitæ ſed diſperatæ. Ergo cum fides ratione ineuidentiæ ſit ſub priuatione poterit ſtare cum gloria quæ habet euidentiam.

5. Ratio ab experientia. Accipio Iudæum in quo ſunt duo habitus Fidei Chriſtianæ.

Alter acquiſitus,&
Alter infuſus.

} Acquiſitus per inſtructionem & cathechizationem
} Infuſus per ſuſceptionem Baptiſmatis. Tunc quæro?

Aut iſti duo habitus manent ſimul
Aut non manent.

} Si manent habeo propoſitum. Quoniam vnus aſſenſus minus firmus de fide acquiſita manet cum aſſenſu firmiſſimo de fide infuſa.

Si non manent, ergo alter deſtruit alterum, ergo fides infuſa opponitur fidei acquiſitæ. At hoc falſum. cum virtus virtuti dicitur ſymbolica, & germana, ergo ſi remanent iſti duo habitus firmus, & infirmus, quo modo non manebunt ſimul euidẽtia gloriæ cum ineuidentia fidei? Idem apparet in perſpicaciſſimo Philo, qui habet certiſſimam veritatis & cuidentiæ ſcientiam demonſtratiuam, ſi fit Chriſtianus recipit fidem infuſam, vnde ſimul & ſemel habet vtrunq; habitum, videlicet euidentiæ & ineuidentiæ, ergo fides & Gloria inſimul erunt in Intellectu. Hæc quo ad probationem. Modo opertet videre contradictiones Doctorũ.

CONTRA-
dictiones omnium ferè Theologorum quod nullomodo poſſint in ſimul eſſe Ineuidentia fidei, cum euidentia Gloriæ.

Contradi.prima. Nullũ extremum compatitur ſibi aliud extremum, nec medium. At gloria æterna eſt extremum in viſione, & euidentia apertiſſima, ergo pati non poteſt ſecum fidem cum ſit de ineuidenti. Maior eſt apertiſſima in omnibus extremis. Nam nec albedo, nec caliditas, ne ſiccitas, nec alia extrema, nigredinem,& humiditatem, compatiuntur ſimul. Ideo Phi. 1.de Gene.t.com.88.dicit quòd ſi vnum extremum adueniret alicui totum illud deſtrueret. Si adueniret ignis in extremo alicui corpori, illud deſtrueret. Exemplum. Si quis aquæ guttam in millle amphoras vini proiitiat, ſtatim diſſipatur. Igitur cum euidentia gloriæ ſit ſummum claritatis extremum non poteſt manere cum fidei ineuidentia.

2. Contra-

2. Contradictio. Si fides eſſet in patria, ergo Beatus eſſet viator. Patet conſequentia. Credere eſt actus prius viatoris, & vbi datur prius actus datur & proprium ſuppoſitum.

3. Cont. Cum diſperata oppoſita poſſunt ſimul ſtare. Igitur Beatus videns peccare poſſet,& per conſequẽs damnari. Antecedens eſt conceſſum. Probatur conſequens. Diſcredere,& deſperare ſunt ſolum oppoſita diſperata ad viſionem, ergo poſſet Beatus diſcredere,& diſperare,& per conſequens damnari. Nam cum fides ſit in anima intellectiua poſſet ad vtrumlibet cum ſit libera, ergo non credere.

4. Contra. ſi ſimul ſtarent fides & Gloria, vel ſcientia viſionis, ergo credens poſſet in oppoſitum per alterius demonſtrationem probabilem. Patet, quoniam facile eſt decipi de obiecto quod non eſt nobis manifeſtum, ergo damnari.

RESPONSIO,
Vnica omnium argumentorum aliarum opinionum.

Ad primum & ad omnia alia argumenta dicit Doctor in 3. Arti. Quòd duplex eſt potentia.

Altera eſt potentia ordinata
Altera potentia abſoluta.

} Quo ad potentiam ordinatam, & de congruo certum eſt quòd in ſimul ſtare non poſſunt iſti duo habitus. Ratio eſt in promptu. Quoniam habitus minor,& imperfectior eiuſdem generis ſemper expellitur per habitum perfectiſſimũ. Igitur fides habitus imperfectus reſpectu Gloriæ non poteſt manere cum gloria &. Eſſet fruſtra.

Quo vero ad potentiam abſolutam dicitur quòd poteſt eſſe habitus iſte ſine ſuo actu. Nec propter hoc dicitur eſſe fruſtra. Ratio. Quia potentia abſoluta non ponitur propter operationem ſed ſolum ad oſtendendum quòd in tali facto non includitur contradictio ſi ſint.

Ad ſecundam contra. in qua dicit quòd Beatus poſſet peccare. Reſpon. quòd ſupponit vnum falſum in cœlo licet ſit habitus Fidei, tamen nullus error, ſic ad. Tertium Quoniam in cœlo obiectum & intellectus cum voluntate eſt immobiliter Deo affixus.

Sic ad Quartum eodem modo reſpondendum eſt. Idcirco Doctor vt res ipſa ſit clarior facit vnam pulcherrimam diſtinctionem & dat vnum exemplum.

Quo ad diſtinctionem inquit. Rerum eſt duplex claſſis.

Altera materialium
Altera immaterialium

} Res materiales ſunt huius ordinis quòd forma poſita in extremo, & in vltima perfectione, perficit materiam extenſiue & intenſiue, quoniam ad nullam aliam formam extenditur. Intenſiue. Quia nulla alia poteſt præſtantiori modo ipſam materiam à proprio agente præparatam informare, complere, ac ſatiare.

Idem patet etiam de accidentibus. Candor in Margarita iſta, eſt illi gemmæ proprius, quòd ad nullum alium refertur nec extenſiue, nec intenſiue. Sic dicimus de calore in extremo qui ſecum omnem alium trahit calorem.

Res vero immateriales modum habent contrarium. Licet enim perficiantur intenſiue ab aliquo obiecto, tamen ſimul poſſunt extendi ad aliud. Exemplum habemus de Angelis qui intenſiue cognoſcunt res in verbo,& ſimul extenſiue eas cognoſcunt in ſuo proprio genere ſpetie, & indiuiduo. Vnde iſti duo habitus ſtant ſimul. Aliud eſt exemplum. Detur quòd Pater meus Dominus Bernardinus Brenzonus ſit hic vt in ſpiciam eum oculis carneis, ſub inde teneat idem pater meus ſpeculum fixum ante aliud ſpeculum de directo. Nulli dubium eſt quòd de Patre meo duos diſperatos habebo conceptus. Alter erit clarus, & alter enigmaticus. Clarus cum illum in perſona propria inſpiciam. Enigmaticus cum ſuam in ſpeculo videam Imaginem. Hoc modo de potentia abſoluta poteſt Deus Beatorum mentibus præſentari, videlicet in habitu gloriæ, & in habitu fidei. Hæc pro præſenti. In ſequenti aggrediemur Diſt.26.Magiſtri. *Exemplum.*

LECTIO LXXVIII.
Super Diſt.26. in qua agitur de ſpe quid ſit in quibus ſit, & diſcrimen ponitur inter fidem et ſpem. *Diſt.26.*

Idcirco vt rem ipſam facilius percipere poſſimus quatuor faciam. Primum aſſignabo ſpei gradus. 2. Deſcriptionem. 3. probationem. 4. argumentorum ſolutionem.

Quo ad ſpei gradus ſciendum enim eſt, quòd ſpes à Theologis multifariam ſumitur ſine cuius intellectu difficile erit intelligere de ſpe quæ Theologica virtus eſt. Nam æquiuoca prius diſtinguntur & nomina multiplicia, ſubinde diffiniuntur & explicantur. Cum ſpes ſit nomen multiplex & æquiuocum, opertet primum illud diſtinguere,& partiri deinde diffinire,& deſcribere. In qua diuiſione ac diſtinctione legi, & conſideraui omnes ferè Doctores,& ex illis præclariſſimos ex quibus obſeruaui quòd ſpes ſignificat.

Affectionem,	Affectionem appetitus,	Quòd autem ſignificet affectionem patet ex
Habitum	Habitum voluntatis,	Ioanne Noſtro Bachone Ar. 1.huius Diſtin.
Actum	Actum libertatis,	Vbi concludit quòd ſpes pro vno ſign.dicitur
Dilationem &	Dilationem doni,&	Paſſio appetitus concupiſcibilis,& iraſcibilis.
Obiectum ſperatum	Obiectum quod voluntas	Idem Gerſon, quæ omnia à Phi. optimè expli
ſignicat.	cupit & ſperat.	cantur dum enumerat quatuor paſſiones humanas, videlicet. Amorem vel gaudium, ſpem, vel deſiderium. Timorem vel diffugium dolorem,& odium.

Nam cum affectio, ſit animi & corporis extempore aliqua de cauſa mutatio. Iure merito ſpes paſſio & affectio dici debet. Quoniam per illam anima mouetur ad bonum delectabile,& ad arduum magnũ &, terribile, vt dicitur à Phi.

Quòd ſignificet habitum experientia docet. Nam ſpe inclinamur ad obiectum amatum & deſideratum facile, ac prompte.

Quod dicat actum patet. Nam vsus communis loquendi solet pro ferre semper hanc sententiam quando de re aliqua,& de amico fideli verba facit, Spero hanc dignitatem, Spero assumptionem Cardinalatus.

Iob.11. Quoniam Sixtus Quintus Pontifex. Max. est patruelis meus Quoniam Rex Philippus est Patronus meus

Quod innuat dilationem rei patet ex Iob cap. 11. loquens de Behemot, Ecce spes eius frustrabitur ideſt expectatio futuri Iuditij vbi acrius,& scæuius punietur,

Quod explicet obiectum speratum declarat Paulus ad Titum,2.dicens, Expectantes beatam spem, ideſt Beatitudinem æternam. Id refert Biela.D.26.& Bona,& 5.Thomas,

Addo quòd Doctor distinguit appetitum in quo est spes in superiorem & inferiorem, Superior appetitus est voluntas. Inferior concupiscibilis & irascibilis. Et quod vnica sit vis appetendi sicut vna facultas intelligendi,tamen sicuti sunt plures modi intelligendi,sic sunt plures affectiones,& passiones, modiq; appetendi. Hæc quo ad distinctionem vocis.

Quo ad 2.de diffinitione spei Dicit Mag.in litera quòd spes est certa expectatio futurę beatitudinis veniēs ex Dei gratia,& meritis præcedentibus. In qua deffinitione Gerson p.2.de septem virtutibus, cap. de spe.Et Scotus. Diuus Thomas.Bona.& Doctor noster obseruant singulas particulas,quæ sunt istæ. Videlicet quòd spes sit expectatio.

Certa, Beatitudinis, Futuræ, Ex Gratia, Meritis, Præcedentibus, Dicitur primum } Expectatio vt ostendat illos qui sunt viatores,ab illis qui sunt intermino. Nam nec in Beatis,qui sunt in termino fœlicitatis,nec in Dæmonibus ac damnatis qui sunt in termino miseriæ reperitur spes Theologica. Quoniam damnati sunt desperati, & Beati obiecto fruuntur sperato. Ideo Doctor in 2.ar.notat, quod formale obiectum spei Theologicæ dicitur esse bonum, arduum, futurum,& possibile haberi. Bonum quia Beatum, Arduum,quia excelsissimum. Futurum quia promissum. Possibile. Quia per fauorem gratiæ datur bonis. Ideo cum Damnati sint sine gratia, Beati in fine gratiæ,& viatores ambulant in gratia, Damnatis est impossibile,Beatis est concessum,& Viatoribus promissum.

2. Dicitur Beatitudinis, Vt ostendat obiectum spei. Nam duplex est obiectum vt in quit Doctor argumento secundo.

2.ar.Bacho. Alterum est obiectum immediatum, Alterum obiectum principale. } Obiectum immediatum & proximum spei dicitur esse Beatitudo,& fruitio creata. Obiectum vero principale sed mediatum est Deus causans & creans beatitudinem. Ratio est in promptu. Nam finis spei est præmium, sed præmium est quid finitum, ergo non potest esse Deus. cum sit infinitus, ergo erit Beatitudo. Quæ vocatur mãsio creata. Multæ mansiones sunt in domo patris mei. Tamen omnes ex principali obiecto.

3. Dicitur. Futuræ. Vt excludat Sanctos & Christum, Angelos; In quibus nulla spes. Nam spes est expectatio præmii essentialis proprie. At in Christi anima erat præmium substantiale,sic in Beatis,ergo non est fides. Ratio. Vbi spes ibi fides. Vbi fides ibi euidentia. At Christus, Angeli & Beati omnia aperte contemplantur,ergo non inest fides,ergo nec spes.

4. Dicitur ex gratia. Quoniam cum spes sit virtus Theologica cum sit de Deo,oportet etiam quòd sit gratuita,sed non potest esse gratuita sine sua perfectione. At perfectio est gratia,ergo cum gratia, diuinaq; bonitate debet esse vnita. Hic ponitur hoc corrolatium.

Fides facit assentire summæ veritati. Charitas adhærere summæ bonitati, & spes inniti summæ largitati.

5. Dicitur ex meritis. vt præmij æterni ostendat causam,& rationem. Nam spes sine meritis dicit Augustinus non est spes sed præsumptio. Hinc meritum & præmium sunt correlatiua. Idcirco si Beatitudo est præmium erit ratione meriti, sed meritum est opus,ergo operamur vt mereamur.

6. Dicitur præcedētibus. Quoniam nullus Beatitudinem sperare potest sine meritis præcedentibus.Quoniam Deus est velut Rex, Rex non coronat duces suos nisi prius præcedant bella, victoria, Triumphusq; de inimicis. Sic Deus vult per merita,& merentibus fœlicitatis dare coronam.

Præterea dicit ex meritis præcedentibus. Vt demonstret sperantium desiderium efficax vt deducitur ex subtilissimo Scoto. Nam duplex est in viatoribus desiderium spei.

Alterum ineficax, Alterum efficax. } Desiderium efficax est velle,sperareq; Beatitudinem cum suis medijs ordinatis ad acquisitionem. Ideo Occam lib.3.q.8.& Cardinalis Cameracensis 3. sen.q.vnica, dicunt quòd ad Beatitudinem quatuor requiruntur scilicet.

Bonum infinitum	Bonum infinitum est Deus	Bonũ communicatur
Capacitas,	Capacitas est dispositio voluntatis,	capacitas recipit,visio
Visio &	Visio est præmium,&	illustrat, & medium
Medium efficax.	Medium. vel desiderium efficax est meritum	efficax stabilit,ac confirmat.

Nullus,ergo audeat Beatitudinem sperare,qui caret hoc desiderio efficaci caret, inefficaciq; voluntate de ambulat quæ suo priuatur fine cum opera expellat. Idcirco dicunt scripturistæ quòd spes nostra in præmium æternum est conditionata, Conditio est meritum, Meritum est opus,opus est desiderium efficax ergo recte dicitur à Mag.sen.quod spes recipit beatitudinem ex meritis præcedentibus. Hinc Paulus dicebat

Roma. quòd Probatio operatur spem,spes autem non confundit. Quid est probationem operari spem? Nonne spes est virtus Theologica? Nonne à Deo infunditur quomodo ergo à nobis operatur? Respondetur quod fides non producitur ab opere essentialiter,sed certitudinaliter. Ideſt probatio operum, pacientia in tribulationibus,& constantia in martyrio facit hominem perseuerantem,& ex perseuerantia facit spem certam de salute & de fœlicitate.

Hinc S.Thomas 2.2.q.17.ar.1.dicit quòd in omnibus regulatis & mensuratis bonum cõsideratur per hoc quòd aliquid propriam regulam attingit. Ideo dicimus vestem sororis meæ Virgineæ monialis esse bonam quoniam non excedit, nec deficit à propria mensura. Ex hac regula dico quod spes Theologica habet tres mensuras.

Prima mensura dicitur esse supræma, 2. Mensura est media 3. Mensura finalis } Mensura supræma est meus optimus maximus obiectum primarium & principale spei Theologicæ. Mensura media est gratia quæ perficit ipsam spem vt

vt appetitus noster,& voluntas sit Deo grata. Mensura deniq; finalis dicitur esse meritum, sed meritum est ex operibus, ergo vti sine Deo spes non habet Gloriam, & spes sine gratia non habet acceptationem sic spes sine merito non habet iustitiam. Concludatur,ergo quòd deffinitio magistri sit optime assignata. Et pauca hæc ad probationem sufficiant. Modo accedo ad difficultates reluctantes huic descriptioni.

DIFFICVLTATES

Aduersus positam diffinitionem spei Theologicæ virtutis.

Prima difficultas, quòd spes non sit virtus. Virtute nullus male vtitur dicit Augustinus.ergo spes non potest esse virtus,quoniam homo illa male vtitur.Probo consequentiam. Nam omne quod est medium inter duas malitias habet excessum & defectum. At spes Quia medium, participat naturam extremorum. Vt tepidum calidi & frigidi, Rubrum & cæt. *lib. de lib. arbi.* *Sco.*

2. Difficultas. Virtus est dispositio perfecti primo Phy.Tex.Com.17.ergo spes non est virtus. Patet, quia est dispositio imperfecti scilicet carentis obiecto perfectissimo, ergo. *Tho.*

3. Difficultas. Quod non sit virtus certa. Certitudo pendet vel ex gratia,vel ex libero arbitrio:sed non potest esse ex gratia, quoniam nullus potest esse certus certitudinaliter de gratia. Nec ex libero arbitrio, quoniam vbi vertibilitas,non potest esse certitudo: lib.arb.est vertibile,ergo.

4. Difficultas à simili. Sicut contingit recte,& non recte sperare,sic contingit etiam recte,& non recte timere. At habitus qui dirigit animam in timere de non timere nõ reponitur in genere virtutis. Vt timor, ergo nec habitus quod dirigit in sperando Igitur spes vt dicit habitum non est in genere virtutis.

5. Difficultas Virtus licet sic circa obiectum difficile,& arduum,tamen est illi proportionatum,ergo spes non potest esse virtus quia eius obiectum est improportionatum,excedens & infinitum. Antecedens est clarissimum. Nam si obiectum fortitudinis quod est sustinere, & vincere terribilia excederet ipsam in infinitum, quomodo posset dari Athleta,victor, & triumphator? Nullomodo equidem, ergo oportet vt sit proportionatum. Consequens probo, quòd obiectum spei sit improportionatum. Nam obiectum spei principale est Deus, Deus est infinitus, ergo non erit eius obiectum.

6. Difficultas Obiectum spei est quid arduum,ergo non est virtus Theologica.Ratio. Quoniam arduum est obiectum virtutis Cardinalis, nempe fortitudinis,vt d.Phi.ergo.

RESPONSIONES.

Ad primam difficulta. Spe male vtitur,ergo non est virtus. Nam dicitur esse medium inter præsumentem & desperatem? potest igitur nimis sperare,ergo male vti. Respon.quòd medium est duplex.

Alterum participans, Alterum vniens & dirigens } Medio participante potest male vti. Nam fortitudo,quæ est mediũ inter audaciam & pusillanimitatem potest male vti. Quoniam magis ad vnũ extremorum potest declinare ratione vehementis passionis, quàm ad aliud, vt patet de Golia qui nimis fuit audax & petiit. Medio vero vniente,& dirigente non potest male vti,manente in sua natura. Exemplum apud Mathematicum. Certum est quòd circinus,& perpendiculum à nullo possunt male vti. Quinimo corrigunt malos vsus,& rectificant omnes curuationes; Spes igitur cum sit medium vniens nullomodo potest male vti. Argumentum, ergo currit de medio participante non de vniente.

2. Valet in virtutibus quæ habet obiecta finita,non autem de ijs quæ habent obiectum infinitum. Nam licet quis possit esse nimium iustus,non tamẽ nimis potest credere,nec sperare,nec amare Deum, cum Deus in bonitate,& gloria,omnem excedit Intellectum voluntatem, fidem,spem humanamq; charitatem.

Ad 2. Virtus est dispositio perfecti. At fides est imperfecti. Respon.quòd virtus dupliciter consideratur.

Primomodo vt recipitur in subiecto, Secundomodo vt subiectum per illam operatur. } Si consideretur quatenus recipitur in subiecto, dico quòd est dispositio imperfecti. Quoniam est veluti forma perficiens.

Si vero virtus consideretur in relatione ad opus. Dico quòd est perfectio subiecti. Quoniam eleuat subiectum ad acquirendum facillime suum obiectum finale, & vltimum. Spes ergo vtroq; modo dicitur virtus. Tum quia perficit dirigit. Perficit animam, & eleuat in Deum. Et sic dicitur forma & virtus, forma dum recipitur cum etiam quia & virtus dum eleuat.

Ad 3. De certudine, quod nemo potest certudinaliter scire se esse in gratia. Respon.quòd certitudo duplex est.

Altera simpliciter dicta, Altera secum quid. } Quo ad certitudinem simpliciter,absolute,& omni fariam, equidem nullus potest esser certus de gratia, & per consequens de iustificatione præsenti nec finali. Quoniam possunt esse illi aliqua peccata occulta de quibus nullam habuit confessionem, nec contritionem. Vel si habuit forsitan iactatur & perdit meritum fitq; ingratus Deo,vnde debitor fit Deo, seruus quæ Dyaboli. Idcirco dicebat Dauid. Seruite domino in timore & exultate ei.

Cum tremore.Ideſt seruite libenter	Seruite,quia Dominus	Vt dominus iustificat. Vt
In timore humiliter.	In timore, quia Deus,	Deus potest iustifica-
Exultate confidenter &	Exultate, quia pater &	re.
cum tremore	Cum tremore quia iustus.	Vt pater vult iustificare,

& vt iustus debet iustificare, gratiam q; donare. Hanc eandem conclusionem innuit Synodus Cecumenica Tridentina. Sesione sexta.Ca.9.Ideo Paulus dicebat.Scio cui credi.&c.s.sed non in hoc.iusti. *Synodus Tridentina.*

Quo vero ad certitudinem ſecundum quid. Dico quòd poſſumus ſcire eſſe in gratia certaq; ſpe. Nam coniecturæ, Inditia, ſigna, & opera bona, multaq; alia poſſunt aliquem certum reddere de gratia, ſpe, ſalute, & gloria ſua. Et hoc modo intelligit Mag. & ſoluitur dubium. Et quando dicitur defficit certitudo ex ⌝vertibilitate lib. arb. Reſpon. eſt verum, quando liberum arbitrium ſuis proprijs innititur viribus. Non autem quando ſpei, gratiæq; diuinæ innititur.

Ad 4. Timor rectus non dicitur virtus, ergo nec ſpes. Reſpon. quòd argumentum non valet. Ratio. Quia timor quodammodo contrarius eſt virtuti. Nam timor retrahit hominem ab actione, Virtus ⌝vero inclinat, & facilitat agens, ergo.

Ad 5. Obiectum Beatitudinis excedit virtutem ſpei, ergo. Reſpon. Exceſſus eſt duplex.
Alter comprehenſionis / Alter apprehenſionis. } Dico quòd obiectum Beatitudinis excedit ⌝virtutem ſpei quo ad comprehenſionem. Quoniam nullus intellectus creatus poteſt Deum comprehendere. Non excedit tamen quo ad apprehenſionem. Nam per ſpem ducimur in Dei apprehenſionem.

Ad 6. Virtus eſt circa arduum, dico Cardinalis ſpes eſt Theologica. Reſpon. Arduum duplex.
Diuinum & Humanum. } Virtus moralis ⌝vt magnanimitas eſt circa arduum naturale, & humanum, ſpes vero eſt circa arduum diuinum ſecundo ⌝vt d. S. Thomas. Virtus Cardinalis, & Politica eſt circa arduum quòd eſt in ſua poteſtate, quod dicitur arduum per reluctantes affiones, & ſpes eſt circa arduum quod eſt extra vires proprias, humanas, & naturales, ergo dicitur eſſe virtus Theologica, expectatioq; certa Beatitudinis futuræ ex gratia meritiſq; præcedentibus. Hæc pro præſenti. In ſequenti videbimus partem ſubiectiuam ſpei. ſcilicet. An ſit in parte cognitiua, vel affectiua.

LECTIO LXXIX.

In qua quæritur de ſubiecto ſpei Theologica. An Spes ſit in intellectu vel voluntate? An in appetitu rationali, vel ſenſitiuo? In qua cum Doctore Noſtro et Diuo Thoma ponam hanc concluſionem. Spes in eſt potentia affectiua rationali ſubiectiue, non autem in potentia iraſcibili vt ponit Bona. & alij. Probo.

Prima ratio. Virtus & obiectum virtutis debent eſſe adinuicem proportionata. Sed cum obiectum ſpei dicitur eſſe excedens omnem ſenſum, ergo & virtus ſpei agens circa illud erit ſupra ſenſum omnem, ergo cũ ſit in homine non erit in parte ſenſitiua ſed in illa quæ eſt ſupra ſenſum quæ eſt affectiua & rationalis.

2. Præterea. Sciẽdum eſt vt deſumi poteſt à Phi. 2. de anima, quod viuentium quatuor ſunt genera.
Primum Genus eſt imperfectiſſimum / 2. Minus perfectum, / 3. Perfectum, / 4. Perfectiſſimum & optimum. } In primo genere ſunt plantæ / In ſecundo conchilia / In tertio Bruta, / In quarto Homo. } In primo genere viuentium plantæ ſunt imperfectiſſimę quoniã habent ſolum vitam. & carent vtroq; ſenſu, ſcilicet, ſenſu interiori, & exteriori. Idcirco nullam cognitionem, nec apprehẽſionem habere poſſunt de re alia.

In 2. Genere ſunt animalia imperfecta vt conchilia, & oſtreæ quæ appetitu ſenſitiuo interiori carent. Et idcirco licet non habeant veram apprehenſionem habent tamen aliquam ſenſationem externam. Ideo dilatantur & conſtringuntur.

In 3. Genere ſunt animalia perfecta vt bruta. Quæ cum vtroq; ſenſu ſint perfecta, perfectam rerum apprehenſionem habent. Nam per ſenſoria externa ſpiritus rerum ſuſcipiunt, & per internas potentias phantaſiæ, & extimatiuæ ſimilitudines apprehendunt, quibus appetitus ſenſilis concupiſcentiæ, & iraſcibilis inclinãtur ad proſequutionem, vel fugam. Apparet in oue fugiente lupum, In columba fugiente Accipitrem. Et in Aquila proſequente ſolem.

In 4. Genere eſt homo in quo vt perfectiſſimus & optimus inter viuentia, cum conſtituatur omnibus ſenſibus externis, & internis, & vltra decoretur altiori vita ſcilicet rationali, non ſolum apprehendit externæ, & internæ ſpecies rerum bonarum & malarum, ſed per partem rationalem apprehendit cęleſtia & diuina. Ex ijs modo arguo quòd ſpes non poſſit eſſe niſi in appetitu effectiuo rationali. Nam non eſt in plantis quia nõ cognoſcunt, Non eſt in animalibus imperfectis quia parum apprehendunt. Non eſt in brutis quia ſolum corporalia ſentiunt. Non eſt in iraſcibili & cõcupiſcibili hominis, quia ſunt ſenſibus affixæ potentiæ, & non eleuãtur ãd cœlum. Non eſt in Intellectu. Quoniam proprium ſpei eſt affectio, deſiderium & cupiditas, at intellectus non habet deſiderium, ſed ſolum cognitionem, ergo neceſſario dicitur eſſe in ⌝voluntate, & appetitu rationali.

3. Ratio. Homo ſperat in Deo amat Deum: Amat quia credit Deum, credit quia lumine fidei & effectuũ cognoſcit. At iraſcibilis non cognoſcit nec poteſt cognoſcere Deum, ergo non credit, ergo non amat, ergo ſi non amat quomodo ſperabit in illo? Non eſt ergo ſpes in iraſcibili.

4. Ratio. Deſperatio hominis obſtinati dicitur eſſe ſubiectiue in ⌝voluntate, ergo & ſpes erit in voluntate. Antecedens eſt clariſſimum. Nam niſi deſperatio eſſet in voluntate ſequeretur quòd nullum diceret peccatum, ergo nec pœnam, ergo nec damnationem, ſed homo damnatur per diſperationem vt patet de Caymo d. Maior eſt iniquitas mea quàm vt veniam merear, quæ fuit fractura inſanabilis, ſic de Iuda, & ſaule, ergo dicit peccatum. ſed peccatum in tantum eſt peccatum in quantum eſt voluntarium. Probo conſequentiam. Nam oppoſita extrema nata ſunt fieri circa idem ſubiectum, ergo ſi in voluntate eſt deſperatio erit pes, ergo non in iraſcibili.

Gen. 4.

5. Ratio

5. Ratio. Certum eſt quòd finis hominis eſt ſumma fœlicitas. At ſumma fęlicitas non datur niſi in ratione voluntatis, ſed voluntas non meretur ſine operibus, at opera fundantur in gratia, & gratia non auxiliatur ſine ſpe voluntatis. A primo ad vltimum concluditur quòd ſpes ſit in voluntate.

6. Ratio ſumitur à Doctoribus multis qui tenent quòd ſit in ⌝voluntate. Legatur Biela in præſenti Diſtinctione. 26. in qua diffiniens ſpem inquit. Spes eſt habitus inclinans voluntatem in bonum infinitum efficaciter.

Idem Reuerendiſſimus & Sapientiſſimus Dominus Iacobus de Valentia ſuper Pſal. In te domine ſperaui non co. Inquit quòd ſpes eſt habitus quo animus, vel voluntas ſubleuatur à terrenis ad ſuum ſinem conſtituẽdum in ſummo bono amato, ergo erit in voluntate. *Pſal. 118.*

Idem aſſerit Ioannes noſter Bacho. in primo Ar. Quando notat quòd Intellectus & voluntas ſunt vnica propter immaterialitatem & abſtractionem. Nam cur intellectus eſt Vnicus? Reſpon, Quoniam eſt abſtractus ab omni materia, ſic voluntas quare eſt vna? Reſpon. eodem modo quia eſt immaterialis, & abſtracta. Et quare ſenſitiua eſt multiplex? Reſpon. quia affixa materiæ. Sed non dico multiplex ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum functionem. Quoniam videt in oculo. Audit in aure, guſtat in lingua, olfacit in naribus, & tangit in manu. Vnde affixa eſt organis. Subinde notat quòd fuerunt quidam ſapientiſſimi qui poſſuerũt quòd Intellectus ſpeculatiuus & practicus nõ ſunt duo intellectus ſed ſunt duæ facultates animæ rationalis. Sic iraſcibilis & concupiſcibilis non ſunt duo appetitus, ſed duæ potentiæ voluntaris, quibus voluntas bonum delectabile, & bonum arduum aggreditur. Ex quo videtur quòd ſi iſtæ facultates ſunt voluntas. Quod ſpes non erit niſi in voluntate. Et ſic conſtabilita, ac munita mihi ⌝videtur concluſio noſtra in qua dictum fuit, quòd ſpes eſt in voluntate, non autem in iraſcibili. Modo proponantur dubia & ſoluemus paucis.

RATIONES

Oppoſitæ concluſioni. Quòd Spes Theologica non ſit in voluntate ſed in Intellectu, et in iraſcibi.

Arg. 1. Spes eſt in memoria, ergo non in voluntate. Probatur antecedens. Certum eſt quòd Imago creationis reformatur per imaginem recreationis. Imago creationis eſt Intelligentia, memoria & voluntas. Imago recreationis eſt fides, ſpes & charitas, ergo ſi fides reſpicit intelligentiam, charitas voluntatem, neceſſe eſt dicere quòd ſpes reſpiciat memoriam, ergo in memoria & non in voluntate erit ſpes.

Arg. 2. Spes eſt virtus certa, ergo erit in ſubiecto cui proprium eſt certitudo, ergo erit in intellectu cuius finis eſt certitudo. Certitudo dicit ſcientiam infallibilem alicuius rei, at ſcientia eſt in intellectu, intellectus & ab intellectu, ergo ſpes non erit in ⌝voluntate quæ non intelligit, cum ſit cæca, ergo erit in potentia intellectiua.

Arg. 3. Concluſio hæc repugnat Ariſto. 2. de anima. Nam diuidens appetitum dicit quòd eſt duplex.
Alter intellectiuus / Alter ſenſitiuus. } Intellectiuus vt voluntas quæ ducitur ab intellectu. / Senſitiuus qui diuiditur in duo ſcilicet in concupiſcibilem & in iraſcibilem.
In parte concupiſcibili ponit has paſſiones, videlicet. Amorem, odium, deſiderium, fugam, delectationem & triſtitiam.

In parte iraſcibili collocat ſpem & deſperationem, Timorem, audaciam & iram, ergo ſi ponitur in iraſcibili non poteſt eſſe in parte voluntatis. Quoniam idem non poteſt ſimul in duobus reſidere partibus, & locis.

Arg. 4. Obiectum ſpei eſt arduum, ergo nõ poteſt eſſe ſubiectum eius, voluntas. Probatur. Antecedens eſt Phi. & ab omnibus qui fatentur obiectum ſpei eſſe bonum arduum. Probo conſequentiam. Quod voluntas non ſit ſubiectum eius. Nam voluntas eſt circa bonum diuinum. Bonum diuinum de ſui natura eſt communicabiliſſimum omnibus, ergo non erit arduum, ergo non erit voluntatis.

Arg. 5. Si ſpes eſſet in voluntate hoc eſſet propter iſta duo.
Vel quia deficit illi forma perfectionis, / Vel quia forma & habitus quem habet eſt diminutus. } Non eſt ponenda ſpes in voluntate propter hoc q deficiat forma perfectiua. Quoniam in ⌝voluntate eſt charitas habitus nobiliſſimus. Non eſt etiam ponenda eo quòd charitas ſit habitus diminutus. Quoniam eſt excellentior omnibus habitibus Cardinalibus, ethicis, Polyticis, & Theologicis, ergo.

Arg. 6. Si ſpes eſſet in voluntate, ergo ſimul & ſemel eſſent duo actus diuerſi in voluntate. Hoc autem falſum eſt, ergo non erit in voluntate⌣. Probo quòd eſſent actus duo diuerſi, quoniam eſſet ſperare in Deo, & Deum amare propter charitatem. Probo quòd non poſſint eſſe⌣. Quoniam ſicuti Intellectus non poteſt ſimul plura intelligere cum ſit vnius, ſic voluntas quæ ab intellectu dirigitur non poteſt plura ſimul operari, ergo non eſt in voluntate.

RESPONSIONES,

Argumentorum & quòd fides ſit in voluntate ſubiectiue.

Ad primum de reformatione imaginis, dico quòd argumentum non valet. Quoniam aliam relationem habuit homo in creatione, &
Aliam in recreatione } Nam in creatione oſtenditur ſumma dignitas hominis inter omnia creata, quæ in intellectu, & ratione conſiſtit quibus omnes excellit creaturas.
In recreatione vero ſumma Dei benignitas, amor, & dilectio experitur in homine, quæ omnes amoris, pietatis, dilectioniſq; gradus excedit, Hinc vti Deus voluit homini intellectiuo & rationale duo præcipua cognitionis

cognitionis dona increatione infundere, videlicet donum scientiæ,& sapientiæ,scientiæ vt creaturas cognoscceret, & sapientiæ vt factorem contemplaretur ex quibus dignitatem excellentiamq; suam prænonstraret, Sic in recreatione vt suam immensam pietatem, infinitamq; dilectionem persuaderet duas infundit virtutes in voluutatem,spem & charitatem.Quoniam voluntas amori est proportionata,dilectioniq; accommodatissima & sic non currit argumentum.

2. Non currit etiam hac de causa. Nam licet memoria sit sig.Imaginis hominis cum Deo, tamen non perficitur per infusionem diuinam,sed perficitur per receptionem humanam mediante diuina infusione. Nam Deus infundit virtutes,dona & habitus in Intellectum & in voluntatem, ex donis,virtutibus & habitibus,voluntas & intellectus operantur & Memoria omnia hæc conseruat. Præterea Memoria conseruat actus desiderij, & spei,ergo.

Ad 2. Intellectus est certus. Voluntas non,ergo spes in Intellectu. Respon.quòd certitudo est duplex.
Altera est certitudo scientiæ — Prima est Intellectus. — 2. Intellectus cognoscit.
Altera Imperij & approbationis. — Secunda est voluntatis. — Voluntas tenet.

Ad 3. Repugnat Arist.Negatur Ad probationes. Respon.quòd spes pro nunc sumitur dup.
Naturaliter & Theologicè. — Naturalis est de qua Phi.loquitur quæ consistit in medijs naturalibus, & corporalibus,vt acquisitio victoriæ in bello quæ consistit in fortitudine. Ideo ille qui fortis est Athleta vti Sanson & Dauid sperat triumphum. Et quoniam fortitudo est in parte sensitiua quæ dicitur irascibilis. Hinc ponitur quòd fides ista quæ est passio sit in Irascibili.

Theologica vero fides de qua loquimur,& quam ignorauit Phi.dicitur esse non in re humana non de re corporali, ponitur in parte diuina quæ est voluntas, non currit ergo ratio.

Ad 4. Obiectum est arduum, ergo. Respon.quod obiectum diuinum dupli.consideratur.
Vel respectu sui. — Si respectu sui dico quòd est communicabilissimum quia omnibus vult se
Vel respectu voluntatis. — communicare. Si respectu nostri dico quòd est arduissimum cum voluntas finita sit,& Deus infinitus ac Immensus.

Ad quintum. Dico quòd charitas sufficit quo ad amorem,sed spes requiritur quo ad desiderium, & perseuerentiam.

Ad 6. Dico quòd intellectus non potest plura simul confusa intelligere,sed tamen potest quando sunt ordinata adinuicem, Sic & voluntas amat plura,vel plures actus facit quando ad inuicem sunt ordinati,& connexi. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Dist.N.Mag.

LECTIO LXXX.

Super Dist. 27. Magistri senten. in qua agit de subiecto charitatis. Quid sit charitas. Quotuplex charitas. Quid sit amare Deum & proximum & quid sit amare Deum in toto corde, anima, mente, et viribus. Ex quibus in præsentiarum propono quatuor de charitate Theologica.

Primum quòd modis sumatur charitas. Secundum, Quid sit charitas de mente omnium Doctorum præstantissimorum.Tertium quid sit de mente Mag.& quomodo sit vera diffinitio. Vltimo soluam dubia.

Quo ad primum de multiplicitate charitatis scribunt Doctores quòd Charitas sumitur quadrifariam.
Primomodo charitas sumitur pro æleemosyna. — Pro æleemosyna. Et sic dicitur potius effectus charitatis quam charitas. Nam ex
Secundomodo pro compassione, — dilectione Dei æleemosynam do pauperibus. Æleemosyna est quæ purgat pec-
Tertiomodo pro beneficio impenso proximo — cata. Daniel dicebat. Peccata tua æleemosynis redime,ideſt actibus charitatis.
Quartomodo pro habitu meritorio.Primomodo sumitur

Dani. 4. *Eccle. 3.* *Thobiæ. 4.*

Secundomodo pro compassione,ac miseratione in afflictos,& tribulatos. De qua Paulus ad Colossen.ca. 3,Induite vos sicut electi sancti Dei dilecti viscera misericordiæ ideſt viscera charitatis.

Colossen. c. 3.

Tertiomodo pro beneficio,& gratia collata amico,vel peregrino petenti. Hinc dicere solemus fac mihi hanc chatitatem.sic scripsit Paulus ad Corinth.Obsecro vos vt confirmetis in illo charitatem, ideſt Beneficium.

Quartomodo sumitur pro virtute,& habitu quo anima operatur meritorie ad vitam æternã.Et de hac primo & principaliter loqui intendo. Hinc ad secundum punctum descendo quod versatur circa quidditatem charitatis. Pro huius declaratione cucurri omnes ferè Doctores preclarissimos, ex quibus selegi hos primarios Nempe.

Bruleser. Stephanum Bruleferum. — Stephanus Bruleferus ex scothistis doctissimus inquit,primo sen. d. 17. q.
Scotum. — 1.Charitas est habitus super naturalis inhærens formaliter naturæ beatificabili,per quem ipsa acceptatur à Deo ad vitam æternam,vt chara, grata,amicaq; Dei.
Paulum Cortesium, — Scotus quasi eisdem verbis lib.secundo Distin.27.Charitas est qua habens eam,habet Deum charum.
S.Thomam,
Scotus Ioannem Bachonum
Augustinum, &
Paulus Cortesius. Magistrum sententiarum. — Paulus Cortesius lib.3.Dist.7.Charitas est omnium virtutum flos,quo homo proprior Deo.
omnes isti Patres explicant — S.Thomas.2.2.q.23.ar.1.Charitas est amicitia inter Deum & intellectualem creaturam in qua computatur homo.
S.Thò. 2.2.q. 23.ar.1. charitatem diuerso sermone
licet res eadem omnino.

Hinc

Hinc dicere debemus quod sit posita, ædificata & infallibilier cum omnibus Doctoribus.

Fundata super communicationem boni diuini, quod est Beatitudo æterna. Vnde si omnia verba perpendantur apparet eadem cumalijs supra citatis. Nam qui est charus est amicus,& gratus.

Ioannes Carmelita inquit. Charitas est forma virtutum. Quoniam sicuti per formam materia perficitur & compositum operatur suumq; intendit finem, Sic per charitatem perficiuntur virtutes ad suumq; perducuntur ad finem.

Aug. exquo assumpsit Mag.sent.in præsenti distintione inquit. Charitas est rectissima animi affectio,qua diligitur Deus propter se,& proximus propter Deum,& in Deum.Vnde vos poteritis esse Iudices quòd omnes istæ diffinitiones sunt vnũ & idem realiter,& essentialiter,licet in sermone variæ appareant.Hinc assumo hanc Mag. pro conclusione,quòd Charitas sit rectissima affectio qua Deus propter se diligitur & proximus propter Deum,& in Deum.In qua obseruo quinq; verba præcipua.Quæ sunt ista videlicet quòd charitas sit

Affectio, — Affectio propter voluntatem,
Rectissima, — Rectissima propter Intellectum
Animi;qua — Animi, propter liberum arbitrium
Deus diligitur — Deus, propter obiectum principale,
Propter se, & — Diligitur propter cor,
Proximus propter Deum. & — Proximus propter obiectum secundarium,
In Deum. Dicitur. — Propter Deum,propter causam efficientem &
In Deum, propter causam finalem,quæ est Beatitudo.

3, Dicitur affectio. Quoniam voluntatem inducit ad Deum amandum.

Rectissima. Quoniam non potest esse error in voluntate cum à fide ducatur.

Animi. Quoniam non vrgetur voluntas ad Deum amandum sed facilis redditur.

Deus. Quoniam est summum bonum, Diligitur. Quoniam est suauissima qualitas.

Proximus. Quoniam est frater noster. Propter Deum. Quia est omnium dominus.

Et in Deum. Quoniam proximus nobiscum est futuræ Beatitudinis hæres. Vnde apparet quomodo omnia illa quæ complete animam in Deum & in proximum,ducunt reperiuntur,& per consequens hęc diffinitio dicitur esse inter omnes optima.

Præterea. Dicunt multi Theologi quòd ad perfectam charitatem sex requiruntur potissima.

Desiderium, — Desiderium suaue, — Vis desiderium suaue? Ecce affectio.
Expulsio — Expulsio peccati, — Vis expulsionem peccati? Ecce rectissima
Contemplatio — Contemplatio Dei, — Vis contemplationem? Ecce Animi
Potestas, — Potestas in timorem, — Vis potestatem? Ecce Deus.
Operatio, causa — Operatio assidua, — Vis operationem? Ecce proximi amor.
Corona. — Corona gloriæ. At ecce — Vis causam? Ecce propter Deum.
omnia in præsenti deffinitione Magistri. — Vis denique coronam? Ecce in Deum, ergo ista
dicitur esse doctissima, atq; optima est assignata.

Primum de mente Phi.dicitur quòd illa dicitur esse optima alicuius rei finitio quę omnem naturam essentiamq; rei includit. At hæc finitio charitatis à magistro allata omnem charitatis naturam claudit. Igitur est optima. Maior est axioma. Minor probatur. Tres sunt speties charitatis præcipuæ.Videlicet.

Charitas increata, — Charitas in creata est Deus Op.M. — Sed omnes istæ speties
Charitas infusa,& — Infusa est amor à Deo intus cordis infusus — charitatis sũt in hac diffinitione conplexæ, ergo dicitur optima. Patet.Nam in hac diffinitione est Deus Igitur erit charitas increata. Est affectio rectissima,ergo est charitas infusa, cum ex parte nostri nil sit rectum,sed omnis rectitudo est ex Deo.Est deniq; proximus dilectus,ergo est charitas acquisita, ergo optima finitio.
Charitas acquisita — Charitas acquisita est amor natus ex frequenti contemplatione Dei,ac proximi auxilio.

Præterea. Dicit Phi.quòd perfecta diffinitio notificat,declarat,& aperit omnia quæ continentur sub diffinito. At Deffinitio Mag.est huiusmodi, ergo perfecta. Maior est notissima. Probo minorem.

Sub charitate reperitur charitas.

Essentialis, — Essentialis est in tota Trinitate. Est q; illa dilectio qua quælibet persona diligit se,&
Notionalis, — alias personas. Qua pater diligit se,& verbum cum Spiritu S.& econtra filius se &
Personalis, — patrem, & spiritum Sanctum,& Spiritus Sanctus verbum,patrem,& seipsum diligit.
Singularis,
Finalis, — Notionalis est in patre & filio. Et dicitur concordia illa qua pater filium diligit, &
Rationalis,& — filium patrem vnde Sanctum spirant flamen.
Vniuersalis. — Personalis est in sacro flamine producto per modum amoris à patre & à filio.

Singularis est in quacunq; voluntate,cui singulariter Deus eam infundit.

Finalis. Quia omnem appetitum desideriumq; finit,ac terminat.

Rationalis. Quia solum in anima intellectiua reperitur.

Vniuersalis.Quia vtrunq; huius fabricę mundialis amplectitur dominum & Imperatorem,scilicet Deum & hominem. At vt ad probationem redeamus hæc omnia sunt in diffinitione. Mag. Igitur erit absoluta ac perfecta. Nam in diffinitione præsenti explicatur quòd Deus diligitur propter se, ergo diligitur vt est. Sed est essentialis vt subiecta. Notionalis vt Pater & filius. Personalis vt Spiritus Sanctus, ergo in illa est ista triplex charitas.

Vlterius explicatur quòd diligitur propter se,ergo est charitas finalis. Vlterius dicitur quòd diligitur proximus propter Deum & in Deum, ergo si propter Deum erit singularis,quia Deus vnus, & si in Deum erit vniuersalis. Quoniam vult omnibus fœlicitatem dare. Vlterius dicitur quòd est rectissima, ergo Intellectualis, ergo rationalis. Et sic patet quòd licet omnes aliæ finitiones sint absolutæ & completæ, tamen ista Mag. est completa, perfectissima & optima. Modo oportet diluere obiectiones quæ aduersantur huic diffinitioni.

OBIECTIO.

OBIECTIONES

Contra diffinitionem alatam de charitate à Magistro senten.

Obiect. prima quòd Charitas qua diligitur Deus sistat in Deo, & tendat in proximum. Probo.
Omnis motus teste Phi. tripliciter numeratur. Videlicet. Numeratur à subiecto, à tempore, & à termino, vel obiecto in quod fit. Tunc sic argumentor. Charitas est motus voluntatis, ergo si erit in Deũ non poterit simul esse in proximum. Patet. Quoniam sunt termini diuersi. Deus infinitus, proximus finitus, ergo non eadem charitate Deus & proximus diligitur, ergo falsa diffinitio.

2. Obiect. Idem motus non potest simul & semel esse intensior & remissior, infinitus & finitus, Illimitatus & limitatus, ergo. Idem non erit Dei & proximi. Quoniam amor Dei est intensissimus infinitus, ac illimitatus, amor proximi limitatus ac finitus.

3. Obiect. Amor respicit cognitum obiectum. Nil nisi cognitum amare possumus. At intellectus d. Phi. non potest plura simul intelligere, ergo nec amare, ergo non erit eadem Dei & proximi charitas, cum sint plura, & diuersa, & imporportionabilia,

4. Obiect. Præterea sicut se habet spes in Deum sic se habet & charitas. Sed sic est quòd spes Dei non est eadem cum spe hominis. Nam inquit lex. Maledictus qui confidit in homine, ergo nec charitas Dei erit eadem cum amore & dilectione proximi. Ideo Matth. 22. apparet quòd si esset eadem charitas, quòd etiam esset vnum præceptum, sed sunt duo præcepta, ergo & duæ sunt charitates.

3. Eth. c. 6. 5. Obiect. Honor & cultus Dei non potest esse idem cũ honore hominis, ergo nec amor & charitas Dei non erit eadem cum amore & charitate proximi. Antecedens est clarissimum. Quoniam homini datur Dulia, Deo vero Latria. Patet consequens. Quoniam amare significat honorare, ergo.

6. Obict. Charitas in Deo est sine modo, mensura & tempore, ergo non erit eadem cum proximo. Patet antecedens. Quare amor hominis in Deum est sine modo? Respon. quia est bonitas infinita. Potestas immensa quæ ex nihilo nos produxit. Ideo tenemur illum sine modo, & mensura, inquit S. Bernardus. Patet consequens. Quoniam proximus est ~virtutis terminatæ, ergo charitas terminata, ergo non eadem.

RESPONSIONES,

Argumentorum ad diffinitionis explicationem.

Ad primam obiectionem. Charitas qua Deus diligitur sistit in Deo. Respon. quòd charitas dupliciter consideratur.
Primomodo prout respicit terminum
Secundomodo prout respicit obiectum. } Si consideretur prout respicit terminum sic est solius Dei, cum sit terminus nostrę charitatis, & dilectionis. Et hoc modo nõ diligitur proximus. Quoniam non est terminus nostræ fœlicitatis. Si vero cõsideretur prout significat obiectum dilectionis. Sic dico quòd etiam proximus diligitur. Quoniam proximus est obiectum simile Deo. faciamus hominem ad imaginem & simi. nost. Argumentum currit primomodo nos autem tenemus Secundomodo. Sic tollitur secunda ratio de intensione & remissione. Quoniam charitas Dei vt terminus est intensior, & charitas proximi ~vt obiectum est remissior.

Ad 3. Intellectus non potest plura intelligere simul, ergo nec amare. Respon. quòd valet quando illa sunt opposita & inordinata. Nõ autem quando sunt subordinata vt Deus & proximus. Quoniam Deus est pater, proximus filius. Nos fratres, ergo.

Ad 4. Eodem modo. Nã spes est in Deo vt terminus, & finis noster. Est in homine vt obiectum spei, vt minister Dei, & coauxiliator nostri. Ideo quando dicitur maledictus homo q. co. in. ad salutem loquitur & ad beatitudinem, Non autem quo ad auxilium, fauorem ac beneficia.

Ad 5. De honore. Respon. eodem modo. Nam honor attribuitur Deo vt terminus noster & finis immensus in bonitate & Maiestate. Idcirco dicitur esse latria honor summus, & per se. Homini vero attribuitur honor vt obiectum virtutis, & bonitatis participatæ. Ideo dicitur dulia.

Sapientiæ. 11. Ad 6. Charitas Dei est sine modo, Charitas proximi in modo & mensura d. sapientia. Omnia in numero, pondere & mensura fecisti. Respon. quod charitas proximi potest dupliciter considerari.
Vel vt respicit suam naturam.
Vel vt respicit suum finem. } Si consideretur quatenus respicit suam naturam sic certe est numerata, ponderata, mensurata & limitata, & hoc modo currit argumentum, Si vero consideretur respectu termini, & finis quod est Deus optimus Maximus infinitus, æternaq; fœlicitas, sic dicimus quòd nõ est finita, nec mensurata, & hoc modo omnia soluuntur argumenta & sic manet conclusio & deffinitio charitatis. In sequeti Queram quomodo augeri possit charitas.

LECTIO LXXXI.

In qua disputatur. An charitas augeri possit? Et dato quod augeatur. An possit in infinitum augeri? In qua tria videbimus.

Primum quòd charitas augetur
2. Quòd augetur in infinitum,
3. Soluemus difficultates. } Quo ad auctionem. Non repetam quæ dixi in 2. sente. Dist. 27. de augmento quid sit, Quot modis sumatur & alia multa quæ sunt de mente Nostri. Doctoris, Vbi quærit. An gratia possit augeri in

infinitum? Sed supposito quòd auctio sit præexistentis quantitatis additamentum dico conclusiue quòd Charitas potest augeri, & augeri in infinitum. Probatur auctoritate & ratione, & exemplo.

Prima probatio sumitur ab Apostolo Paulo ad Philipenses cap. 1. Oro inquit, vt charitas vestra sic magis abundet. Sed abundare est augmentum suscipere, ergo augeri potest. *Primo ad Phi.*

Idem scribitur secundæ ad Tessalon. cap. 1. Gratias ago quoniam supercrescit fides ~vestra & charitas abundat. *2. ad. Thes. c. 1.*

Idem 2. Corinth. c. 9. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis. Nam si gratia augmentum suscipit & charitas. *2. Corin. ca. 9.*

Idem eoloci deduci potest ex illis verbis. Multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementum iustitiæ ~vestræ.

Idem apparet à simili. Fides est virtus Theologica Vti charitas, sed fides augeri potest, ergo & charitas. Maior clarissima minorem probo per Lucam dicentem. Ad auge nobis fidem, ergo & charitas. *Lucæ. 17.*

Præterea Dicit Augustinus super Ioan. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici.

Idem in Enchi. Cap. Penul. Minuitur cupiditas charitate crescente.

Idem decantat Ecclesia. Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, & spei & charitatis augmentum, ergo.

Præterea. Dicit Aug. super Cano. Ioannis quòd Charitas cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur & cum fuerit roborata perficitur, ergo apparet quòd vere augetur. Hinc doctores dicunt quòd charitas est Incipiens, proficiens, & perfecta. *Primæ. Cano.*

Præterea asserit D. Thomas 2. 2. q. 24. ar. 9. hanc eandem conclusionem, & probat hoc naturalissimo exemplo desumpto ab homine crescente. Vel ab ætate hominis. Nam inquit. Certum est quòd homo paulatine augmentum recipit in suo corpore, & natura, antequam ascendat ad perfectionem. Nam habet quinq; gradus & auctiones. Primus est.

Infantiæ } In infantia est perfectus
2. Pueritiæ } In pueritia perfectior,
3 Iuuentutis } In iuuentute magis,
4. Adolescentiæ } Magis in Adolescentia, &
5. Virilitatis. } In ~virilitate recipit omnẽ perfectionẽ. } Sic euenit in charitate. Nam homo inuenit istos gradus. Quos oportet obseruare & in quibus charitas incremẽtum suscipit.

Primus gradus est recessus } Recessus à peccato,
2. Est resistentia, } Resistentia concupiscentiarum,
3. Est robo ratio, } Roboratio voluntatis,
4. Profectus. } Profectus operum,
5. Est inhæsio & } Inhæsio, &
6. Transformatio. } Transformatio in Deum. } Vnde ex ijs gradibus apparet apertissimè quòd virtus ista charitatis de facto augetur. Præterea certum est quòd Charitas est quidam motus spiritualis. At in motu datur auctio, ergo & in charitate. Nam in motu datur Terminus à quo, appropinquatio ad terminũ ad quem & deniq; quies. Sic in motu charitatis. Terminus a quo est recedere ab odio: Appropinquatio est feruor charitatis, & Tertius ad quem est summa auctio.

Idem subscribit Petrus de Alyaco. lib. 1. q. 9. Ar. 3. Nam ponit triplicem auctionem.

Prima est pure intensiua, } Auctio intensiua & extensiua est formarum corporalium. vt caliditatis, & frigiditatis, Albedinis & nigredinis. Nam istæ formæ suscipiunt magis. Auctio pure extensiua dicitur esse corporum solidorum. Exemplum in rarefactione. Nam corpora illa extendentur secundum locum. Apparet inferro, argento & in auro, aliisq; corporibus.
2. Pure extensiua, &
3. Intensiua & extensiua.

Auctio pure intensiua est in formis spiritualibus, vt in Theologicis, Polyticis, & Ethicis. quæ sine loci acquisitione intenduntur suscipiuntq; in crementũ, ergo cum charitas sit forma spiritualis, merito intendi dicitur.

Præterea certum est quod ille qui de non grato fit gratus per virtutem & donum gratiæ operatur dum operatur meretur sed quid meretur? duo. Meretur in præsenti, & in futuro. In futuro mereatur gloriam, & in præsenti meretur gratiã. Nam sicuti in futuro Deus præparat illi gloriam, sic in præsenti creat de nouo gratiæ gradum, Quem addens priori, illum coadiuuat. At dum augetur, gratia, & charitas incrementum suscipit. Quoniam reuera parum, aut nil distat charitas à gratia. Nam si carissima est Illustris Dominæ Susannæ anima, Deo opt. Ma. hoc pendet quia ordinata, indata, & decorata est gratia cœlesti, ergo in suo stat robore quòd charitas augeri potest. Hinc vt rem ipsam medullitus degustemus oportet scire quomodo dicatur augeri charitas propter verbum illud vbi concessi secundum aliquos quòd nouus gradus charitatis additur priori. Idcirco adhærens Diuo Thomæ 2. 2. q. 24. ar. 5. dico, quòd non additur gradus distinctus à charitate per modum numeri arithmetici, & per modum appositionis, sed additur illi per modum inhæsionis. Declaro. Voluntas quæ est in charitate Dei indies magis ac magis laborat in lege, præceptis, & disciplinis sanctis. Sed ex disciplinis præceptis, & lege semper magis, ac magis Deo placet, gratiorq, fit. Quę complacentia, & gratitudo modo nostro dicitur auctio, & incrementum charitatis. Affero exemplum communissimum & expertum. Nam dum quis paruo igni addit multa ligna, ignis augetur & dum continuo ligna multiplicantur magis ac magis augetur accenditur inflammaturq;. Sed ~vnde est istud incrementum? Forsitam ex gradibus igneis priori additis igni? Nequaquàm sed oritur ex combustibilibus. Nam apparet ex opposito quòd detractis lignis, quæ sunt ignis pabula ignis immensus, flamma immensa diminuitur, decrescit, & tandem in nihilum reducitur. Ita loquendum venit de charitatis auctione. Nam ex duobus incrementum suscipit charitas.

Suscipit ex appositione & } Ex appositione bonorum operum & } Appositio operum accendit charitatem, accensa charitate intenditur, intensa elongatur in ipsum Deum. Et sic habetis quomodo suscipiat incrementum. Remanet explicare modum, & terminum auctionis, an sic infinita auctio? Cui breuibus respondemus quòd Charitatem augeri in infinitum stat quadrifariam.
Ex adhæsione. } Ex adhæsione voluntatis in Deum optimum. }

Vel respectu formæ
Vel respectu agentis,
Vel respectu subiecti
Vel respectu mensuræ.
} Si consideretur respectu formæ dico quod nullo modo potest esse infinitæ auctionis. Quoniam ⁊naquęq; forma suum habet periodum, vltra quam si aderetur aliquid aliud mutaret speciem,& naturam Exemplum in acqua proiciantur tres guttæ acquæ in dolium vini statim transeunt in naturam vini. Ratio. Quia nimia vini quantitas est illis guttulis addita.

Sic charitas cum forma sit, suam habet periodum & terminum.

Si consideretur respectu agentis, & donantis: parimodo non est infinita. Quoniam spiritus sanctus .i. dona Spiritus sancti data sunt in mensura, limitatione que determinata, ergo & charitas.

Si considerentur ex parte subiecti recipientis charitatem pari modo, dicimus quòd non potest esse infinita. Nam si proportio assignari debet inter recipiens & formam receptam: cum voluntas recipiens sit limitata ac finita non poterit infinitam recipere charitatem, ergo non augetur in immensum.

Si vero consideretur ex parte mensuræ ⁊vel obiecti amati à ⁊voluntate, sic dico quòd est infinita. Nam in patria nullus erit finis, nulla que mensura, sed sempiternitate, voluntas, Deo infinito fruetur ac imperdibiliter tenetur. Et sic concedi potest quòd erit infinita.

Preterea dicere etiam possumus quòd in via, charitas est infinita dupliciter.

Infinitum. 2. Vel simpliciter,
Vel secundum quid.
} Infinitum simpliciter est ens, cuius semper secundum quantitatem accipientibus est aliquid accipere extra, Teste Phil. 3. Physicorum.

Phil. 3. Et hoc modo charitas, nec alia virtus dici potest infinita. Ideo Paulus scribebat Philipen. 3. c. Non quòd iam acceperim: aut iam perfectus sim: sequor aũt si qũo compræhendam. Vnde gl. inquit. Nemo fidelium & si multũ profecerit dicat, sufficit mihi. Qui.n.hoc dicit exit de uia ante finem, ergo non datur hoc modo.

Infinitum vero secundum quid,& cathegorematice, dicitur esse ens oppositum priuatiue huic termino finitum. Vnde tãtum valet ac si dicatur interminatum. Et hoc modo possumus sustinere quòd Charitas augetur in infinitum. Quoniam nullus potest scire terminum amoris illius deuotissimæ Susannæ, vel sacerdotis, aut Monialis sororis meæ Virgineæ. Et hæc sufficiant pro conclusionum probationibus.

Accedamus modo ad argumenta.

ARGVMENTA.

Quibus ostenditur quòd charitas non possit augeri, & si augetur in infinitum augeri potest.

Argumentum primum. Virtus quæ est in summo gradu augeri non potest, ergo charitas non augebitur quia est mandatum maximum. Antecedens apertissimum. Quoniam summo addi non potest aliquid.

1. De cœlo. t. co. 116. 118. Argumentum. 2. Virtus est ultimum de pos̃a dicit Phil. primo de cęlo & mundo t.co. 116. 118. Sedomnis ⁊virtus est determinata ad maximum vltra quod non potest operari. Exemplum. Quis determinatur ad maximum pondus leuandum scilicet 100. marcharum ferri. Vnde si ⁊vltra. 100. marchas adderetur. vna marcha nullæ Pacto posset leuare, ergo cum Charitas sit virtus habebit vltimum in sua ui,& fortitudine vltra quod augeri non poterit, ergo non in infinitum.

Argumen. 3. Si charitas augeri posset, vel incrementum susciperet.

Quantitatiue,
Vel qualitatiue.
} Non quantitatiue, quoniam non est dimensio charitas nisi impropric, Nęc qualitatiue. Quoniam minima charitas diligit omnia diligenda.

Nam sicuti minimus solis radius ostendit sphæram solis: sic minima charitas ostendit, amatq; Deum, & omnia quæ in Deo.& ex Deo ergo non augebitur in infinitum.

Argumento 4. Omnis motus tendit ad quietem,& finem 2. diuino. Tex.& com. 8. Sed charitatis auctio est motus, ergo dato quòd incrementum suscipiat, habebit terminum,& finem ergo non infinita.

Argumen. 5. subiectum charitatis est finitum, ergo & forma, ergo charitas finita. Quoniam nulla forma exit capacitatem sui subiecti.

Argumentum 6. Aut charitas quæ infunditur à Deo in nobis.

Aut sufficit ad salutem
Aut non sufficit.
} Si non sufficit ergo pueri nuper baptizati qui moriuntur non saluantur, ergo ecclesia errore maximo in voluta est, tenens oppositum.

Si vero sufficit ergo vanum est illam in infinitum augere, vel simpliciter augere. Vanum est addere aliam animam rationalem homini cum sit sufficiens actus corporis, ergo, & auctio illa in infinitum ⁊vana erit.

RESPONSIONES.

Argumentorum pro conclusionum deffensione.

Ad primum. Quod est intermino, & in summo non recipit auctionem. charitas est huius, ergo R. charitas habet dup. relationem ad incrementum.

Altera est penes obiectũ,
Altera penes actus.
} Penes obiectũ certum est, quòd nõ potest recipere incrementum quoniã est Deus infinitus, ac immensus. Et concludit argumentum. Si ⁊vero sumatur penes actus amandi, dico quòd potest augeri. Quoniam quis potest amare Deum intensius & remissiuis.

Idem ad secundum dico quòd omnis virtus habet suum terminum ⁊vt virtus respicit obiectum, nõ inse vt respicit operationes. Quoniam ponunt multiplicari. Secundo Aucto. illa loquitur de virtute naturali, nos de Theologica.

Ad 3. Dico quòd charitati non conuenit quantitas dimensiua, sed virtutis, quæ, & si non suscipit ratione obiectorum, recipit tamen ratione actuum. Nam potest magis: & minus amare ergo augeri.

Ad 4.

Ad 4. omnis motus tendit ad quietem, ergo ad uitam Resp. Verum esse quod tendit ad finem, sed iste finis in hac non datur vita, sed solum in patria. Idcirco semper augeri potest secundum actus.

Ad 5. subiectum charitatis est finitũ ergo, & charitas Resp. quòd charitas est in finita non simpliciter, sed secundum quid .i. est interminata.

Secundo dicitur. Quanto augetur tanto voluntas nastra dilatatur dicente Paulo. Cor nostrum dilatatũ est. Ideo datur habilitas.

Ad 6. Aut sufficit charitas aut non sufficit. Resp. quòd sufficit, ergo soperuacaneæ. Negat & do instantiã sufficit Ciui pecunia 100. Ducatorum, ergo super vacanea pecunia 1010. Ducatorum. Quoniam licet non faciat ad necesitatem, facit tamen ad maiorem commoditatem, ac splendorem. Sic in proposito licet gradus vnus Charitatis sufficiat ad patrimonium gloriæ, non tamen sufficit ad maius præmium,& splendidiorem coronam, quam recipiunt in patria illi qui in via fuerunt illustriores, & feruentiores vti Apostoli. Martyres & Patriarchæ. Ideo dicitur denique q̃ augetur,& augetur in infinitum. Hæc pro præsenti. In sequẽti videbimus Distin. 28. Mag. senten. Dimitto Quæstionem Ioannis Carmelitæ quoniam agit quædam de habitu fidei quæ tecta fuere in præcedentibus. Videatis vos.

LECTIO,

Octuagesima secunda super dist. 28. Mag. vbi agit de obiectis diligendis.

In qua videbimus quot sint dilectionis obiecta.? Quare sint diligenda? Modus diligendi: ordo & soluemus difficultates contra conclusionem Quo ad obiecta. Mag. sent. de mente Augustini in lib. de Doctrina Christiana ponit quatuor obiecta generalia scilicet ens.

Quod est supra nos
Quod nos sumus,
Quod iuxta nos,&
Quod est infra nos
obiectum autem
} Quod est supra est Deus,
Quod nos sumus est Anima
Quod ẽ iuxta nos ẽ prox. &
Quod ẽ infra nos ẽ corpus.
Ista sunt diligẽda. Ratio.
} Quoniam Deus est summum bonum, Anima boni capax, & particeps Proximus coheres summi boni,& Corpus ex anima recipiens bonum, Pręter ea diligitur Deus.

per redundantiam,& maximam abundantiam.

Quia creator Animę,
Diligitur anima quia Imago creatoris,
Diligitur proximus quia similis animæ, &
Diligitur corpus, quia domicilium animæ
Diligitur Deus vbique
Diligitur anima in Ecclesia,
Diligitur proximus cum Ecclesia, &
Diligitur corpus ad Ecclesiam
} Diligitur Deus propter se ipsum,
Diligitur anima in Deo,
Diligitur proximus propter Deum,&
Diligitur corpus propter animam
Diligitur Deus in tempore, & in eternitate.
Diligitur anima in tempore, ad ęternitatem,
Diligitur proximus in plenitudine ępis pp ęternitatẽ.
Et diligitur corpus qa post tẽpus recipiet ęternitatẽ.

Diligitur Deus quia est obiectum charitatis principale.
Diligitur anima quia est subiectum charitatis rationale,
Diligitur proximus. Quia est æqualis in charitate confrater &
Diligitur corpus, quia seruit proximo,& animæ ad charitatem, Hinc est quòd Dei, est Dei filiorum pauperum.
} Dilectio Dei est debita,
Dilectio animæ naturalis,
Dilectio proximi iusta &
Dilectio corporis rationalis.

Dilectio Dei est maxima
Dilectio animæ est mayor,
Dilectio proximi est magna, &
Dilectio corpoiis est multa.
} Dilectio Dei præcipitur à Deo, quia vult cognosci esse parrem nostrum,
Dilectio animæ non præcipitur quia cognoscit maximo amare seipsam.
Dilectio proximi præcipitur vt anima animam cognoscat. &

Dilectio corporis consequitur, vt anima instrumentum suum non ignoret.

Dilectio Dei, vnit voluntatem Deo.
Dilectio animæ, vnit ⁊voluntatem sibi,
Dilectio proximi unit voluntatem socio,&
Dilectio corporis vnit voluntati corpus.
} Dilectio dei uoluntatem beatificat,
Dilectio animæ voluntatem inflammat,
Dilectio proximi voluntatem dilatat,&
Dilectio corporis voluntatẽ demõstrat.

Dilectio Dei, est à toto corde: A tota anima. A tota mente: & ab omnibus viribus corporis.

Dilectio animæ est a tota uoluntate, a toto spiritu, & a tota memoria. Quoniam anima cum sit indiuisibilis amari per partes non potest, sed tota simul diligitur sicuti tota simul intelligitur.

Dilectio proximi est ad totum quia est propter totum. Ad totum quia ad Beatitudinem: propter totum quua est Deus a quo Beatitudo.

Dilectio corporis est cum toto. Quoniam non solum uoluntas, Beata erit, sed corpus simul cum anima glorificabitur in mortuorum uniuersali Resurrectione. Et hæc satis sint pro primo dicto circa obiecta generalia dilectionis nostræ.

Modo necesse est videre specialia obiecta

Idcireo, ut rem ipsam facillime attingamus obseruo dictum illud quòd unusquisq; debet diligere Deum sed proximun sicut seipsum. Ex quo Mag. quadripartitam proximi notificationem ostendit, & alij latius. & clarius explicantes de mente Mag. inquiunt quòd Prox. dicitur.

A creanone.
A natiuitate
A conuersione,
A propinquitate
A benefitio
Dicitur prox.
} A creatione. Et sic omnia creata cęlestra, terrestria, uiuentia, & non uiuentia aliquo modo dicuntur proxima propter unicam causam a qua de nihilo emanant.
A natiuitate. Et sic omnes homines, qui ab uno prothoplasto Adamo oriundi sunt, dicuntur proximi.

A conuersione. Et sic omnes qui fidem Christi susceperunt in prædicatione euangelij dicuntur proximi.

A propinquitate. Et sic parentes, filij, affines, consanguinei, & alij huiusmodi sunt prox.

A Bene-

A Beneficio. Et sic amici, patrès spirituales, sacerdotes, Doctores, & principaliter Angeli dicuntur proximi propter amorem, doctrinam, mynisterium, & gubernationem. Ideo oportet istos omnes maximo prosequi amore, ac dilectione.

Sed adhuc distinctius procedere debem⁹, propter maximas difficultates quæ sunt in latitudine proximi. Hinc cum in Verbo proximus reperiantur omnia ista, videlicet.

Hæretici, Iudei, Turcæ, Infideles, Dæmones, Bestiæ, Plantæ & Lapides. Quæri Potest An debeant Diligi? cui respon Demus q̃ oportet Ea diligere multis de causis. } Prima quia sunt substãtię à substãtia. Substãtię naturales à substãtia super naturali. Sed oĩs substãtia est bona, & omne bonũ est diligibile ergo debẽt diligi.

Secunda sunt Imagines imaginis formosæ. Imaginis omnium pulchritudinũ Dei. Sed omnis pulchritudo amorẽ dilectionemque excitat ergo ista omnia obiecta diligenda sunt. Hinc obseruo circa istas imagines, q̃ licet in prima origine diuina sint excellentissimę, & modo perfectissimo productæ fuerint à manu potentissima Creatoris, tamen ipsis imaginatis nõ sunt eodem modo. Nam Imago in

Hæretico est vulnerata
In Iudæo occulta,
In Turcha vana,
In Dæmone inuersa,
In Bestia irrationalis,

In planta adiminuta &
In lapide significata tanquàm vestigia summi Artificis, & Astripotentis Dei. Nec propter hoc De⁹ illas sperni, sed conseruat, ac tuetur. Vt apparet in his qui toreumatibus, vel numismatibus delectantur. Qui non solum in perfectis, & integris delectationem suscipiunt: verum etiam in his quæ sunt fracta, vel quæ temporis antiquitate effigies Imperatorum amiserunt. Hinc ea conseruant, & maximo prætio digna existimant. Quoniam ad uiuum iudicant Heroum facies representare: Sic, sic Deus optimus Maximus quoniam videt in creaturis, licet sint malæ, licet fractæ scopulis peccatorum, licet diminutę ac imperfectæ, suam Imaginem, suæq; potentiæ, sapientiæ, ac bonitatis vestigium ac signum ideo diligit, & pronidet ad vitam necessaria. Asseritur ex Solomo. Sap. 11. Diligis omnia Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Hinc di
Sap. 11. ligit hæreticum. Quia est homo: Diligit Iudęum quia est rationalis: Diligit Turcham quia est liberi arbitrij: diligit Bestias quia sunt sensitiuæ: Diligit plantas quia sunt uiuentes: & diligit lapides quia habent esse. Quoniam humanitas: rationalitas: liberum arbitrium sensus: uita & esse sunt à Deo; sed quæ sunt à Deo bona: & bonum est diligendum ergo ista diligi debent, & merentur.

Præterea Id diligendum est a quo homo aut recipit beneficiũ sunt. Aut occasionẽ boni sumit. Sed a malis boni beneficium recipiunt ergo sunt diligendi Maior est clarissima, & probo minorem.

Math. 5. Nam ex hæreticis manifestantur fideles, inquit Paulus. Confirmatur a Christo qui dicebat.

Ex Iudæis confunduntur Phi. Quoniam tenẽt creationẽ mundi à Phificis negatam. Diligite inimicos, quo ad naturam.

Ex Turcis constantium in Christo demonstratur fides. Quoniam martyria, & suplicia magis ferunt quàm ita carnaliter, luxuriosè, ac bestialiter uiuere. Idem incruce fecit quando pro peccatoribus orauit dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.

Ex bestijs rationales in lege euangelica experimur, Explantis operosos dignoscimus. Et ex lapidibus persuerãtes probamus. Ecce igitur causa dilectionis. } Idem apparet in tota Sancta scriptura, nec non apud Sanctos, & fideles Maneat ergo cõclusio nostra quod mali etiam sint diligendi, & cum malis Dæmones. Perpendamus modo difficultates reluctantes conclusioni.

DIFFICVLTATES

Contra conclusionem quod nec Dæmones, nec mali sint diligendi.

Prima diffi. Quod reluctatur scripturæ sacrosanta non est admittendum. Sed diligere malos repugnat sacrosantæ scripturæ, ergo non est admittenda ista dilectio. Maior est uera. Probominorem auctoritatæ spiritussancti D. Sapientia. Abhominabiles sunt Deo impius & impietas eius.

Sapi. 14. Eccle. 5. Idem in Eccles. Altissimus odio habet peccatores. Idem Dauid. Iniquos odio habui: Idem. Nonne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? ergo non sunt diligendi.

Psal. 138. 2 Diffi. Oppositorum oppositæ sunt affectiones, ergo cum bonitas sit causa amoris, sic malitia erit causa odij. Quia sunt oppositæ formæ, ergo cum mali sint induti malitia non poterunt diligi a nobis. Ideo inquit Dauid. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.

Psal. 3 Idem Exo. 22. Maleficos non patieris uiuere. Idem Dauid. Conuertantur peccatores in infernum, ergo non sunt a nobis diligendi.

4 Diffi. q̃ minus sunt diligendi Dæmones. Dilectio est quædam amicitia, At nullus cum Demonibus debet habere amicitiam ergo nec diligere.

4 Diffi. Dilectio respicit dilectum, aut quia actu habet bonum, aut quia potest esse bonum. At dæmones nec sunt boni, nec possunt esse boni, ergo non sunt diligendi. Idem Aug. asserit lib. 8 de Trini.

5 Illud est diligendum quòd aut est unitum & insertum Christo: aut inseri potest. At dęmones nec inserti, nec inseri possunt in Christo cum sint membra omnino seiuncta, ergo nullo modo diligendi sunt.

6 Diffi. quòd irrationalia non sunt diligenda. Nam dilectio tria potiss. respicit.

Primun est finis. Secundum est amicita. Tertium est forma. } Non possunt ratione finis, quia finis charitatis Theologicæ est Beatitudo; at irrationalia sunt exclusa à Beatitudine, ergo.

At nullo istorũ modorum possunt diligi, ergo. Nam. } Non ratione amicitiæ. Quia amicitia est inter similia. At irrationalia dissimilia sunt à nobis. Igitur, Non ratione formæ. Nã dilectio est à voluntate intellectiua, & discursiua in voluntatem discursiuam. At irrationalia carent voluntate intellectiua, & discursiua, vel dic tanimę intellectus, ergo conclusio falsa.

RESPON-

RESPONSIONES.

Argumentorum quòd mali & Dæmones sunt diligendi.

Ad primã & ad omnes auctoritates dico quod dilectio habet 2. relationem respectu malorum.

Altera inspicit naturam. Altera inspicit vitium. } Si respicit naturam, subiectam, essentiam, imaginem, & similitudinem malorum: sic sunt diligendi mali & Dæmones, & sic tenet cõclusio quia omnia ista dicunt perfectionem collatam à Deo. Si vero relatio charitatis tendit in vitium, culpam, duritiem, & in versionẽ obstinatã, sic nullo modo sunt diligendi. Et hoc intendunt oẽs rationes sequentes. Ideo hac responsione responderi potest 2. 3. & 4. diffi.

Ad 5. qui Dæmones non sunt vniti nec inserti cum Christo, ergo non sunt diligendi. Resp. quod vnio Dæmonum in Christo 2. consideratur.

Velut refert creationem. Vel ut refert redemptionem. } Si consideretur prout refert creationem sic sunt vniti cum Christo vt creatura & creator. Vt creatura rationalis & vt creator producens. Nam sunt rationales & à Verbo creati, ergo vniti, ergo conclusio: si autem considerentur vnio quatenus refert redemptionem, vel gratiam, vel felicitem hoc modo certe nõ possunt diligi. Et hoc modo currit arg.

Ad 6. Irrationalia nullo modo possunt diligi. Resp. Dilectio sumitur biffariam.

Velut dicit gloriam. Velut dicit permanentiam. } Si ut dicit gloriã sic non sunt diligenda irratio. Quoniam non sunt capacia. Si vero dilectio respicit permanentiam ad vsum hominum, decorem mundi, potentiam & Dei sapientiam: sic sunt diligenda. Et hoc modo intendit conclusio natura. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar quæst. Ioannis Carmelitæ.

LECTIO

Octuagesima tertia super Quæst. 28. Ioannis Carmelitæ ĩ quo duo potissima inuestigat. Alterum est. An homo debeat magis Deum diligere quam se ipsum; Alterum An melius sit mortem eligere quam peccare.

Ex quibus quatuor vobis propono scilicet.

Continuationem. Conclusionem. Probationem & Dilutionem. } Continuationem Doctoris cum Mag. sent. Conclusionem Doctoris contra scotum. Probationem conclusionis contra errores, & Dilutionem fallatiarum cuiusdam opinionis. } Continuatio est facilis, Conclusio veritissima. Probatio demonstratiua.

Et dilutio irrefragabilis, quoniam impugnari non potest.

Quo ad continuationem non est immorandum, quoniam exprecedentibus consequitur. Dictum fuit quod Deus Proximus, & irrationalia sunt diligenda. Præterea quod Deus, toto corde: tota mente, & tota anima est diligendus, quia est primum & summum bonum. Et quoniam in dilectione inspicienda sẽper est dignitas obiecti. Cum Deus sit obiectum infinitum in dignitate homo vero finitus, ergo optime deducitur. Quæstio. An sit magis diligendus Deus ab homine, quàm homo diligat seipsum. Idcirco pono conclusionem quæ talis est. *Vide nostram Mich. 3. q. 29.*

Deus præcisa charitate theologica est magis naturaliter diligendus ab homine, quàm homo à seipso Probatur.

1. Ratio. Omnis dilectio naturalis quę pendet à voluntate recta tendit in obiectum quod est maxime conueniens suæ quietitudini. At Deus est obiectum maxime conueniens suæ quietitudini. Igitur maxime diligit eum supra omnia, & supra seipsum. Maior est clarissima quoniam omnis motus tum cessat quando suum possidet terminũ: sed suus terminus est vltimus terminus. Vltimus terminus est in vltimo & perfectissimo obiecto. Hoc est Deus, & non ipse, ergo magis Deum q̃ seipsum diliget. Minor patet. Qm̃ Deus ẽ prima & vltima causa. Prima à qua omnia & vltima ad quam omnia, ergo.

2. Ratio. Illud sequi. poĩa uolitiua quod iudicat poĩa cognitiua naturaliter. Sed poĩa cognitiua iudicat q̃ homo debet magis Deum diligere q̃ seipsum, ergo & poĩa affectiua magis diliget naturaliter Deum q̃ seipsũ. Maior est manifesta. Qm̃ poĩæ animæ sunt naturaliter se in sequentes. Minor probat. Qm̃ Intells. habet pro obiecto principali summum & optimum, sed hoc est Deus, ergo & in illum magis tendet, quàm in seipsum.

3. Ratio. Appetitus intellectiuus non est minus ordinatus quàm sit appetitus irrationalium & rerum inanimatarum naturalis. Sed appetitus naturalis irrationalium, & inanimatorum magis tendit in bonum vniuersum, quam in proprium bonum, ergo à fortiori appetitus intellectus magis in Deum tendet naturaliter, quàm in seipsum. Maior est clarissima. Quoniam omnis ordo irrationalium pendet ab ordine rationalium, ergo magis ordinatus. Probo minorem per experientiam.

Aqua enim licet naturaliter tendat deorsum, tamen magis naturaliter ne detur vacuum tendit sursum, vt patet de vaporibus attractis sursum à sole. Et de manu quæ licet naturaliter amet se ad conseruationem, tamen magis naturaliter amat totum corpus, quoniam pro corporis defensione permittit se vulnerare. Rationem affert doctor contra Scotum. Nam inquit Doctor. In aqua & in qualibet creatura dup. est motus naturalis.

Alter singularis. Alter vniuersalis. } Singularis & naturalis motus aquæ, vel lapidis est deorsum tendere. Quoniam hoc habet à sua forma, & natura. Nec potest habere alium motum. *Motus naturalis duplex.*

Motus vero vniuersalis, & naturalis est qui sequitur à causa vniuersali. Vel sequitur causam vniuersalem

Ideo motus ſurſum ipſius aquæ, & defenſio corporis per manum eſt motus naturalis. Quoniam ſequitur naturam vniuerſalem a qua ſunt producta. Exemplum. Motus qui ſequitur appetitum ſenſitiuum non ſolum eſt naturalis, quia eſt à cauſa propria ſcilicet ab appetitu: ſed etiam eſt naturalis, quando ſequitur rectam rationem intellectus qui eſt cauſa vniuerſalis, quæ paſſiones modificat, & frenat. Ideo dicere, q̃ iſti motus magis tendant in cauſam veriſimilem quàm in proprium eſt certum.

4 Præt. Confirmatur. per Phi. 2. Phy. t. & Com. 38. vbi enumerando cauſas per ſe, concludit q̃ cauſæ vniuerſales ſunt etiam cauſe pro ſe. Vnde non ſolum hæc materia forma, efficiens, & finis, quæ ſunt cauſæ compoſiti naturalis ſunt cauſæ per ſe: ſed materia, forma, efficiens, & finis in vniuerſali, & in commun ſũt cauſæ per ſe. Quinimo ſunt magis per ſe q̃ aliæ, q̃a ſunt aliorũ cauſæ. Modo facit minorem. Motus qui cauſatur vel ſequit cauſas p ſe eſt naturalis, ergo à cauſis vniuerſalib. erit mot⁹ naturalis. Tũc ſic: Cũ iſte motus magis ab vniuerſali pẽdeat quàm à particulari, ſequit̃ q̃ magis inclinetur in vniuerſalẽ quã in particularẽ cauſã. Igitur cum homo magis à Deo, quàm à ſe, & omnino à Deo, & nil à ſe dependeat: ſequitur. q̃ magis Deum naturaliter diligat quàm ſeipſum.

5 Præt. Bonum commune eſt magis appeti. quàm bonum priuatum naturaliter, ergo naturaliter eſt magis diligendus Deus, quàm nos ipſi. Patet, quia Deus eſt bonũ commune. Nos ſingulare, ergo.

Patet in viro Poly. in Scipio. in legatis, qui pro tuitione patriæ non curãt proprias domos, vxores, filios & vitam. Idem aſſerit Phy. 9. Ethi. *Ethi. 9.*

Rõ. Omnis amor voluntatis ſequitur cognitionẽ obiecti. Omnis cog. ſequitur eſſe obiecti. Tunc modo arguo ſic. Vnũ quodq; ſicut ſe habet ad eſſe ſic ſe habet ad cognoſci. Nã Triangulus ſicuti eſt, ita cognoſcitur, ſicuti eſt à tribus lineis æqualibus ita cognoſcitur habere tres angulos ęquales. Ita cognoſcitur dependere à Mathe. ſic mundus vti eſt perfectus ita cognoſcitur. Nam habet omnes partes. Sed cum magis ſit à producẽte quam à ſeipſo, ergo magis dignoſcitur in producẽte quàm in ſeipſo, ergo magis producẽs quàm mundus diligitur. Redeo modo ad propoſitum. Cum homo ſit creatura cognoſcitur omnino dependere à Deo, ergo ſi dependentia eſt communicatio bonitatis, & bonitas eſt cauſa amoris, ſequitur neceſſario q̃ ſicut naturaliter homo dependeat à Deo, & non à ſe, q̃ non ſolum diligat naturaliter magis Deum quàm ſeipſum, ſed q̃ amorem ſui in Deum referat, ergo concluſio vera.

7 Præt. Illud magis diligit aliquid pro quo ponit honorem, diuitias, & vitam, ergo magis Deum diligimus quàm nos ipſos.

Patet antecedẽs. Nã nil diligibilius diuitijs, honore, & vita, ergo ſiquis ponit hæc pro amico illũ magis q̃ ſeipſum, dicente. Pho. Propter quod vnum quodq; & illud magis, Patet conſequentia, quia propter Deum ſancti diuitias reliquerunt: honores contempſerunt, & vitam poſuerunt, ergo magis naturaliter. Ratio. Quoniam licet iſti moti ſint à gratia. Tamen gratia non repugnat naturæ, ſed illam ſubleuat, ergo.

Hinc ſoluit Doctor in 2. Arti. quæſtionem illam.

An quis magis naturaliter debeat eligere non eſſe quàm in Deum peccare? Reſpondet, q̃ neutrum eſt eligendum: & perconſequẽs vnum nõ eſt magis eligibile altero. Tamen ſi dei opt. Max. perpendatur dignitas. Si perpendatur, q̃ ſit creator: Pater: ſummum bonum: & vltimus finis à quo omnia effluunt bona: Si perpẽdatur, q̃ peccatum in Deum non poteſt remitti niſi à Deo: Certum eſt, q̃ eſt melius eligere non eſſe ſimpliciter quàm Deum offendere.

Confirmatur. Illud eſt magis eligibile altero quod minus perturbat, ergo magis eſt eligibile non eſſe q̃ peccare Deumq, offendere. Antecedens eſt apertiſſimum Conſe. probat. Nam deſtructio vnius indiuidui eſt perturbatio accidentalis, & minimi valoris: At peccare eſt perturbatio vniuerſalis cuiuſcunq; ordinis. Nam peccatum eſt auerſio à Deo ſummo Bono, ad quod omnia tendunt, ergo melius eſt nõ eſſe quàm peccare, ergo magis eligenda eſt mors Crucis quàm fidem negare. Igitur ſi naturaliter nullus effect⁹ ſuam offendit cauſam ſed potius ſeipſum deſtruit, magis illam q̃ ſeipſum diligit, ergo magis Deũ quàm nos diligamus.

Stabilitur per arg. à ſimili. Quem ad modum melius eſt agere quàm pati: Ita deterius eſt maleagere q̃ male pati. Sed fieri non ens ſimpliciter ex ente, eſt male pati: & peccare mortaliter eſt male agere, ergo melius eſt non eſſe quàm peccare in Deũ. Igitur. ſi naturalius eſt homini magis non eſſe quàm peccare, cũ conſtet ex cauſis, & principijs pugnantibus, & ad corruptionem tendentibus neceſſario ſequitur q̃ naturaliter debeat magis aſſentiri corruptioni, & non eſſe q̃ peccare, ergo naturaliter magis Deum diligit quàm ſeipſum. Cum uitam ita amabilem propter Deum ſpernit. Hæc ſint ſatis pro concluſionis probatione. Modo videamus argumenta reluctantia quæ ſunt ſenſata.

ARGVMENTA

Oppoſita quæ oſtẽdũt quòd hõ naturaliter magis ſeipſum quàm Deũ diligit.

Arg. 1. Omnis dilectio maior & minor, intenſior, & remiſsior dr̃ eſſe ſm̃ maiorẽ, & minorẽ obiecti cognitionem. Sed maior eſt cognitio ſuiipſius q̃ cognitio Dei, ergo maior erit dilectio propria, q̃ ipſius Dei Maior eſt proſpicua. Quia uoluntas cum ſit cæca non videt ſuum obiectum Ideo lumine intellectus, & cognitione indiget: & quanto cognitio eſt clarior, & maior tanto dilectio creſcit, & augetur. Minor etiam eſt clariſsima, q̃ magis homo ſeipſum cognoſcat quàm Deum. Quia Deus eſt occultus homini: homo vero ſibi manifeſtus, ergo magis diliget ſe quàm Deum.

Arg. 2. Vbi eſt maior ſimilitudo ibi, & dilectio maior At nihil eſt ſimilius ipſi homini quàm ipſe homo, ergo nulla dilectio erit maior dilectione propria ipſius hominis ad ſeipſum. Maior ẽ clariſſima. Quia omne ſimile diligit ſimile. Mater filium, & magis filium quàm pecuniam. Minor clariſſima, ergo magis ſe quàm Deum. Quoniam Deus non eſt ſimilis homini, ſed diſſimilis.

3. Arg. In Dęmonibus manent naturalia integra, & in damnatis, ergo diligunt plus Deum q̃ ſeipſos. At hoc eſt falſsimum & inſulſum. cum nullo modo Deum diligant ſed potius odio habent, ergo.

Illud magis amat̃ naturaliter ab aliquo qđ ẽ magis ꝓportionale, illi: At nil eſt magis ꝓportionale ipſi homini

minì quàm ipſe homo, ergo naturaliter nil magis amatur ſeipſo. Maior eſt proſpicua. Quoniam amans, & amatum ſunt unum & idem. Minorem probo. Nam in machina mundiali ſunt tria genera entium.

Primum gen⁹ eſt ſupra hominẽ } Supra hominem eſt Deus,
Secundum eſt cum homine, } Cum homine Angelus, &
Tertium eſt infra hominem. } Infra hominem bruta, plante & lapides.
} Deus eſt hominii impportionatus, quia eſt infinitus.

Angelus eſt cum homine ęqualis, quia rationalis: Bruta, & alia infra hominem quia irrationalia, ergo ſi improportio impedit conuenientiam, & inconuenientia tollit vnionem, & ablata vnione tollitur amor, non poteſt magis Deus amari ab homine, quàm homo ſeipſum amet naturaliter. Non poteſt magis irrationalia quoniam id quod amatur debet eſſe nobiliſſimum, ſed irrationalia ſunt vilia, ergo.

Non poteſt magis angelus. Quia ſunt in ſubſtantia æquales, ergo homo naturaliter magis amat ſe q̃ alia.

5. Præt. Repugnat Phi. 9. Ethi. Patet. Dicit eo loci. Amicabilia quæ ſunt ad alterum veniunt ex amicabilibus quæ ſunt ad ſeipſum, ergo amor prius, & maior naturaliter eſt primum in homine, & poſtea ad alia, ergo homo magis ſeipſum quàm Deũ diligit. Patet Cõſeq. Nã cauſa protior, & præſtantior eſt effectu. At amor proprius hominis cauſat amorem in Deum, ergo.

6. Præt. Deus diligitur ab homine quia ſperat fruitionem diuinam, ergo magis ſeipſum diligit Primum. Cognoſco concluſionem per princ. ergo magis principia agnoſcuntur dicit Phy. Propter quod Diligo propter me, ergo magis meipſum. Diligo Pontificem Max. quia dedit mihi dignitatem epiſcopalem, ergo magis me diligo.

RESPONSIONES.

Ad primun vbi cognitio maior, & intenſior & dilectio. Reſp. q̃ cognitio ſumitur dup.

Vel reſpectu obiecti eiuſdem generis } Si reſpectu eiuſdem generis & qualitatis, ſic concedo, q̃
Vel reſpectu diuerſorum generum. } vbi maior cognitione & amor. Nam certum eſt q̃ magis diligitur Eques à Duce quem cognoſcit, quàm illum quem ignorat. Si vero ſumatur reſpectu diuerſorum generum non valet. Quoniam non quod magis cognoſcimus, ſed quod eſt præſtantius. Magis cognoſcit mulier lapidem incultum quàm per pulitum, & gemmatum nihilo ſectius magis diligit gemmã quã incultum ſaxum. Sic licet magis homo cognoſcat ſeipſum quàm Deum, amat tamen Deum magis cum ſit excellentiſſimum ens ergo.

Ad ſecundum eodem modo dicimus. Nam eſt maior ſimilitudo in hominẽ, ſed nõ maior dignitas quæ eſt in Deo. Ad illud Dęmonum & damnatorum. Reſp. q̃ voluntas in Dęmonibus & damnatis eſt dup.

Conſideranda vel vt recta, vel } Si conſideretur, vt recta, ſic certe plus Deum amant, ſi ut deprauata,
Vt deprauata. } ſic non amant ſed odio habent. Concluſio tenet de recta voluntate: argumentum de incuruata.

Ad 4. Deus eſt homini improportionalis, ergo Ad proba. Reſp. q̃ proportio eſt dup.

Altera quantitatiua } Proportio quantitatiua quæ dicitur æqualitatis certe non eſt inter Deum, &
Altera ſimilitudinaria. } hominem: eſt tamen proportio ſimilitudinaria. Nam homo habet imaginẽ Dei per quam aſſimilatur, & hæc ſufficit ad amorem. Nam ſi amatur numiſsima Principis in qua eſt ſua imago, magis Princeps diligitur. Sic dum ſeipſum amat, magis Deum amat, qui Imaginem impreſsit.

Ad ſecundum concedo q̃ amicabilia ad alterum ſint propter amicabilia ad ſeipſum, ergo maior erit in ſe amicitia, & dilectio quàm ad Deum negatur. Neq; ad bonum vniuerſale. Nam bonum commune præcedit particulare. Deus eſt ſummum, & infinitum bonum, ergo.

Ad 6. Diligit Deum propter Beati. ergo magis ſeipſum. Non valet. Quoniam dilectio maior eſt vbi eſt maior bonitas, & excellentia. At in Deo eſt infinita, ergo eſt propter quod vnunquodq; tale & illud magis. Reſp. q̃ illa eſt vera quando id quod amatur propter aliud cauſatur ab illo. *Reſpon. Bono. oĩs q ſe diligit, di ligit quatenus eſt directa à ratione, et ratio reſpicit vniuerſum ut eſt pars.*

Exem. Quare magis credo principijs quàm concluſioni? Reſp. Quia concluſio pendet ex principijs. Quare magis calidus eſt ignis quàm reliqua quia eſt cauſa omnium calorum. Igitur cum Deus ſit cauſa beatitudinis meæ diligo Beatitudinem: Diligo me Beatum: At magis diligo Deum qui eſt cauſa efficiens, finis, & ratio omnis Beatitudinis. Et hoc modo ſoluuntur omnia argumenta, & alia mille ſi fuiſſent. Hæc ꝓ præſenti. In ſequenti aggrediar. Quæſtionem, vel Diſtin. 29. Mag. ſententiarum.

LECTIO

Octuageſima quarta ſuper Diſt. 29. Mag. in qua poſt quàm egit de numero diligendorum. In præſenti agit de ordine dilectionis, in generali, et ſpetiali.

Idcirco quatuor faciã in præſenti lectione de mente Thologorũ, & præcipue Noſtri Magiſtri Anglici.

Primum erit circa ordinem obiectorum charitatis. } Ordo notificat rem,
Secundum Quòd Deus ſit principale obiectum charitatis, } Ratio formalis facit ſcientiam.
Tertium. Quod Deus ſit obiectum charitatis ſub ratione bonitatis. } Bonitas cauſat amorem,
Quarto Adducam difficultates contra Doctorem, & ſoluam. } & ſolutio difficultatum generat quietem, & pacem.

Quo ad primum de ordine. Sciendum eſt quòd ordo in omnibus adeo eſt neceſſarius, & potiſsimum in charitate, q̃ qui dimittit illum inquit Mag. ſent peccat. & reddit rationem.

Quoniam nesciens ordinem, nescit rerum dignitatem: nesciens rerum dignitatem nescit dispositionem rerum nesciens dispositionem nescit locum, & sic meritorum formam ignorans omnia conturbat, & peruertit. Hinc S. Amb. super Canticis laudans sponsam dicentem.

Ambrosius. Introduxit me in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, scribit. Multorum charitas est inordinata. Quoniam quod est in primo ponunt in tertio, vel quarto loco. Nam primo Deus est diligendus 2. parentes 3. filij. 4. domestici: Qui si boni sint filijs malis sunt præponendi. Hinc S. Dionysius, & Phy. obseruant ꝙ in ordine oportet ire caute. Quoniam sicuti malum dicitur omnifariam, quotiescunq; vna sola ex circunstantijs debitis cessat: sic bonũ dr̃ esse ex causa integra. i. ex collectione omnium causarum. Nam deficiente vna causa res imperfecta est, & ad destructionem tendit. Idcirco ne perturbẽ ordinem, & ego assumo cum Doctore Nostro Bachonitano, primum obiectum Charitatis de quo cum in antecedentibus declarauerimus satis quomodo sic diligendus, & ꝙ dilectio Dei debet esse maior dilectione nostra: oportetet videre sub qua ratione formali, & distincta Deus à voluntate diligatur. Nam à ratione formali obiecti oritur scientia intellectus, & amor voluntatis. Id circo vt potui colligere in quæstione Doctoris Anglici pono hanc conclusionem.

DEVS SVB

Ratione bonitatis est obiectum charitatis gratuitæ. Probatur à Doctissimo Britone.

Prima ratio. Sub illa ratione formali aliquid dicitur esse obiectum vel scientiæ, vel amoris sub qua intellectus, & uoluntas conquiescunt, & complacent vltimate, & ad quam oẽs aliæ rõnes reducuntur. Sed sic est ꝙ sub rõne bonitatis absolute oẽs aliæ rõnes reducuntur vltimate, & voluntas in Deo conquiescit, ergo erit obiectum vt bonus. Maior patet. Minor probatur. Qm̃ oĩs rõ glorificandi, beatificandi, & complacentiæ voluntatis dr̃ esse in bonitate, ut in causa formali, efficiente, & finali. Dr̃ esse in causa formali quia perficit: efficiente quia mouet, & finali quia conquiescit, ergo.

Secunda ratio. Sicut se habet Intellectus ad formalem rõnem sui obiecti, sic se habet & uoluntas. Sed sic est ꝙ intellectus obiectum formale non sunt complexa, vel conclusiones deductæ quæ sunt complexæ, sed obiectum dr̃ esse de quo, vel ad quod omnes conclusiones educuntur, & reducuntur. Exemplum. Subiectũ, vel obiectũ in naturali Phi. non sunt cõclusiones quæ educũtur de corpore, sed est ipsum corpus mobile. Vnmobilitas est rõ formalis ipsi⁹ obiecti. Quod aũt cõtinue moueatur. Quod moueatur p auctionẽ. Alterationem ad locum in tpe, & alia huius generis sunt complexa, & prædicata passionũ: Ita dico de obiecto voluntatis. Nã licet Deus sit cõnicatiuus, & beatificati⁹ tm̃ istæ non sunt rõnes formales Dei, sed p̃dicata, & operationes procedentes à formali obiecto quod est Deus vt bonus. Nam ex bonitate infinita communicat: Beatificat; & conquiescit. Vnde ista sequuntur esse bonum, ergo sub ista erit formale obiectum.

3. Ratio. Preterea. Vnius obiecti debet esse vna rõ formalis tm̃, ergo non est admittenda illa opinio quę ponit duas rõnes formales quæ sunt Bonitas, & ratio beatificandi. Qm̃ nõ vnũ obiectu, sed duo essent ꝙ nõ admittit̃ in scholis sapientũ, & potissimũ in ente vbi nulla diuersitas, sicuti in Deo, ergo erit solo bonitas.

4. Ratio. Præt. Ratio formalis obiecti constituit ipsum subiectum, uel obiectum in esse: vel dicit naturã & substantiã obiecti: At bonitas & non cõicatio beatificatio dicit Dei essentiam, & substantiã, ergo nec cõmunicatio, nec beatificatio erunt rationes formales sed bonitas. Patet. Quoniam ante mundi creationem, & communicationem Deus licet nullum hominem bearet, erat tamen bonus, ergo Bonitas & non communicatio est ratio formalis.

5. Ratio. Pret. Ratio formalis est quid absolutum: ratio communicatiua est quid respectiuum. Sed bonitas est quid absolutum, & communicatio respectiuum, ergo bonitas, & non beatificatio erit ratio formalis obiecti charitatis.

6. Ratio. Præterea. Ratio formalis est conceptus mentis quo principaliter obiectum representatur intellectui, & uoluntati. Igitur non potest esse communicatio beatitudinis sed ipsa bonitas in Deo. Antecedens est verissimum. Nam si representatur. Regi Phylippo Hispaniarũ Matthæus Vasches, vt fidelis, iustus, & patiens, præsentatur sub formali ratione, & conceptu fidei, iustitiæ, & pacientiæ, quæ sunt formæ morales animæ. Probo. Consequens. Nam Deus non ostenditur voluntati principaliter, vt communicatiuus, sed secundario: sed principaliter ostenditur vt bonus, ergo cum à rationibus secundarijs non sumitur vera ratio obiecti sed à primarijs: sequitur, ꝙ vera ratio formalis Dei ut obiectum charitatis erit non communicatio, sed ipsa bonitas, ergo conclusio nostra vera erit.

7. Ratio. Præterea Ratio formalis obiecti sumitur ab intrinseco, ergo à Bonitate, & non à communicatione. Quoniam bonitas est quid intrinsecum, & communicatio quid extrinsecum, cum sit ad creaturã, ergo non est in communicatione, sed in bonitate.

8. Ratio. Præterea. Ratio formalis respicit ipsum obiectum absolute ut tale obiectum. Sed communicatio non respicit subiectum, vt tale subiectum, vel obiectum, sed potius vt ad aliud ergo non potest esse obiectum. Patet maior. Quoniam omne absolutum præcedit respectiuum. Sed ꝙ bonitas respiciat obiectum vt absolutum, patet. Quia nil communicatur alteri nisi sit prius in se bonum, ergo bonitas certe dicitur esse ratio formalis charitatis.

9. Ratio. Præterea. Si charitas haberet pro obiecto ipsam beatitudinem communicatam, ergo esset amor & dilectio non amiciriæ, sed concupiscentiæ, ergo Deus non diligeretur propter se vt est summum bonum, sed quia nos beatificat. Hoc autem falsum est. Quoniam diligitur propter se quatenus Deus. Quatenus bonus, Quatenus summus, ergo in bonitate erit ratio formalis. Hæc dicta sint pro conclusionis probatione. Modo videre est necesse quædam dubia quæ probationibus reluctantur.

DVBIA

DVBIA

Quod rõ formalis non sit bonitas Dei optimi maximi, vt obiecti charitatis.

Dubium primum. Ratio formalis obiecti distinguit ac separat subiectũ, vel obiectũ vnius scientiæ abalia. At bonitas, non distinguit nec separat, ergo non est ratio formalis Dei dilecti. Maior vera Minorem probo. Quoniam bonitas est communicatiua sui ipsius dicente. Philo. Bonum est suipsius diffusiuum, ergo sed quod seipsum communicat, & diffundit vnitur, & non separatur, ergo.

2. Dubitatio Ratio formalis obiecti est de diffinitione obiecti. Nã cũ naturalitas sit rõ formalis corporis Physici, non põt corpus diffiniri sine hac rõne natura. Sic cum quantũ sit de rõne formali corporis Math. semper ingreditur eius diffinitionẽ. Sed cum diffinitur bonitas ingreditur cõicatiuum, & effusiuũ, ergo ratio formalis erit à communicatione, effusione, & diffusione. *Doctor. 1. Prologi q. 3. art. 2. tenet ꝙ corpus mobile sit bium Phy.*

3. Dubiũ Ratio formalis obiecti ponitur propter finem obiecti: Nam naturalitas, vel mobilitas quæ est ratio formalis corporis Physici vt dicit Carmelita lib. 1. Prolo. q. 3. art. 2. ponitur propter finem, videlicet propter motum. Idcirco à motu tanquàm à fine dicitur mobilitas, ergo si finis bonitatis est communicatio, ergo sub hac ratione formali erit obiectum charitatis.

4. Dub. De nominatio alicuius obiecti debet fieri quo ad rationem formalem à præstantiori: Sed inter omnes causas, entiaq, finis est præstantior, ergo ab illo debet fieri denominatio à formali ratione. Apparet in omnibus obiectis. Nam obiectum libri de cœlo cuius finis est ad locum, sua ratio formalis est ad ubi. Nam dicitur corpus mobile ad vbi. Sic in lib. de Gen. & corrup. est corpus mobile ad formam, cum acquisitio formæ sit finis generantis, ergo cum finis obiecti charitatis sit communicare bonitatem, ratio formalis erit communicabilitas, & non bonitas.

RESPONSIONES

Argumentorum quòd ratio formalis obiecti charitatis sit Bonitas.

Ad primũ rõ formalis distinguit, & separat. Ad bonitas nõ, ergo; Resp. ꝙ bonitas. dup. consideratur.

Vel ut est in Deo } Si consideretur ut est in Deo, vt obiectum charitatis, sic dico ꝙ distinguit, & seuin
Vel vt in nobis. } git Deũ, vt obiectũ fidei, & spei. Qm̃ alia, & alia rõne cõprædẽdit. Si vero cõsideret bonitas, ut vobis cõicatur, & impartitur. sic dico ꝙ magis vnit q̃ separet. Arg. tenet modũ sc̃dm, nos primũ.

Ad sc̃dm qm̃ dr̃ ꝙ ratio formalis est de diffinitione obiecti. Resp. ꝙ bonitas, ut respicit subiectum nõ dicit cõicationem, sed solum ut respicit nos. Idem dico ad tertium ꝙ nõ dicit finem respectu uoluntatis, nõ respectu obiecti. Idem ad quartũ, ergo Conclusio maneat in suo robore. Qđ charitatis obiectũ sit Deus sub rõne formali bonitatis. Hæc pro præsenti. Insequenti tangam ordinem diligendorum creatorum.

LECTIO

Octuagesima quinta in qua agitur de ordine diligendorum ab ipso Deo. Scilicet quid primum, & quid secundum sit diligeudum. Idcirco vt rem ad medullã tangamus tria potissima explicabo ex omnib. illustrissimis patribus theologis. Primum erit circa numerum diligendorum: secundum circa ordinem Terciũ circa modum, et soluã argumẽta.

QVo ad primum de numero diligendorum de mente S. Ambrosij: Aug. & aliorum Theologorum dico quòd obiecta diligenda sunt septem videlicet.

Deus	Adeo recipimus creationem	Igitur si dilectio habet pro obiecto bonũ:
Parentes,	Aparentibus generationem,	& cũ tot bona à Deo: parentibus.
Vxor,	Ab vxorib⁹ communicationẽ,	Vxoribus: filijs amicis: Domesticis & in
Filij,	A filijs succesionem,	micis recipim⁹ iure merito à nobissũi
Amici,	Ab amicis consolationem,	diligẽdi, & amandi. Tñ ordo est obser
Domestici, &	A domesticis seruitutem, &	uãd⁹ in dilectione. Hinc obiecta p̃stan
Inimici. Omnes	Ab inimicis meritum. Nam	tiora p̃ponẽda sunt. Præstãtiora sũt illa
Isti sunt diligẽdi.	De⁹ creat Animã: Parentes ge	quæ excellentiorem tenent sedem di
Ratio. Quia ab	nerãt carnẽ: Vxores donãt vitã.	gnitatis pluraq; dona, ac gratiam vbe
omnibus bonũ	Filij perpetuitatẽ: Amici cor:	riorem nobis impendunt.
recipitur. Nam	Domestici vires: & inimici pacientiã.	

Hinc hanc obiectorum statuam seriem, & ordinem. Quod primum obiectum sit Deus: secundum parẽtes 3. Vxores: 4. filij: 5. Amici: 6. Domestici: & 7. inimici. De deo dictum fuit in præcedentibus, ꝙ per se est diligendus: Quod plus diligatur Deus ab homine, quàm homo diligatur à se ipso. Nunc accedo ad reliqua obiecta. Et primum dico, ꝙ parentes plus quàm vxores: & vxores plus q̃ filij, & filij plus q̃ amici, & amici plusquàm domestici, & domestici plus q̃ inimici sunt diligendi. Probo primũ ꝙ parentes magis q̃ vxores.

Illud est magis diligendum quod maiora donat munera, Sed parentes maiora impendunt munera

quam vxores, ergo magis debent digi parentes quàm vxores Probo minorem. Nam à parentibus habemus esse quadruplex scilicet. Esse vitæ: Nutritionis virtutis, & ditationis. A mulieribus autem habemus solum duo esset videlicet esse amoris, & doris, ergo plus parentes, sunt diligendi quàm vxores. Probo secundum ꝙ magis vxores diligendæ sint quàm filij.

Illud magis diligitur cui magis vnitur & transformatur. Sed vir magis vnitur vxori & transformatur quàm filijs, ergo magis, & plus vxores diligantur quàm filij. Maior est perspicua. Qm̃ amor transformat amantẽ in rẽ amatã. Minor probat. Illa vnio est maior, & ꝙ consequẽs magis transformatiua quę trãsformat totas facultates, uitam, & substãtiam amantis in rem amatam, quàm illa quæ non totam transformat. Sed vnio viri, & Vxoris transformat totam vitam omnes facultates, & bona: Vnde omnia illis sunt communia dicente Apostolo. Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier; nec mulier habet potestatem sui corporis, sed vir. Hoc autem non reperitur inter patrem, & filiũm, ergo vxor magis diligenda supra filios.

Præt. Vnio parentum ad filios est vnio naturalis, & carnalis solum. Vnio vero viri ad uxorem est carnalis, & spiritualis, naturalis, & sacramentalis, & magis spiritualis, & sacramentalis, ergo quantum excedit spirituale, & sacramentale carneũ, & naturale: tm̃ excellit amor maritalis amorẽ filialem, ergo probatũ est secundũ.

Quo ad 3. Diligendi sunt magis filij q̃ amici, Illud plus diligitur quod magis repræsentat, & assimilatur diligenti. At filij magis repræsentãt & assimilantur parentibus super omnes amicos, ergo diligendi sunt magis filij quàm parentes. Maior est clarissima Quoniam similitudo est causa amoris. Minor probatur Quoniam filij repræsentant parentes personaliter, & affectualiter amici vero amicos representant affectualiter tantum. At maior est repræsentatio personalis affectualisq; simul q̃ sola affectualis, ergo filij magis diligantur supra amicos.

Quod ad 4. magis diligendi sunt amici, q̃ Domestici. Nam amici donant: Domestici seruiunt. sed maius est donare quàm seruire, ergo Amicorum dilectio, domesticorum excedit amorem. Amici cor, & omnia, & semper donant. Domestici seruitia, obsequa, & quando q; ergo si totum tempus parti præponitur, & si tota vita parti, ante cellit, Amicorum dilectio quæ in toto radicatur: Domesticorum affectionem superabit.

Quod ad 5. Magis diligendi sunt Domestici q̃ inimici. Nam id magis amore prosequimur quod magis prodest. Domestici magis prosunt super inimicos quia semper nocent, ergo dilectio maior, ac intensior. Et sic probatum est secundum Quæsitum.

Quod ad 3. quæsitum restat difficultas quo gradu amoris sint diligenda ista obiecta. Nam dicit Magister sent. in præsenti Dist. quod est maximus error in diligendo. Reddit causam. Sepis.

Diligitur quod non est diligendum, ut malum.
Non diligitur quod est diligendum, ut studiosus.
Diligitur æque quod est magis diligendum, vt vitiosus cum studioso.
Diligitur amplius quod est minus diligendum.

} Diligitur affectu & non effectu quod est diligendum. Vt negligentes,
} Diligitur affectu, & non effectu quod est diligendum. Vt simulatores, qui maxima cum solicitudine inseruiũt præceptis dominorũ.

Vt filij qui plus aliquando q̃ Deum diliguntur. Idcirco ut huius modi errores à nostra charitate, & dilectione tollantur, & sint exul. Pono hanc charitatis, dilectionis, & amoris partitionẽ, ꝙ dilectio habet istos gradus amoris.

Videlicet affectum amoris, Effectum amoris, Identitatem amoris, Simplicitatem amoris, Similitudinem amoris, & Et finem amoris.

} Affectus amoris est vniuersalis
Effectus discretus,
Identitas naturalis,
Simplicitas indifferens,
Similitudo indiuidua, &
Finis cęlestis.

} Affectus amo is est in corde
Effectus in opere,
Identitas in natura.
Simplicitas impuritate,
Similitudo in qualitate, &
Finis in eternitate.

Ex ijs modo pono hanc propositionem. Boni diliguntur.

Affectu
Effectu,
Identice
Similitudine &
Fine.

} Affectu, quia cupimus illis bonum
Effectu, quia impendimus bonum,
Identice, quia à natura eadem intendimus bonum
Similitudine, & quia virtute est amatus per bonum, &
Fine, qa ad summũ diligimus bonũ, quod est beatitudo.

} Mali uero, ut peccatores, ꝟsurarij, & huius speciei

Diliguntur affectu
Effectu
Identice &
Ad idem non tamen simili tudine.

} Affectu, quia charitas facit omnia communia,
Effectu, quia omnia donat,
Identice, quia eiusdem naturæ,
Ad idem, quia vult omnes esse beatos. Tamen.
Non similitudine quia cum habeant peccatum non possumus illud diligere cũ oppugnet charitatem, & amorem. Inimici vero di-

} ligũt simpliciter idest Diligẽdi sunt inimici. Non tamen coarctat nos diligere affectione sic feruẽti vti diligim̃ nos ipsos: vel proximũ, qui bonus est.

Et ratio assignari potest. Nam sicuti ignis maiorem suscipit intensionem, & extentionem ad appositionẽ multorum lignorum, & decrementum recipit dum ligna detrahuntur. Sic amor noster incrementum maius sucipit de bono obiecto, q̃ de malo. Nam in proximo bono est natura virtus, vita, & opus. In malo, & in inimico est tantummodo natura bona, ergo amor boni intensior, & maior erit quàm mali.

Eccle. 14. Præt. vt omnes tollantur difficultates. Cum quæritur, An in dilectione posit dari gradus intensior, vel remissior, respectu proximi, & suipsius dicente domino. Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde, & ꝛc. & proximum sicut teipsum. Resp. quòd amor proprius est semper præponendus. D. Salamon. Qui sibi nequam est cui alijs bonus erit?

Idem habetur in scriptura. Miserere animæ tuæ. Idem inquit Ambrosius, & cum eo Aug. Hinc est ꝙ statim post dilectionem Dei proponit propriam dilectionem.

Apparet in natura. Nam sicuti natura apperit conseruari magis in seipsa quàm in suo simili; sic charitas, & amor proprius magis cupit augeri, & perfici in se quàm in alio, ergo magis seipsum diligit homo, quàm proximus. Hinc illum fatuum vocamus qui magis alienam quam suam procurat salutem, Honorem, ac commoda. Hęc sint pro præsenti. Videamus modo difficultates apparentes.

DI

DIFFICVLTATES

Contra conclusiones quòd Magis sunt diligendi Filij quàm patres: Magis extranei quàm domestici: Magis proximus quàm ipsemet homo, et magis inimicus. Probo quo ad domesticos.

Arg. 1. Magis bonum magis diligitur, ergo extraneus est magis diligendus q̃ domesticus. patet, q̃a est magis bonus. Omnes domestici inimici.

Confirmatur. Nam aut sunt magis boni: Aut æqualiter. Sed primum probatum est, ꝙ sunt diligendi magis, secundum aũt sic probo. Si sunt boni æqualiter, ergo non potest habere nec magis nec minus. At probo quòd æqualiter boni sunt. D. Paulus Colo. 3. Renouamini secundum nouum hominem: ubi non est masculus, neq; fęmina: gentilis, nec Iudæus: sed omnia in omnibus Christus. Confirmatur ęqualitas est imago Dei in omnibus, ergo non magis amatur Vnus quàm alter. *Matth. 22.*

Arg. 2. ꝙ non magis homo debeat diligere seipsum q̃ proximum. Patet. Diliges proximum tuum sicut teipsum, ergo. Idem asserit Aug. 1. de Doct. Christiana Omnes homines sunt æque diligendi. Ratio est in promptu. Quoniam obiectum principale charitatis est Deus, qui est æqualis omnibus, ergo & amor.

Præt. Deus diligitur, ꝟt principium boni: Homo diligit se vt particeps boni: & proximus, vt socius boni, & frater, ergo æqualiter. *1. Corint. 13*

Arg. 3. Quod magis inimici sunt diligendi quam ipse homo. Charitas non quærit quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi, ergo est ad alterum, ergo magis alios.

Idem scribit S. Greg. in quadam homilia. Nemo ad seipsum habebit charitatem.

Idem apparet in Paulo. Rom. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. *Roma. 9.*

Idem apparet in Christo domino qui sibi non pepercit vt nobis parceret. Non ne pro inimicis peccatoribus animam posuit? Non ne in cruce fuit affixus? ergo magis inimicos, quàm seipsum.

Arg. 4. Quod magis sint diligendi filij q̃ pater, & vxor. Illud magis diligitur cui magis benefit ergo filij magis diliguntur ab homine quàm pater, & uxor. Probo quia pater & mater thesaurizant filijs: filij autem nequaquàm parentibus dicente Paulo. Non debent filij thesaurizare parentibus: sed parentes filijs. *2. Corin. 12.*

Idem asserit Phi. 8. Ethi. Parentes plus diligunt filios. Idem explicat ordo naturalis. Nam rami non mittunt humorem ad radicem, sed radix mittit ad ramos. Radix Parentes, rami filij, ergo.

Arg. 5. ꝙ magis vxor sit diligenda quàm parentes. Probatur. Qui relinquit pecuniam propter gemmas, gemmæ illi sunt magis dilectæ quàm pecunia. Sed filius relinquit parentes propter vxorem, ergo magis diligit vxorem. Probatur minor Gen. 2. Relinquet homo patrem & matrem, & ad hærebit ꝟxori suæ. *Gen. 2.*

Idem asserit Phi. 8. Ethi. Quoniã inquit. In uxore sunt plures rationes dilectionis. Prima vnionis spiritualis: secunda delectationis: 3. æqualitatis. Quæ omnia arguunt amorem immensum ergo conclusio. falsa.

RESPONSIONES

ad argumenta.

Ad primum Magis bonũ est magis diligendum: magis diligo Petrum sanctũ quàm fratrem impium. Resp. ꝙ charitas habet duplicem relationem in homine.

Altera absoluta
Altera conditionata.

} Charitas absoluta respicit bonum & magis, & maximum bonum.
Charitas vero conditionata, ideſt inuoluntate quæ unitur domestico ꝓp carnem magis diligit coniunctũ quàm domesticũ. Arg. currit primo modo nostra conclusio tenet secundo.

Ad oẽs Auctoritates dicim̃, ꝙ loquunt̃ primo mõ nos aũt tenemus secundo modo Ratio assignatur à S. Thoma. Nam in propinquis est maior ratio diligendi: quoniam maior vnio, quàm in extraneis. *2. 2. q. 26. art. 8.*

Ad 2. quando dicitur quòd omnes sunt æquales. Resp. quòd charitas sumitur dupliciter.

Vel respectu obiecti amati.
Vel respectu subiecti amantis.

} Si cõsideret respectu obiecti amati qđ est Deus opt. Maxim̃ certũ est ꝙ sumus æquales. Qm̃ Deus æqualiter respicit. Sic oẽs sunt ęqualiter ꝓpinqui Deo. Si ꝟvero consideretur respecti subiecti amantis non sumus equales. Nam non æqualiter distat proximus ab ipso homine sicuti homo a seipso. Nam sicuti homo est sibi ipsi vicinus sic magis domesticus, & minus proximus, ergo homo magis seipsum: deinde domesticum deinde proximũ amat, ac diligit.

Ad. 3. quando dicitur quòd magis diligimus inimicos q̃ nos ipsos, Respondetur, ꝙ dilectio est dup.

Vel respectu corporis
Vel respectu animæ.

} Nos diligimus magis salutem animarũ ꝓximarũ, Dei quę corporum honorẽ q̃ ꝓpriorũ. Sic dr̃ ꝙ charitas nõ quærit quæ sua sunt. Resp. quo ad temporalia, vel corporalia. Non tamen negu ꝙ nõ quærat animæ salutem, & propriam felicitatem. O Paulus inquit. Obtabam esse anathema pro fratribus. Vnde omnẽ contempnit salutẽ. Resp. ꝙ ꝓpositio illa non respicit damnationẽ proprie, sed innuit feruentissimam charitatẽ. Hinc q̃n dr̃ optabam anathema esse à Xpo volebat dicere si fieri posset, ut pro tempore exul & maledictus à Xpo essem: ex qua anathematizatione Romana Respu. euaderet fidelis, ego patienter sustinerem illam. Sic dicendum de Christo qui posuit uitam corporalem pro salute nostra: sic sancti Martyres posuerunt corpora sua vt aliorum salutem quærerent, & gloriam mererentur, eternam.

Ad 4. filij magis diligunturq̃ parentes. Resp. ꝙ dilectio est duplex.

Altera naturalis
Altera gratuita.

} Dilectio naturalis magis filios respicit. Ratio est in promptu. Natura apperit saluari, ergo cum magis saluatur in filio quàm in patre, ac matre

videtur ꝙ magis naturaliter diligatur filius q̃ pater ac mater. Dilectio vero gratuita magis parentes obseruat. Ratio est Clarissima. In dilectione gratuita consideratur beneficiorũ copia, ac dignitatis reuerentia, & honor: quoniam à parentibus maiora, sumimus beneficia q̃ à filijs: Homo magis parentes q̃ filios diligit.

Ad illud de dilect. vxoris quòd magis diligatur. Resp. quòd dilectio duo habet obiecta pronunc.

Alterum est principij / Alterum est vnionis. } Si dilectio respicit principium amantis, sic magis patrem diligimus, quoniam est principium amantis, quod est bonum magnum, & eminentissimum. Si vero dilectio respicit vnionem: sic certe magis vxorem diligimus.

Nam inter virum & vxorem arctius vinculum reperitur quàm inter patrem, & filium. Quoniã licet sint duo in suppositò sunt tamen in carne una. i. ad unam carnem progignendam. Idcirco tenentur cohabitare cum vxore, diligere, & in necessitatibus prouidere ac succerrere, ne absentia tollat honestatem. Hinc propter has causas filius quo ad corporalem presentiam patrem relinquit, non tamen quo ad amorem, reuerentiam, & auxilium. Hæc pro præsenti. In seq. assumam Distin. trigesimã Magistri. & relinquo arti. 3. Ioã. Bachonis, in quo concludit quòd ex frequentatis actibus charitatis non generatur nouus habitus.

LECTIO

Octuagesima sexta super Dist. 30. Mag. sent. in qua continuat de charitate.

ET Postquàm egit de motu, & de extensione, & intentione charitatis penes obiecta: modo agit de merito charitatis. Hinc tria facit. Mouet difficultatem de diligendis inimicis: Dubitat, & resoluit quid sit maioris meriti. An inimicos, An amicos diligere?

Matth. 5 Id circo quoniam hæc materia est communis. propter præceptũ dñi dicentis. Diligite inimicos uestros & perse. benefacite, & orate pro calumniantibus vos. hanc statuam conclusionem de mente Nostri Doctoris Michaelis quòd Homo existens ingratia debet diligere inimicos. Addo. Maioris meriti est amare inimicos quàm amicos. Probatur conclusio quo ad vtranqui partem.

Lib. de Doct. Christum. c. 9 Dicit Dominus. Diliges proximun sicut teipsum: sed per proximũ intelligitur omnis homo: ergo & inimicus, ergo diligendus est. Ita inquit Mag. sen. in litera. Sic asserit S. Aug. in lib. de Doct. Christiana cap. 9.

Præterea S. Bona. cum Michaele dicunt, quòd nullus potest Euangelicę legis Auctori reluctari secundũ rationem, quoniam est lex clarissima, & appertissima, ergo cum in illa præcipiatur hoc mandatum de dilectione est necessarium illud obseruare. Hinc explicantes dictum illud diligite inimicos & benefacite docẽt dilectio qđ fundatur in duobus. Fundatur.

In affectu & / In effectu. } Inaffectu charitas diligit omne amabile, & desiderat illi omnia bona ad salutem. Ineffectu charitas diligit omne amabile, & illi donat omnia quæ possidet, ut facilior sit illi iter ad salutem. De affectu inquit dilectus Iesus Diligite inimicos: De effectu inquit Dominus, & benefacite ijs qui oderunt uos: & orate pro per se. vos.

Psal. 118. De affectu inquit Dauid. Latum mandatum tuum nimis.

2. Corin. 13 De effectu, ait Paulus 2. Corinth. 13. Charitas Dei, & communicatio sancti spiritus.

Colo. 2. De affectu ait Paulus. Instructi in charitate. De effectu ait Paulus. Finis præcepti charitas.

1. Trino. 1. De affectu scribit Ioannes Apoc. 4. Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est.

2. Pet. 4. De effectu ponit S. Petrus. Charitas operit multitudinem peccatorum.

Pret. probatur ratio. Sicut se habet culpa. Sic se habet odium ad dilectionem hominis: adimaginẽ homi nis. At sicuti culpa est semper odio habenda cum sit turpido Imaginis hominis: sic imago semper est diligenda cũ similitudo Dei. Igitur cũ inimicus teneat culpam in Imagine: culpa odio habeatur, & Imago diligatur.

Præt. Nullus saluari potest nisi Ecclesiæ obediat. Sed Ecclesia tenet præceptum de dilectione inimici, ergo oportet eos diligere. Hinc Ecclesia tribus modis offenditur à malis videlicet. Odio, verbis, & cruciatibus: sic à bonis sanatur videlicet.

Amore / Elemosyna & / Oratione. } Amore cordis, / Elemosyna per manꝰ / Oratione mentis } Amore amicorum & inimicorum. / Elemosyna pauperum, & / Et oratione spiritualium. } Amore ardenti. / Elemosyna abundanti: & oratione continua ac perseueranti, ergo si homo vult Dei gratiam debet inimicos diligere, & amare.

Præt. Nullus saluari potest nisi sit iustificatus. Nullus potest iustificari nisi illi peccata remittantur. Sed Deus peccata non remittit nobis nisi nos remittamus inimicis. Vñ inimicitia Dei nobiscum non auffertur nisi inimici odium aufferamus. At Deus amando tollit peccatum, sic & nos amantes odium aufferemus. di ligite, ergo inimicos, docente legislatore. Dimitte nobis debita nostra sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Idest Inimicis nostris.

Præt. si de quo minus videtur non in esse, & inest, ergo & de quo magis. Sed minus videtur, ꝙ amicus ametur, & tamen amatur, ergo magis inimicus diligi debet Probo minorem.

Meritum. Illud magis est diligendum à quo maius accipimus beneficium, & coronam. Sed ab amore inimicorum maius recipimus beneficium, & coronam, ergo magis diligendi.

Hoc argumentum sumitur à Saluatore concionante, & protestante proteruijs, & obstinatis in odio, vindicta, q; inimicorum. Si diligitis eos qui uos diligunt quam mercedem habebitis? Nullam. Quoniã, Ethnici, & Publicani hoc faciunt. Quoniam ab amico soluitur amicus, cum amor amori reddatur, ergo merces, corona, & felicitas est per amorem inimicorum.

Confirmatur. Illud est maxime meritorium, quod est circa difficillimum. Sed inter maxima difficilia hoc vnum est inimicos diligere, ergo est maxime meritorium. Patet maior. Meritum est à virtute: Virtus est circa difficile, ergo quanto obiectum virtutis est difficilius producit maius meritum. Minorem sic approbo ꝙ sit maxima difficultas.

Nam illud est difficillimum quod repugnat naturæ, iustitiæ, & ordini uiuentium.

At

At diligere inimicum repugnat.

Naturæ / Iustitiæ, & / Ordini huma. } Repugnat naturæ quæ est læsa, / Iustitiæ, quæ vindicat iniurias, & remittit / Ordini, quia pax, & quies perturbatur. } Ergo qui remittit, & diligit naturæ lędentem, auferẽ tem iustitiam, ordinemque perturbantem opus difficile, ac difficilius facit, ergo maximum meretur præmium.

Confirmatur etiam per D. Augusti. in Enchi. vbi dicit quòd diligere inimicum est perfectorum. At perfectis assignatur meritum maximum, ergo dilectio inimici est maioris meriti quàm amicum amare.

Confirmatur à Diuo Tho. 2. secundæ q. 27. art. 7. Propter duo prinpalissima maior est dilectio inimici quàm amici. *2.2.q.27.ar.7*

Primun est causa motiua, / Secundum effectio vehemens. } Primun e causa motiua. Nam causa cur homo amat amicos po / teſt esse virtus propria amicorum, beneficium, & similia quę omnia sunt parui valoris: At causa ꝙ ametur inimicus dicitur esse solus Deus, & Christus: Deus qui creauit: Christus qui redemit: Deus infinitus & Christus Immensus, ergo quanto magis Deus excedit humana, & terrena, tanto magis dilectio inimici, amici excedit amorem.

Secundum est affectio vehemens, & extensior. Nam dilectio amici non multum se extendit cum amicus sit propinquus: Dilectio inimici ad maximam se extendit distantiam, cum inimicus exul sit abhomine. Apparet in igne. Nam illum vocamus ignem fortissimum qui in ligna minus combustibilia operatur, & comburit super illum qui ligna solum propinqua comburat. Ignis comburens ligna arida, & ad combustionẽ facillima est amor inimici: Ignis vero qui virida comburit ligna inimici dilectio nuncupatur, ergo si maiora, & maxime ardua operatur meritum maius coronaq; maxima debetur.

Subscribit se etiam S. Bonauentura Q. 6. Nam illa affectio & dilectio est maioris meriti quæ est.

Purior, / Liberalior, & / Fortior } Purior à fictione / Liberalior à donatione, & / Fortior ab eleuatione. } Purior in corde / Liberalior in volũtate, & / Fortior in manu. } At huiusmodi est dilectio inimici, ergo erit maioris meriti, ac coronæ, quàm dilectio amici. Probatur. Nam dilectio inimici est.

Purior / Liberalior, & / Fortior. } Purior, quia nil carnalitatis habet, admixtum. Quinimo repugnat carnalitati vindicanti. / Liberarior, quia fit sine vlla obligatione, vel necessitate. Et dicitur fortior, quia eleuat hominem supra seipsum, ergo erit maioris meriti supra amici dilectionem quæ multoties est carnalis: sæpe auara: & sæpissime tepida.

Ideo pro ampliori declaratione scire est necesse quòd dilectio dicitur esse. *Gradus.*

Ardens, / Ardentior / Ardentissima / Dulcior, & / Diuinior. } Ardens in proximo, / Ardentior in amico, / Ardentissima in patre / Dulcior in vxore, & / Diuinior in inimico. } Dilectio ardens benefacit proximo, de suis bonis. / Ardentior donat se & omnia bona, / Ardentissima vnit acquirit q; filijs bona, / Dulcior participat bona, & voluntatem, sed diuinior maiora facit: maiora operatur. Nam dat bona pro malis: Honorem pro infamia: medicamentum pro vulnere: amorem pro odio: pacem pro bello: & uitam pro morte, ergo cum excellat omnes dilectiones in gradu, & opere: excellet in merito, & per consequens in præmio. Et sic mihi videtur, quòd dilectio inimici sit maioris meriti, vt tenet conclusio, Modo videre est necesse, argumenta opposita ac soluere.

ARGVMENTA

Contra conclusionem quòd non sit maioris meriti dilectio inimici quàm amici. Et quòd non debemus inimicos diligere. Probatur.

Argu. primum. Illud dicitur esse maioris meriti quod est similius Deo vnde omne est meritum: Sed id quod amat amicum est Deo similius, ergo erit maioris meriti. Maior est apertissima minor probatur per Solomonem Prouer. 8. Ego diligentes me diligo: & iniquos odio habui. *Prou. 8.*

Argu. secundum. Illud dicitur esse maioris meriti quod est magis rectum, ardens, & feruens. At dilectio amicorum est rectior: ardentior, & feruentior dilectio inimicorum, ergo & meriti maioris. Minorem probo. Nam Mag. de mente Doctorum inquit quòd dilectio amicorum est feruentior, at ardentior magisque recta. Nam rectum est id quod non exit extrema: Inimicus exit extrema amicus stat inter extrema.

Arg. 3. Illud est maioris meriti cuius oppositum est maioris demeriti, ergo amicorum dilectio est maioris meriti quàm dilectio inimicorũ, probo consequens. Quis maius committit crimen quando amicus, & inimicus sunt in æquali necessitate, & homo inimico, & non amico succurrit. Ratio. Quoniam maiorem committit ingratitudinem, ergo dilectio amici est meriti maioris.

Arg. 4. Illud est maioris meriti quod maioris boni est, ergo dilectio amicorum est maioris meriti, cum sit maioris boni. Probo. In inimico reperitur solum natura bona Reliqua omnia sunt mala, scilicet conceptus, verba, opera, & vita. In amico omnia bona & præclarissima, scilicet. Anima, conceptus, verba, opera & vita ergo, & amor erit meriti maioris.

Arg. 5. Illud obiectum parit minus meritum in quo resident Dyabolus inimicus cuiuscunq; boni à quo emanat meritum. At inimico resident dyabolus, & in amico sedet Christus omnium bonorum, & meritorum radix & origo, ergo diligere amicum erit maioris meriti.

Arg. 6. Omne meritum est a gratia quæ est causa formalis cuiuscunq; operis. At in hoste nulla est gratia, ergo nullum meritum. Probo minorem. Meritum enim est tripli.

Primum

Primum ſuper naturale. } Meritum ſuper naturale eſt à gratia Dei, } At inimic° ca
Secundum morale,& } Morale à ⁊viritutibus Cardinalibus,& Poly.& } ret gratia
Tertium naturale. } Meritum naturale à benignitate naturæ. } ſupernali,
morali,& naturali,ergo caret omni meriro,ergo nullius meriti Probo.

Caret gratia ſuper,naturali propter peccatum: Caret morali propter vitium repugnans virtuti: & caret naturali, quoniam caret benignitate, miſericordia, & amore. Quoniam vbi odium ibi nulla amoris ratio, nec miſericordiæ benignitatiſq; veſtigium,ergo.

RESPONSIONES
argumentorum.

Ad primum.In amico eſt maior ſimilitudo. Reſp. quòd meritum dicitur eſſe maius altero trip.

Maius meritū vnde eſt maior Dei auctori, ſed circa inimicos eſt, maior.

Vel quo ad proportionem. } Quo ad proportionem dico ꝙ eſt maior ſimilitudo,& perconſequēs
Vel quo ad celſitudinem } maius meritū inter amicum quàm inter inimicum. Quoniam eſt
Vel quo ad nimi. etatem. } amor cum dulcedine, & dulcedo cum ſuauitate.

Quo ⁊vero ad celſitudinem dico, ꝙ non eſt in amici dilectione, ſed ſolum inter inimicum: & iſta dilectio max. eſt meriti. Eſt excelſa quoniam eſt ſupra mundum. Eſt nimia,Quoniam eſt ſimilis dilectioni Chriſti de qua ſcriptum propter nimiam charitatem qua nos dilexit.De qua Roma. 5. Commendat autē. Deus charitatē ſuam in nobis, quia cū adhuc peccatores eſſemus ſecundū tempus Chriſtus pro nobis mortu° eſt.

Eph. 2. Rom. 5.

Ad ſecundum eodem pacto reſpondemus quòd licet amicorum ſit feruentior, non eſt tamen difficilior, ſublimior, e nimia uti illa dilectio inimicorum.

Ad 3. dico ꝙ maius bonum eſt dillgere inimicum quàm amicum.Et quādo dicitur ꝙ dimittimus ſuc cur ſum inimici propter amicum,ergo maius bonum. Reſp. quòd maius bonum dimitti propter minus dupli citer conſideratur.

Vel quando non ſunt paria indebito, } Si conſiderentur quatenus non ſunt paria indebito. Ideſt ſi
Vel quando ſunt paria indebito. } conſiderentur pro ut non ſunt æqualiter debita, tunc minus bonum dimittitur propter maius bonum. Si vero conſiderentur in equalitate debita: ſic ſequitur cōtrariū dimittitur maius bonum propter minus bonum. Exemplum. Aſſumo virum, & Vxorē in quibus ſunt duo bona videlicet.

Micha. Carmelita.

Vacatio contemplationi,& } Iſta ſunt duo bona,& vnū eſt maius altero, Nā vacare cōtēplationi ē maius
Commixtio carnalis, } bonū q̄ cōmixtio carnalis. Tñ ſi vxor peteret debitū in tpe cōtēplationis Vir debet dimittere contēplationem pp commixtionem carnalem,ut adulterium effugiat. Ratio eſt in prō ptu. Quoniam minus bonum eſt magis debitum quàm minus bonum.

Ideū in obedientia Pontificis & in celebratione.Pontifex.præcipit ſacerdoti qui volebat celebrare quòd dimittat miſſam,& Veronam adeat. Certe dimittit maius bonum quòd eſt miſſa,& perficit minus bonum. Quia non ſunt paria. Nā non ita tenetur ad celebrationem ſicuti ad obedientiam, ergo licet ſuccurat amico magis quàm inimico,& dimittat magis bonum propter minus bonum: Hoc eſt quia magis tenetur amico quàm inimico.

Ad Quartum in amico eſt maior bonitas, ſed non maior difficultas, ergo.Idem ad ſecundum.

Ad Sextum. In hoſte nulla eſt gratia,ergo nec meritum. Reſpondetur quòd meritum diligentis non pendet ex obiecto,ſed pendet à dilectione magis laborioſa,& magis nimia. Talis eſt inimici,ergo. Sufficiant hac pro præſenti. In ſequenti faciam quæſtionem motam à Doctore Noſtro. An quis poſsit ſcire certitudinaliter habere charitatem proximi,

LECTIO

Octuageſima ſeptima ſuper Quæſtione Ioannis Anglici in qua diſputat illā pulcherimam difficultatem. An quis poſsit certitudinaliter ſcire eſſe in charitate dum habet charitatem? Vbi cum ſit apertiſsima connexio cum Mag. ſententiarum faciam tria. Ponam concluſionē Probationē: et difficultates ſoluam.

QVO ad concluſionem dico ꝙ aliquis habens charitatem: poteſt ſcire certitudinaliter illam ſe habere. Quæ concluſio dupliciter probatur videlicet modo vniuerſaliſsimo, & modo ſingulari.

Prima ratio fundatur in oppoſitis. Regula eſt vniuerſalis ꝙ oppoſitorū eadē eſt ſcientia & diſciplina,ergo qui ſcit vere odium & amorem cognoſcit.

Qui ſcit album, & nigrum. ex hoc fundamento ſic arguo. Homo exiſtens in peccato mortali vt in adulterio Homicidio, & vſura poteſt ſcire certitudinaliter ſe eſſe in illo peccato, ergo cum charitas ſit oppoſita peccato poteſt ſcire certitudinaliter eſſe in charitate.

2. Ratio. Sicut ſe habet habitus naturalis ad operationem naturalem: ſic ſe habet habitus ſupernaturalis ad motum, operationēq; ſuper naturalem. Sed impoſsibile eſt quòd lateant nos habitus naturales, ergo impoſsibile erit quòd lateant habitus ſup naturales videlicet fides, gratia,& charitas, ergo poſſum ſcire me eſſe in gratia certitudinaliter. Maior patet per experimentum. Nam ſicuti habitus citarizandi,medendi,& docendi cognoſcitur per actum citarizationis,medicationis, & doctrinæ:ſic habitus gratiæ,fidei, & charitatis dignoſcitur per actum credendi,operandi,& amandi. Minor eſt Phi. 2. Poſt.tex.27.& Cap.13. in fine,ergo

ne,ergo ſcire poſſum certitudinaliter me charitatem habere.

Tertia ratio. Omnis cauſa, principium,& habitus cognoſcitur per effectū,productū, & per actum. Sed in habente charitatem apparet effectus,productio,& actus certiſſime charitatis,ergo per actum, & per poſterius certiſsimum poſſum cognoſcere habitum, & prius certiſsimun. Minor probatur tripli. per tres ſuppoſitiones.

Prima ſuppoſito eſt iſta. Omnis habens habitum poteſt exire facile,prompte,& quando occurit in actū, & operationem,ut patet de peritiſsimo medico,qui quando ocurrit poteſt facile mederi.

Secunda ſuppoſitio, eſt. A determinato habitu,oritur determinatus actus. Vt à iuſtitia iuſtus actus:à prudentia rectus: à fide credulitas,& ſic in ſingulis.

Tertia ſuppoſitio facultates animæ principales,ut intellectus, & voluntas poſſunt ſe reflectere ſuper ſuos actus mutuatim. Nam voluntas poteſt velle actum intellectus,& intellectus poteſt intelligere actum uoluntatis, ergo altera ſuper alteram reflectit. Tunc ex ijs ſic arguo. Ex prima ſuppoſitione. Voluntas habens habitum charitatis,ergo poteſt cum vult in ſuum exire actum,ergo poteſt amare Deum,& inimicum.

Ex ſecunda ſuppoſitione. Voluntas cum in actum exit,determinate exit:Determinate ex habitu ſpei progreditur ad actum fiduciæ in Deum.

Ex 3. ſuppoſitione. Cum intellectus cognoſcit actum uoluntatis determinate cognoſcit etiam habitū voluntatis determinate,quoniam neceſſariam habent connexionem adinuicem actus, & habitus,ergo ſi determinate agnoſcitur actus, certitudinaliter agnoſcetur habitus: ſed habitus: actus dilectionis eſt charitas, ergo certitudinaliter poteſt ille qui habet charitatem cognoſcere ſe habere charitatem.

4. Ratio fundabitur ſuper hanc baſim,& fundamentum,ꝙ loquimur cum fidelibus,& credentibus:modo arguo ſic: Statuta hac poſitione dico, ꝙ ex duabus propoſitionibus, in his quæ ſunt fidei, altera de poſſibili,& altera de facto,ſequitur ſcientia de facto. Exemplum. Scio per fidem, ꝙ quantitati in hoſtia non repugnat fieri ſine ſubiecto per verba ſacramentalia Hoc eſt enim corpus meum: Et iterum ſcio me ſacerdotem cum intentione Eccleſię verba illa ſacramentalia protuliſſe ſuper debita materia,ergo ſequitur concluſio neceſſaria, ꝙ ego fidelis ſciam per cognitionem quæ ſequitur fidem ꝙ in hac hoſtia ſit vere, & realiter corpus Chriſti.

Vlterius Scio perfidem,& per confeſsionem peccatorum ꝙ non repugnat mihi acquirere charitatem: Et iterum ſcio me feciſſe confeſsionem idoneam ad charitatem acquirendam. Quoniam inconfeſsione nullam excircunſtantijs amiſi quæ ſunt confeſsioni neceſſariæ. Nam hoc fieri poteſt cum circunſtantiæ illæ ſint finitæ,& in ſcriptura ordinatiſsimæ,ergo de facto poſsū ſcire certitudinaliter me eſſe in gratiſsima charitate.

5. Ratio. Si de quo magis videtur non ineſſe &ineſt,ergo & de quo minus. At cum quis poteſt ſcire certitudinaliter id quod magis eſt,ergo & quod minus eſt. Tunc arguo ſic. Maius eſt & difficilius diligere inimicum quàm amicum: ſed homo poteſt certitudinaliter ſe ſcire amare inimicum propter domini præceptum,quoniam nullus affectione naturali eſt inclinatus ad hoſtis dilectionem, ergo certitudinaliter poteſt ſeſcire habere actum charitatis: ergo & habitum, cum diligere inimicum ſit actus charitatis dependens ex habitu charitatis, ergo vera eſt concluſio.

Confirmatur per D. Aug. 2. de Trin. c. 2. Habens fidem videt fidem ſuam, & loquitur de fide infuſa: ſed videre eo loci eſt ſcire,ergo poteſt certitudinaliter ſcire.

Coroboratur exemplo experientiæ in ſeipſo cum aſſentit articulo ineuidenti. Nam dicitur inter articulos fidei, ꝙ Deus eſt Trinus,& vnus. Iſte experimentaliter ſcit quod non aſſentit huic articulo per ſenſilia.

Nec per doctrinam } Non per ſenſilia quia ſunt improportionata, } Sed aſſentire articu-
Chriſtianorum, } Non per doctrinam,quia caruit magiſtris, } lo ineuidenti ſolū
} Non per alia humana,vel naturalia, quoniam } propter Dei auctoritatem pendet ex
Nec per ſimilia. } fuit impeditus,ergo ſolū aſsētit q̄a Deum credit. }

fide infuſa à Deo, ergo aliquis certitudinaliter ſcire habitum fidei,ergo ſi de fide ex peritur etiam de charitate valebit,cum valebit, cum ambæ ſint in nos infuſæ à ſummo Deo.

6. Ratio. Poſsibile eſt ꝙ aliquis adultus ex turcis baptizetur non ficte,ſed vere, & candide, ergo ſtatim habebit fidem, & charitatem infallibiliter, ergo poteſt ſcire ſe habere illam caritatem certitudinaliter. Probo. Quia ſtatim accepto baptiſmate poteſt conſiderare ſtatum ſuum, quod ſit vnitus,& incorporatus Chriſto: & vbi Chriſtus ibi charitas,& gratia,ergo poteſt certitudinaliter ſcire charitatem habere quàm tenet.

Omnia iſta confirmari,corroborari, ac illuſtrari poſſunt per dictum Petri Apoſtoli ſecundę cap. 1.

Nam dicit Hierarcha iſte charitatiſq; ſomarum. Fratres ſatagite,ut per veſtra bona opera certam electionem, & uocationem faciatis. Vnde aſſumit finem: medium,& medij medium,

Finis hominis eſt beatitudo: Beatitudo ex vocatione, vocatio ex electione;electio ex operibus: opera ex charitate. Tunc arguo ſic. Quis poteſt ſcire opera ſua,elemoſinas: orationes: ieiunia, & ſimilia recta intētione, animoq; integro,ac Chriſto conformi operata,ergo ex charitate, ergo ſi opus certiſsimum, & habitus erit certiſsimus, ſed habitus eſt charitas, ergo poſſum ſcire certitudinaliter charitatem quam teno me tenere.

Id circo Phi.i. Ethi.inquit,Sicuti diſciplinati eſt quærere inunaquaq; re certitudinem iuxta materiæ exigentiam: ſic uitioſum eſt mathematicum quærere perſuadentem,& moralem quærere demoſtrātem. Quoniam ſicuti Mathe. primum tenet gradum certitudinis, qui eſt ſenſus: ſic Moralis tenet primum gradum experientiæ,qui eſt effectus,& actus. Igitur quis ibit inficias ſi experitur & inſpicit actus, operaq; charitatis in ſeipſo, ꝙ in illo non ſit charitas habitualis certitudinaliter,vel in fuſa? Nullus equidem ſanæ mentis hoc dicere poterit,ergo ſtat concluſio ſuo in robore.

Ideo Concilium Trident. ſeſſione. 6. Cap. 9. loquens de gratiæ certitudine ponit concluſiones quatuor. *Syno. Trd. 5.6.e.9.*

Prima eſt, ꝙ peccata remitti non poſſunt ſine Dei gratia, ac Chriſti miſericordia, & pietate. Secundo, ꝙ nullus fidelis debet formidare de promiſsis Dei,ac de Paſsionis,Reſurrectionis,ſacramentorumq; efficatia, & virtute, cum ſint efficaciſsima. Nam quod ſignificant dant realiter,& ⁊vere.

3. Quod fidei noſtræ non poteſt ſubeſſe falſum. 4. Nemo iactans, ac quieſcens in ſua opinione poteſt certitudinaliter dicere peccata mihi ſunt dimiſſa; Anima mea eſt iuſtificata; & voluntas mea charitate eſt condecorata

condecorata. Ratio est in promptu. Qm̃ potuit iste impedimenta multa commiscere aiæ suæ vnde gratiæ charitati,& sacramentorũ virtuti aditus fuit intercluſus. Vnde semper cum timore iter suum facere debet.

Et propter hoc Doctor noster adherens concilio Santiſ. loquitur conditionate. Dicit. Posito, ꝙ in aliquo sit gratia,ac charitas potest certitudinaliter scire per operationes, & actus. Vnde sicut concilium proteruiam,audatiamq; hæreticorum, qui absolute dicebãt illum esse vere iustificatum,certitudinemq; tenere gratiæ,quoniam penitentiam suscipit,batiſmum recepit. Nam includit errorem. Quoniam potuit esse fictio. Potuit esse inpedimentum: Sic Doctor Noſt. optime declarans suam intentionem supponit certitudinem charitatis præcedere in voluntate actum charitatis: & exactu dependente à charitate certitudinaliter concludere ipsum habere charitatem. Hæc sint pro præsenti. Videamus modo controuersias aduersus conclusionem, ꝙ Nullus certitudinaliter potest scire se habere charitatem.

CONTROVERSIA

destruens conclusionem.

Prima contro. Conclusio hæc sanctæ scripturæ reluctatur. ergo falsa. Probo. Habetur in Ecclesiaste 9. Sunt iusti atq; sapientes: & opera eorum in manu Dei; & tamen nescit homo vtrum amore, vel odio dignus sit, ergo cum ibi sit iustificatio:cum sint sapientia, & opera bona simul & non stat certitudo gratiæ, nec charitatis.Conclusio erit falsa.

2. Qui habet charitatem certitudinaliter habet gratiam: sed qui habet gratiam certitudinaliter scit certitudinaliter finem suum, ꝙ est Beatitudo. At homo nescit finem suum, ergo non habet charitatem certitudinaliter. Probatur.Quia dicit Salomon. Homo nescit finem suum,ergo.

2.Timo. 3. 1.Corint. 4. Cont. est propter dicta Pauli. Scio cui credidi, & certus sum inquit Paulus ad Timotheum Episcopum. Tamen scribens ad Corinthi. Ecclesiam inquit. Nihil.n.mihi conscius sum,sed non in hoc iustificatus sum. Vnde scit se nullum habere peccatum, ergo habet gratiam:& tamen non potest habere certitudinaliter,ergo conclusio nulla.

4. Cont. Dicit Salamon eo loci.Omnia in futurum seruantur incerta,ergo si omnia sunt incerta, ergo, & istud de gratiæ,& charitatis certitudine. Qui totum dicit nihil excludit, ergo conclusio falsa.

5 Cont.famosiſs.est doctrina oim Theologantium, & præcipue Gersonis doctoris 3. P.lib.4.de consolatione. Theo.prosa secunda,ꝙ certitudo est quadruplex.

Prima est euidentiæ clariſsimę, } Prima certitudo est assensus intuitiuus Beatorum, } Prima certitudo nõ põt habere timo ẽ qacçlestis,
Secunda euidentiæ claræ } Secunda est assensus Prophetarũ ex reuelatione, }
Tertia euidentiæ certæ. } Tertia est assensus animarũ purgandarũ in igne, }
Quarta euidentiæ timentis. } Quarta est assensus viatorum in Ecclesia. }

Secunda est contra timorem:tertia excludit timorem:& quarta est cum timore,ergo si nos sumus in hac quarta certitudine sumus cum timore: si cum timore, quomodo sciam me habere gratiæ ac charitatis certitudinaliter? ergo conclusio falsa.

6. Cont. Homo non potest certitudinaliter suum scire peccatum:ergo nec gratiam vel charitatem.

Antece.est clariſsimũ. Nã quod est nihil concipi non potest quia priuatio & nihil caret spetie intelligibili,ergo cum peccatum sit pura priuatio,& nihil,concipi non potest,ergo nec sciri. Consequens etiam patet. Quoniam oppositorum eadem est disciplina. si vnum non scitur nec alterum, ergo cum gratia, & charitas opponantur.si vnum non scitur,nec aliud,ergo non potest sciri certitudinaliter.

DILVTIONES

Argumentorum quòd Charitas dum est in homine vere sciri potest ab homine certitudinaliter.

Ad primam cont. quando dr̃ ꝙ Nescit utrum odio vel amore dignus sit Respondetur à Doctore in primo Arti. ꝙ nescientia est duplex.

Altera dicitur esse nesciẽtia vniuersalis } Quo ad nesciẽtiã vniuersalem certum est ꝙ nullus potest scire an dignus sit amore vel odio tum propter beneficia,cũ etiam propter pœnas flagella,& mortem. Nam quo ad beneficia vniuersalia,quo ad prouidentiam videtur ꝙ omnibus prouidet æqualiter non solum bonis,sed etiam malis. Nam sic facit oriri solem, & pluit super malos vt super bonos: Vnde nulla est differentia inter istos: sic quo ad pœnas. Nam æque malo, & bono, impio, & pio, offerenti victimas, & Deum contemnenti eueniunt fames, bella, infirmitates,& mors: & sic apparet,ꝙ non potest sciri quis magis amerur,vel odio habeatur. Quis tempore Diluuij potuisset iudicare, ꝙ Deus pueros simplices amasset,& saluasset,cum illos cum malis occidisset? Nullus.
Altera dicitur esse nesciẽtia singularis. }

Quo vero ad nescientiam singularem fallitur. Nam homo qui habet certe charitatem potest scire se esse in charitate certitudinalier. Arg. currit primo modo non secundo modo.

Ad secundum de finali beatitudine quam nemo scit. Respondetur à Doctore, quòd nescire est dup.

Alterum futuri } Nescire futuri finis, & euentus nemo scit certitudinaliter. Quoniam nemo.
Alterum præsentis. } scit certitudinaliter an perseuerauerit vsq; in finem vitæ suæ in bono. Apparet in experientia,quòd pessimi conuersi sunt in fine vitæ suæ, & multi boni in fine vitę auersi sunt à Deo, damnatiq; sunt.

Alterum

Alterum nescire est præsentis status,& tunc dicit ꝙ potest scire certitudinaliter dum est in gratia per actꝰ & motus dilectionis se certitudinaliter habere charitatem.Argumentum currit primo modo non autem valet secundo modo. Eodem pacto respondetur tertię controuersiæ, & omnibus auctoritatibus sanctorum. Sic ad illud Pauli Nihil mihi conscius sum. Eodem modo ad quartum, & ad quintum de inuidentia, quãdo dicitur ꝙ ineuidentia cum timore dicitur esse in hoc seculo,ergo non potest esse certus de charitate. Ratio,quia inquit Aquila volans Apoc.4. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Respondetur ꝙ charitas sumitur bifariam. *Apoc.4.*

Vel vt respicit habitum diligentis, } Si charitas sumatur primo modo prout respicit habitum diligentis, sic nullo modo habet timorem ꝙ non sit in Dei gratia, & dum est charitas in illo scit sine timore esse certitudinaliter. Si vero charitas sumatur pro fine vltimo ideſt quatenus respicit salutem & finalem beatitudinem sic dicitur esse cum timore, Quoniam dicebat Apostolus. Si quis se existimat stare videat ne cadat. Idem Dauid. Seruite domino in timore, & exul. ei cum tremore. Idem innuit Salomon eo loci. Sicut pisces capiuntur hamo,& sicut aues comprehenduntur laqueo: sic capiuntur homines tempore,malo. Nam possunt homines à bono in malum cadere vt aues in laqueum, & pisces in hamum. Arg. valet secundo modo non autem primo modo. *Eccle. 9*
Vel vt respicit finem vltimũ diligentis. }

Ad sextum quando dicitur quòd peccatum est nihil & priuatio, ergo non intelligitur, ergo nec charitas. Respondetur ꝙ priuatio est duplex.

Altera simpliciter } Priuatio simpliciter quæ tollit actum, habitum,& subiectum, certe non intelligitur quia nil derelinquit,& hoc modo argumentum currit.
Altera secundum quid. }

Priuatio vero quæ tollit ordinem,actum, & habitum virtutis derelinquens subiectum in sui existentia, qua dicitur esse secundum quid potest intelligi, & concipi. Hoc modo dicitur esse peccatum. Nam licet priuet hominem actu habitu, & ordine charitatis, remanet tamen subiectum charitatis,quod est uoluntas inordinata,ac à Deo auersa. Hęc quo ad præsentem lectionem. In sequenti tangemus Distin. 31. Magistri Sent.

LECTIO

Octauagesima, octaua super Distin. Trigesimaprima in qua Magister sent. facit tria potissima.

Primum de permanentia charitatis. secundum de charitate quo ad statum Beatorum. 3. de charitate quo ad Christi animam. An idem ordo fuerit in anima Christi sicut in alijs reperitur? Idcirco tria faciam. Ponam conclusionem secundum probationem tertium argumentorum dissolutionem. Quo ad conclusionem dico quòd CHARITAS semel habita perdi potest: probatur.

Prima ratio est ab auctoritate.Inquit Ioannes. Apoc.2. Habeo aduersum te pauca,quia primam charitatem reliquisti,ergo charitas perdi potest. *1.Corint.10. Ioan.6.*

Idem Paulus. Qui stat videat ne cadat. Ideſt. Qui est in charitate, videat ne in deum cadat. Idem Ioan. 6. Multi de apostolis dubitauerunt in fide: ergo & in charitate. Ideo multi abie. retro, & iam non cum illo ambulabant, dicentes,dum loquebaꝰ. de pane viuo,& de carne quam pro cibo præparauerat. Durus est hic sermo,& quis potest eum audire.

Idem apparet apud Matth. c.vltimo vbi de Resurretione Magistri.Quidam videntes eum adorauerunt. Quidam autem dubitauerunt.Et inter alios vnus fuit Thomas.

Idem apparet in multis exemplis vtriusq; legis vt de Iuda: Salamone: Dauid: Saul & aliis. Primo fuerunt in charitate per diuinam gratiam. Ideo Iudas vocatus fuit ad apostolatum: Solomon ad Regnum: Dauid ad Coronam: & Saul ad Imperium: sed per tyranniam Saul cecidit in peccatum, Dauid in adulteriũ, Salomon in Idolatriam,& Iudas in proditionem. Vnde charitatem perdiderunt.

Idem asserit Ambrosius: super Epistolam ad Romanos. Quibusdam gratia data est inusum, vt Sauli:Iuda,& discipulis, quibus dictum est. Ecce nomina vestra scripta sunt in cęlis: & post abierunt,ergo charitas amitti potest.

Hinc Magister in litera inquit. In Deo omnes scribuntur,sed dup.

Quidam secundum præscientiam eternã. } Scripti secundum præ scientiam, & prędestinationem sunt omnes saluandi. Qui licet aliquando ceciderint à charitate per peccatum, tamen postea per penitentiam, & conuersionem erexerunt se in charitatẽ. De numero hoc fuit Saul: latro dexter: Magdalena: Mattheus: Zaccheus: Dauid & similes.
Quidam secundum iustitiam præsentem. }

Scripti vero secundum iustitiam præsentem dicuntur illi qui modo boni,modo mali, & in fine pessimi. Vti latro sinister: Iudas: Pharao: Lucifer. Nam in principio fuerũt buoni per creationem: fuerunt buoni per tempus: & pro tempore, per tempora, & in fine temporis fuerunt mali peiores, & pessimi, ergo certa est conclusio ꝙ charitas excidit: vel à charitate recedunt. *1. Reg.16.*

Præt.confirmatur exemplo puerorum baptizatorum. In baptismo suscipiunt gratiam: Fidem, & alias virtutes infusas: Tamen cum in adultã peruenerit etatẽ,omnes virtutes,ac dona peccando admittunt, ergo.

Præterea. Multi recedunt à Christi fide,ergo & à charitate. patet quoniam fides est radix,fundamentũ, & basis omnium virtutum, & ablato fundamento tollitur omne super ædificatum. Quòd autem recedãt tot hæretici ostendunt,& ab negantes demonstrant,ergo.

Præt. Quod repugnat lib. arbitrio non est admittendum. Sed dicere ꝙ charitas non decidat repugnat lib. arb. ergo non est admittenda probo minorem. Si charitas non potest ad mitti, ergo lib. arb. non põt vertibiliter moueri,ergo nec peccare: ergo non est in via sed in patria. At cum omnia hæc sint in commoda & vana,dicere oportet ꝙ potest peccare, & per consequens charitatem amittere.

Prætera

Præt. Oppoſita ſunt circa idem ſubiectum. Charitas & odium ſunt oppoſita, ergo circa idem ſubiectum, ergo ſi poteſt eſſe odium in voluntate de neceſſitate dum accedit odium recedet charitas: quoniam oppoſita non poſſunt ſimul ſtare, ergo poteſt charitas à ſubiecto recedere.

Idcirco ſacri Theologi, ut S. Bona. explicantes verba illa Dauidica Deleantur de libro viuentium, & cũ iuſtis non ſcribantur, dicunt, q̃ ſunt tres gradus uiuentium in mundo.

Pſal. 68

Primi viuentes carent in libro vitæ fine, & meritis,
2 Secundi carent fine, ſed non meritis,
3 Tertij habent merita, & finem meritorum.

} Primi viuentes, qui carẽt fine, & meritis sũt homines peſſimi, perui, obſtinati, ut Iudęi, & infideles.

Secundi viuentes qui habent merita, & finem, ſunt Homines qui male inceperunt: bene vixerunt, & optime mortui ſunt. Male inceperunt, quando fuerunt in peccato nati: quando erant ſine charitate: Bene vixerunt quando charitatem receperunt: & optime mortui ſunt: quando perſeueranter Deum ac proximũ amauerunt.

Tertij viuentes ſunt illi qui habent merita propter charitatem operaq; in charitate radicata: ſed carent fine. Quoniam propter peccatum perdiderunt charitatem, & per conſequens finem vltimun beatitudinis amiſerunt. Vnde apparet quomodo in via amittatur charitas.

Præt. Omne accidens poteſt ad eſſe & abeſſe à ſubiecto ſine ſubiecti interitu. Sed charitas eſt accidens voluntatis, ergo poteſt ad eſſe, & abeſſe voluntati ſine voluntis interitu. Probo minorem. Charitas eſt qualitas, & habitus voluntatis. Igitur accidens, ergo eſt & non eſt in homine.

Præt. Qualis eſt homo talis eſt denominati hominis quoniam denominatio fit à qualitate, ut ſapiens, iuſtus, fortis, & ſimiles prædicationes fiunt à ſapientia, iuſtitia, & fortitudine quæ ſunt in intellectu humano: Sed homines dicuntur quandoq; boni, & quandoq; mali, quandoq; dilecti, quandoq, non dilecti, ergo quãdoq; ſunt in gratia, & quandoq; recedunt à gratia.

Rom. 9.

Aſt ruimus hanc probationẽ ex dicto Pauli ad Romanos ca. 9. Vocabo non plebem meam plebem meã, non dilectam meam quia perdidit gratiam, dilectam meam, quia acquiſiuit gratiam: non miſericordiam cõſequ. propter peccatum, miſericordiam conſequtam, propter iuſtificationem, ergo certum eſt q̃ poteſt amitti charitas. Hæc quo ad probationem.

CONTROVERSIAE

Reluctantes concluſioni, quòd ſemel habita charitate non excidit.

1. Corin. 13.

Prima contro. Concluſio iſta repugnat dicto Pauli, ergo falſa. Probatur. Dicit Paulus 1. Corinth. 13. Charitas nunq̃ excidet, ergo amitti non poteſt.

Depeni. D. 2. c. Charitas.

Idem inquit Aug. Charitas quæ deſeri poteſt: nunquàm vera fuit. At charitas infuſa eſt vera, quia diuina, ergo non poteſt deſeri, nec amitti.

Cap. 4.

Idem ſuper Epiſtolam Ioannis cap. 4. Nam inquit. Radicata eſt charitas ſecurus eſto: nihil mali procedere poteſt, ergo ſi nullum malum poteſt procedere ſemper erit.

Super Pſ. 103

Idem S. Gregorius in moralibus. Valida eſt vt mors dilectio: quoniam ſicuti mors occidit corpus in mundo ſic dilectio occidit mentem ab affectione mundi, ergo non poteſt amitti.

Cap. 1.

Idem Beda ſuper Ioannem. Quærendum eſt quomodo ſpetiale filij Dei agnoſcendi ſignum fuerit, q̃ ſuper eum deſcenderit & manſerit ſpiritus.

Inmoralib. etiã

Idem Greg ſuper Ezzecchielem. In ſanctorum cordibus ſecundũ quaſdã virtutes ſemper manet ſpiritus.

Secunda controuerſia. Si de quo minus videtur non ineſſe, & ineſt, ergo & de quo magis. Sed minus videtur q̃ amor, & charitas naturalis vniat, & cõnectat amantia in diſſolubiliter, & tamẽ uniuntur, ergo hanc vnionem magis operabitur amor, & charitas diuina, & infuſa. Probo minorem. Nullus odit obiectum naturale quod amat, & diligit, ſed ſemper conſeruat, ergo magis faciet charitas ſuper naturalis cum ſit excellentior efficacior, ac fortior, ergo ſemel habita perdi non poteſt.

1. Corin. 6.

Cont. D. Paulus. Qui adhæret domino vnus ſpiritus eſt. Modo ſic arguo. Quod eſt vnum cum Deo à Deo ſeparari non poteſt. Sed charitas facit uoluntatem vnam cum Deo, ergo ſeiungi non poteſt à Deo Minorem probo. Dicit Ioãnes. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus cum illo.

1. Ioan. 4

4 Cont. Charitas perdi poteſt duabus de cauſis. Altera dicitur eſſe timor. Altera peccatum. Non poteſt perdi ratione timoris, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem dicit Ioannes. Næc poteſt deſeri propter peccatum. Ratio. Id quod decidit eſt minus potens illo pro quod decidit. Sed ſic eſt q̃ charitas eſt fortior, ac potentior culpa ac peccato: Quoniam habitus eſt fortior priuatione. Charitas habitus: peccatum priuatio, ergo non poteſt deſeri.

5 Contr. Nullum eſt firmius fundamentum Chriſto. Sed fundamentum charitatis eſt Chriſtus, ergo cũ à nullo Chriſtus amoueri non poſſit ab habente charitatem: Næc charitas ipſa dimoueri poteſt. Igitur Semel habita perdi non poteſt.

6 Controuerſia. Liberum arb. non poteſt perdere charitatem niſi inclinetur ad peccatum: Sed qui eſt incharitate nullam inclinationem habet ad peccandum. Igitur non poteſt amitti Semel habita charitas. Pro

1. Ioan. 3.

bo vtranq; partem ſimul. Inquit Ioannes 1. cap. 3. Omnis qui natus eſt ex Deo peccatum non facit: quia ſemen ipſius in eo manet. At Dei ſemen eſt charitas. Igitur peccare non poteſt, ergo nec charitas Semel habita amitti poteſt.

RESPONSIO

Argumentorum, quòd charitas Semel habita perdi poteſt.

Ad primum & ad omnes auctoritates dicendum eſt quòd Charitas eſt dup.

Altera

Altera incipiens } Caritas perfecta, & in gradu excellentiſſimo non poteſt amitti ſemel habita,
Altera perfecta } Charitas vero incipiens, & quæ ſemper creſcit poteſt amitti, & amittitur?

1 Charitas eſt Beatorum: } 1 Semel habita perdi non poteſt } Arg. currit de prima charitate,
2 Viatorum. } 2 Poteſt perdi, & acquiri iterum. } & oẽs auct. Cõcluſio de ſecũda.

Ad ſecundum Amor naturalis indiſſolubiliter vnit, ut in magnete. Reſp. Doctores S. Bonauentura, & S. Thomas q̃ charitas tripliciter ſumi poteſt.

Primo modo ut dicit ſpũs ſanctũ. } Primo modo vt dicit ſpiritum ſanctum mouentem animam ad diligendum Deum, & hoc modo nulla in charitate cadit culpa, nec amiſſio. Qm̃ ſpiritus ſanctus ſemper aſſiſtit homini ut bonum velit, & volitum operetur, & amet.
Secundo vt dicit donum
Tertio modo ut eſt perfectio.

Secundo modo etiam charitas quatenus dicit donum Spiritus ſancti. Sic etiam nullam recipit culpam nullam amiſſionem nec defectum.

Tertio modo charitas pro ut dicit formam, & perfectionem ſubſtantię voluntatis qua eſt vertibilis propter lib. arb. ſic amitti poteſt. Ratio quia non totam repelet uoluntatem. Ideo uti materia quæ modo eſt formata ſpetie Leonina dicitur eſſe in potentia ad aliam formam, quoniam non totam replet materiæ ſubſtantiæ apperitum: ſic voluntas licet informetur in via actu, & habitu charitatis tamen quia non ſemper tendit in Deum, euenit, ut occurrat illi tentatio carnalis, mundana, ac dyabolica per quam peccatur ab homine, et ſic illam amittat. & hoc modo tenet concluſio.

Ad Tertium de amore naturali, & ſuper naturali qui eſt fortior, & ardentior. Reſpon. q̃ amiſſio eſt ratione ſubiecti vertibilis.

Ad quartum Reſ. eodem modo. Quoniam arg. peccat per inſufficientem emunerationẽ. Quoniam perditur per intellectus vertibilitatem.

Ad 5. de fundamento q̃ Chriſtus ſit fundamentum firmiſſimum quod à nullo moueri poteſt Reſp. q̃ fundamentum.

Dup. ſumitur vel reſpectu ſui } Si reſpectu ſui, ſic dr̃ eſſe immobile, & ſic Chriſtus à nullo remoueri poteſt. Si vero conſideretur reſpectu uoluntatis quæ poteſt uocari centrum charitatis, & Chriſti, ſic perdi poteſt quoniã uoluntas poteſt auertere à Deo, & conuertere ad mũdum. Ideo voluntas non ſemper ſequitur prædominans, nec prẽſtantius, ſed id quod magis mouet, uti paſſiones vehementes, ac maximę carnales.
Vel reſpectu centri.

Ad 6. Qui eſt in charitate non põt peccare qm̃ nullam inclinationẽ habet ad peccatum. Reſp. q̃ charitas ſumitur dupliciter.

Actualiter & Habitualiter. } Vt dicit actum charitatis, amorem elicitum in Deum, vel proximum. Sic non dicit peccatum, nec inclinationem ad peccatum quoniam repugnat dicere charitatem cum peccato. Vt vero dicit habitum in ſubiecto vertibili, & libero, ſic ratione ſubiecti homo declinat in peccatum, & charitatem amittit, & ſic ſolutæ ſunt omnes controuerſiæ, & difficultates. In ſeq. accedam ad aliam Mag. Quæſtionem, in qua diſputat. An charitas in patria euacuabitur?

LECTIO

Octauageſima nona ſuper Diſt. trigeſima prima Mag. in qua quæritur. An charitas euacuabitur in patria? Vbi breuibus Reſp. à Mag. quòd charitas non euacuabitur in patria. Idcirco tenendo cum Mag. hanc concluſionem illam probabo difficultatę eſq; ſoluam. Sit igitur concluſio. Charitas in patria non euacuabitur. ſed conſumabitur ac perficietur. Probatur et primo Auct. ſecundo ratione.

1 Probatio ab Auct. ſumitur ex Diuo Paulo dicente. Charitas nunquàm excidit primæ Corinth. 13. ſed gloſſa inquit. Neq; in hoc ſeculo decidit, neq; infuturo. Ratio, quia ſicuti in præſenti Deum amamus, ſic amabimus in futuro, ergo non euacuabitur.

2 Præt. Duplex eſt unio uoluntatis noſtræ cum Deo.

Altera in terra } Sed nulla unio ut inquit Dionyſius Sanctus fieri non poteſt ſine vinculo:
Altera in cœlo. } At vinculum vnionis voluntatis noſtræ in terra eſt amor, & charitas, ergo & in cœlo erit charitas, ergo non euacuabit, ſed permanebit.

3 Præt. Illud quod habet ſimilitudinem cum alio non euacuatur neq; expellitur quinimo illi conſociat ſed ſic eſt q̃ charitas in uia aſſimilatur charitati in patria cum ſit amor, ergo. non euacuatur, ſed conſumatur perficitur ac coronatur. Probo maiorem à ſimili. Nam diſcrimen ponitur inter charitatem, & fidem hoc modo, per ſimilitudinem tenebrarum, & diaphani, & tepidi. Nam accedente lumine ſolari tolluntur. tenebræ oppoſitæ, ſic accedente obiecto beatificante in patria tollitur fides, & ſpes. Nec dico propter hoc q̃ fides ſit tenebra quoniam lumen eſt, ſed dico ſolum ad exemplum, & explicationem. In Diaphano uero ac tepido accedente lumine non tollitur. Diaphanum, nec tepidum, ſed Diaphanum magis illuſtratur, & tepidum magis accenditur, & perficitur in calore: Ita licet fides, & ſpes ſuccedente obiecto credito, & ſperato tollatur charitas tamen non tollitur, ſed perficitur quoniam eſt ſimilis.

4 Præt. Illud quod debet dilatari in patria non debet euacuari. Sed ſic eſt q̃ charitas in patria dilatabitur, ergo non debet euacuari. Probatur minor. Aſſerit Bonauentura, q̃ charitas habet dup. dilatationem.

Altera

Altera in via / Altera in patria. } Dilatatio in via excedit dilationem in patria, & è contra. Dilatatio in patria excedit dilatationem charitatis in via. Dilatatio in via excedit dilatationem
Quæ se habent vt excedentia & excessa. } in patria quo ad obiecta diligenda. Nam in via diligimus non solum Deum, sed Beatos: sed homines, & non solum bonos sed malos, sed inimicos, in patria vero diligemus solum Deum & beatos, alios autem non diligemus ad gloriam quoniam non possunt prouenire. Tamen dilatatio in patria excedet charitatem uiæ quo ad gradus bonitatis, caliditatis, & præmij. Nam in patria charitas erit ardentior, securior, melior & intensior, ergo manebit, ergo non euacuabitur.

Præterea sicut se habet scientia viæ ad scientiam patriæ sic se habet charitas viæ ad charitatem patriæ, sed sic est quod scientia viæ non tollitur propter scientiam patriæ sed magis perficitur, ergo & charitas non euacuabitur, sed consumabitur. Maior patet. Quoniam non amamus nisi id quòd scimus. Minor probatur. Nam multi ex Theologis dicunt quòd in scientia acquisita in via sunt tria, videlicet.

Habitus / Actus & Modus. } Habitus manet, Actus mutatur, & Modus anihilatur. } Habitus manet. Nam si manet id quòd minus est in minori, magis manebit id quòd maius est in maiori. Si incorpore, quòd est minus anima manent cicatrices, vulnerum flagellorum, & percussionũ ad ornamentum corporum sanctorum, quanto magis manebunt habitus scientiarum, Phylosophia: Theologia: Mathesis, & similium in intellectu ad animę decorẽ & venustatem. Ratio est in promptu. Illa non manent quæ repugnant vt fides & spes. Nam fides & spes includunt in euidentiã, visio vero euidentiam. Ideo ad visionem rei creditæ, ac speratæ cessat fides & spes. At scientia non repugnat visioni. Quinimo cõsonat visioni. Nam quando anima Dionysij Areopagitæ videt essentiam diuinam non repugnat illi scire conclusiones, propositiones, at principia scientiæ mathematicæ: Astronomiæ, & phylosophię. Sic de anima Doctoris Nostri Cyrilli, Thomæ, & aliorum Sanctorum.

Actus, vel vsus manet sed mutatur. Manet quia dum videt Deum cognoscit principia aliarum scientiarũ, sed iste vsus mutatur quo ad imperfectionem. Nam obiecta non erant semper præsentia: non erant sic clara, nec simul vt in visione beatifica, vbi omnia clarissima præsentialissima, & vnitissima simul sunt. Ideo S. Anselmus in lib. de similibus inquit. Tunc iusti cętera scient quæ Deus fecit scienda, & ibi à singulis omnes, & ibi ab omnibus singuli cognoscentur, qua patria, qua gente, qua stirpe, & quo tempore editi sint.

Modus vero sciẽtiarũ actuum, & habituum qui est positus in discursu, ratiotinatione, q; successiua, omnio destruetur. Quoniam in patria modus cognoscendi erit per simplicem aspectũ in Deum, in quo vt in lucidissimo speculo omnia apparent, videntur, & cognoscuntur.

Confirmatur per animam Christi quia erat comprehensor tamen anima eius habebat scientiam modo viæ, sic Angeli in cęlo simul habent visionem diuinam, & habitus scientiæ omnium rerum.

Modo redeo ad propositum. Si remanet scientia in patria quam habuimus in via, quæ est minor charitate: quanto magis remanebit charitas ipsa quo ad habitum & vsum?

Vlterius si charitas non remanebit hoc eueniet ex vna istarum causarum, scilicet quòd.

Aut erit propter voluntatem, quæ destruetur. / Aut propter obiectum quod diligitur, / Aut propter medium quo obiectum in spicitur. / Aut propter locum in quo diligitur. Aut propter tempus. } Sed ex nulla istarum causarum euenire potest. Igitur remanebit. Probatur per singula. Non destruetur scientia, ex defectu substantiæ voluntatis quoniam voluntas est immortalis.

Non ex parte obiecti, quoniam est Deus sempiternus. Non ex parte medij, quoniam medium est lumen gloriæ quod ostendit Deum amabilissimum. Non ex parte loci, quod est cęlum Empyreum locus amoris. Nec ex parte temporis, vel mensuræ, cum mensura sit æternitas omnem amplectens charitatem & amorem temporalem, successiuum, & sempiternum, ergo conclusio sit firmissima, quod in Patria charitas viæ remanebit. Hinc vt terminem probationem dicam quòd sicut se habet liberum arbitrium viæ ad patriam: sic se habet charitas viæ ad charitatem patriæ: sed sic est quòd liberum arbitriũ viæ remanet in patria & solum auffertur id quod erat imperfectionis scilicet vertibilitas ad oppositum, per quam vertibilitatem defficere poterat, & confirmatur in gloria: sic charitas remanet in patria quæ erat in via, & solum imperfectio tota euacuatur. Nam erat solum temporalis modo est eterna. Erat cum impugnatione odij, nunc sine tentatione. Erat cum bonis & malis, nunc cum bonis solum. Erat cum formidine, nunc cum securitate. Dicitur, ergo quòd remanet in patria. Modo soluantur, difficultates oppositæ quæ sunt istæ.

OPPOSITIONES,

Quod charitas via non remaneat in patria.

Arg. 1. Quod repugnat script. non est admittendũ. Hæc conclusio repugnat sacræ scripturæ, ergo Probo minorem D. Paulus. Cum venerit quòd perfectum est euacuabitur quòd ex parte est, sed charitas viæ respectu charitatis patriæ est imperfecta, ergo euacuabitur. 1. Corint. 13.

Idem deducitur ex verbis Esaiæ 31. Inquit Propheta. Ignis est in syon & fornax in Hierusalem. Per ignẽ intelligit charitatem imperfectam, & per fornacem charitatem perfectissimam. Ideo sicuti ignis syon non defertur in fornacem Hierusalem, sic nec charitas viæ in charitatem patriæ, ergo euacuabitur. Esai. 31.

2. Arg. Destructo principali. & causa alicuius effectus necessario destruitur ille effectus Sed in patria destruitur & euacuatur fides & spes quæ sunt causæ charitatis & dilectionis qua Deus amatur, ergo & effectus destrnetur scilicet charitas. Probo minorem quo ad secundam partem, quoniam prima pars est clarissima videlicet quòd charitas sit effectus fidei & spei. Nam nil amatur nisi speratur in eo propter fruitionem, & gaudium, sed non speratur de eo nisi cognoscatur ac cognitio est à fide, quæ est lumen intellectus per quod Deus creditur & cognoscitur, ergo fides est causa charitatis, ergo si tollitur, & euacuatur fides viæ, sic euacuabitur charitas viæ.

3. Arg. Est

3. Arg. Est propositio famosissima apud philosophum quod habitibus præsentibus in materia cessat motus. Vnde habitu præsenti perfectæ quantitatis, & qualitatis cessat motus alterationis, & auctionibus. Habitu præsenti Trianguli, vel pentagoni in materia ligneа, vel Enea cessat motus artificis.

Tunc modo arguo sic. Certum est quod habitus animæ in patria est lumen gloriæ: sed istud lumen & habitus non potest haberi sine charitate, ergo cum homo fuerit in patria & lumen gloriæ possidebit, iste motus charitatis cessabit, ergo euacuabitur charitas.

Arg. 4. Præt. Sicut scientiæ distinguuntur penes obiecta, sic charitas & amor. Sed cum scientiæ sint diuersæ propter obiecta diuersa, ergo charitas, & amor ex diuersis obiectis erunt diuersa. Modo arguo sic.

Obiectum in via est bonum, & malum, est amicus, & inimicus: iustus & impius: obiectum in patria est solum bonum, & bonum perse, ergo erunt distincta spetie, ergo non possunt esse simul. Nam rationale, & irrationale non possunt esse simul, ergo nec charitas viæ cum illa patria.

Arg. 5. Præt. Dicit Anselmus in Prosolo. c. vlt. In illa perfecta charitate innumerabilium Angelorum, & hominum beatorum vbi nullus minus alium quàm seipsum diligit. Tunc sic. Charitas viæ plus diligit seipsum quàm proximum. Charitas patriæ diligit æqualiter proximum cum seipso, ergo non erit eadem charitas patriæ cum ista viæ.

RESPONSIONES

Argumentorum quod charitas viæ non euacuabitur in patria.

Ad 1. Arg. Cum venerit quod perfe. eua. quod ex parte. Resp. ꝙ verbum ex parte sumitur dupliciter.

Primo modo prout dicit defectum & oppositionem. / Secundo modo prout tantum dicit defectum sine oppositione. } Si sumatur ex parte primo modo prout dicit defectum cum oppositione vt quando dico Homo mortuus, dico defectum cũ oppositione ad vitam, & impossibilitatem secundum naturam, tunc ex parte nullo modo remanet: sed euacuatur. Si vero ex parte sumatur, prout dicit defectum sine oppositione illud, aduenientę perfecto nõ euacuatur. Sed terminatur, & consumatur. Ideo vt satisfaciam argumento dico quod Paulus loquitur, de fide in illa auctoritate non autem de charitate. Loquitur de ente ex parte cum oppositione cum sit visioni opposita. Ideo aduenientę obiecto credito, euacuatur omnis fides. Conclusio nostra de ex parte sine oppositione.

Ad Esaiam dicimus, quod non dicit charitatem viæ euacuari, sed comparat charitatem patriæ cum ista viæ, & dicit quod in patria erit amplior, latior, & feruentior.

Ad 2. Destructo princ. ac causa destruitur effectus quod est charitas. Resp. quod princ. dupliciter.

Efficiens & formale. } Dico quod destructo principio formali destruitur effectus. Non autem destructo principio efficiente. Destruitur faber murarius, & domus remanet, ergo.

Præterea Charitas non est à fide vt à causa efficiente: sed solum dispositiue. Quoniam nil amatur nisi aut cognoscatur aut credatur. Ideo cum fides sit quædam cognitio dicitur aliquo modo causa.

Ad 3. Habitibus præsenti, in materia cessat motus. Resp. quod motus dupliciter comparatur.

Vel ad efficientem / Vel ad rem effectam. } Si consideretur motus respectu efficientis, dico quòd cessat respectu illius effectus producti. Non tamen cessat respectu rei productæ quoniam semper operatur.

Præterea. Motum cessare stat dupliciter.

Vel respectu actus essentialis / Vel respectu actus beatificantis. } Si respectu essentialis consideretur, sic dico quod habitibus essentialibus in materia, vel subiecto præsentibus cessat motus. Non autem valet de habitibus accidentalibus, vel de habitibus beatificabilibus. Immo magis operatur subiectum ex illo habitu, sic anima magis amat, & ardentius quàm sine illo lumine Gloriæ.

Ad Arg. 4. sunt diuersa spetiæ. Resp quod speties sumitur dupliciter.

Vel vt dicit formam. / Vel vt dicit gradum. } Si speties sumatur prout dicit formam sic nego quod differant spetie. Si vero sumatur speties prout dicit gradum imperfectum, sit difert tamen potest stare cum illa. Vt parua gutta cum Cyatho vini.

5. Ad 6. quando dicitur quod in Patria non magis diligemus nos ipsos quàm proximum, ergo non Resp. quod in patria sunt quinque præcipua respectu charitatis.

Natura, / Rectitudo iustitiæ, / Obedientia perfecta, / Conformitas voluntatis, / Redundantia letitiæ. } Secundum naturam homo Beatus plus diligit ad gloriã quàm proximũ. Secundum ordinem iustitiæ permittitur homini Beato plus gaudere de suis meritis quàm de alienis, Secundum obedientiam quæ erit maxima, quoniam per omnia corpus parebit animæ, & animæ diuinæ gloriæ, voluntas amabit ratione istius ordinis non id quod est magis propinquum, sed id quod est magis Deo placitum & acceptum. Secundum conformitatem, voluntas nostra beata erit eadem, cum Beatorũ voluntate, & tatione redundantiæ luminis, splendoris, & gaudij quæ erit in omnibus eodem modo vnusquisq; amabit, & amabitur & in socio socius contentus erit, & quietus. Anselmus, ergo tenet respectu redũdantiæ, conformitatis, & obedientiæ. Conclusio respectu iustitiæ & naturæ. Et sic dilutæ sunt oppositiones. Modo videnda est quæstio Doctoris Nostri.

LECTIO NONAGESIMA

Super Quæstione tertia Ioannis Carmelitæ in qua disputat subtilissime. An actus amoris meritorie cadat sub præcepto? Vbi quatuor vobis propono.

1.quid sit præceptum,
2.conclusionem,
3.Probationem,
4.Argumenta & solutionem.

Quo ad primum quid sic præceptum? Respondent Doctores communiter, quod præceptum est Imperium legislatoris obligans ad obseruationem legis, rei, vel actus imperati. Quæ diffinitio sumitur à Diuo Augustino in libro de Virginibus, dicente. Præceptum est id cui non obedire est peccatum. Ex qua diffininitione ut rem lucidissime appareat assumo decem. Videlicet quod præceptum sit.

Imperium,
Legislatoris
Obligans,
Ad obseruationem,
Legis,
Rei,
Actus
Imperati,
Peccatum,
Mortale,

Nam dicitur imperium quia est à maiori, à Deo, Pontifice, Imperatore, & Rege.
Dicitur legislatoris. Quia dantes præcepta debent esse docti, sapientesque.
Dicitur obligans ad differentiam consilij. Nam consilium possumus facere & non facere. Possumus vendere omnia, & dare pauperibus, & non vendere. At præceptum tenemur facere.
Dicitur ad obseruationem. Quoniam non debet esse in verbis sed in factis.
Dicitur legis. Quia est recta. Dicitur rei quia est bona. Dicitur actus. Quia est meritorius.

Dicitur actus imperati. Quia est à voluntate libera Imperatoris & Regis.

Dicitur peccatum mortale. Quia qui non obseruat præceptum iustum deficit, & deficit mortaliter, quoniam dignus vtraque morte temporali, & infernali. Hæc quo ad primum.

Quo ad secundum de conclusione pono hanc conclusionem. Charitas cadit sub præcepto legislatoris Dei. Probatur.

Prob.prima Omnis qui omittit præceptum peccat ad mortem. At charitas est præceptum, ergo ommittens charitatem mortaliter peccat. Maior est apertissima. Quoniam omittens præceptum reluctatur intentioni legislatoris, & per consequens fit rebellis. At rebellio est mortale, ergo.

Ioan. 15. Probo minorem. Quoniam scribitur Ioannis. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis in vicem sicut dilexi vos ex præcepto charitatis, ergo & nos debemus diligere proximum.

2.Prob.Dicit Petrus de Sancto Dionysio. Quandocunque aliqua concurrunt ad salutem, & finem alicuius secundum magis & minus, si illud quod minus est concurrit, & id quod magis. Sed sic est quod ad salutem & finem hominis concurrunt ista præcepta necessario videlicet. Non furtum facere: Non fornicari: Non esse auarum: & diligere Deum & proximum, ergo si quis dimittit illa non saluabitur sed damnabitur. Modo addo. Magis concurrit præceptum charitatis quàm alia, dicente Domino. Hoc est primum & maximum mandatum, ergo si quis dimittit charitatem mortaliter errat.

3.prob.Ad illud tenetur homo sine quo impossibile est saluari. At sine charitatis præcepto impossibile est quod homo saluatur, ergo tenetur charitatis præceptum obseruare. Probat minorem Apostolus di-
1.Corinth.13. cens. Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero nihil sum. Et si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi prodest, ergo est summe necessaria.

4.Prob.Certum est, quod de similibus idem est iudicium. Tunc arguo sic. Ille peccat mortaliter qui non habet fidem & spem ex præcepto, ergo magis delinquit ille qui non habet charitatem in proximum. Probo antecedens. Qui caret fide est infidelis: Infidelitas est mortale, ergo infidelis damnabitur. Ideo
Ioan. 17. dicebat Ioannes quod Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iuditio. Glosa explicans verbum illud de peccato dicit quod est peccatum infidelitatis. Probatur etiam consequens, quoniam charitas excellit fidem, & spem cum sit earum forma, & actus gratuitus, ergo ex præcepto tenemur diligere.

5.Prob.Si peccat ille qui ordinem, & modum non obseruat in præcepto charitatis, ergo magis peccat qui dimittit ipsum charitatis præceptum. Probo antecedens. Fit quæstio à Doctore. An homo teneatur magis amare corpus suum? An animam proximi sui? Vnde omnes Theologi respondentes dicunt, quod magis debet proximi animam amarem quàm corpus proprium. Ideo vt rem ipsam clarissime percipiatis faciunt amoris partitionem, multosque assignant gradus. Nam.

Amor vel respicit,
Dignitatem
Vel affectum,
Vel bonitatem,
Vel integritatem
Vel effectum,

Si amor respicit dignitatem: bonitatem, & affectum nostræ voluntatis, sic certe magis proximi diligimus quàm corpus proprium, & carnem.
Si vero amor respicit integritatem, & effectum dico, quod magis diligimus cor, us proprium. Ratio est euidens. Id effectiue magis diligitur à quo actualiter maius vtile accipimus. At corpus proprium maiorem vtilitatem affert mihi quàm anima proximi, ergo magis diligimus.

Probo maiorem. Quoniam amor ex bono causatur inter bona est vtile. Probo minorem. Nam sine corpore non existit anima in via. Secundo. Non est consumata felicitas. Nam felicitas consumata est perfecta. Felicitas perfecta habet subiectum perfectum: subiectum perfectum est anima cum corpore, ergo est necessarium, ergo amabil. Tertio. Consumata felicitas est satietas animæ. At anima non satiabitur sine corporis vnione, ergo sequitur corpus, ergo amat vt dotes recipiat. Et sic apparet quòd charitas nõ solum arguit peccatum quando dimittitur vt præceptum, sed etiam quando ordo in amando per vertitur, ergo conclusio est optime posita, quòd Charitas cadit sub præcepto.

Modo

Modo in surgit quidam Richardus minorita tenens quod actus meritorius charitatis non sit ex parte præcepti, sed pro p intentionẽ legislatoris. Hinc nil peccat quidimittit præceptum vt præceptum, sed peccatum oritur ex legislatoris transgressione. *Richardus quidam.*

OPPOSITIONES

In conclusionem, quod Peccatum non sit ratione transgressionis præcepti, sed quia contra intentionẽ Dei dicentis. Diliges dominũ Deũt. et pr.

1.Oppo. Omnis subditus intendit præcepta obseruare ad legislatoris intentionem. Sed omnes fideles sunt subditi Deo, ergo ad Dei intentionem præcepta seruabunt. Modo subinfero. Vbi est obseruatio mandatorum Dei ibi est charitas, & vbi est charitas ibi est actus meritorius dicente Euangelio. Si uis ad *Matth. 19.* vitam ingredi serua mandata, ergo præceptorum obseruatio est propter legislatoris intentionem, & per consequens meritum.

2.oppo. Pret.Id non cadit sub præcepti obligatione quod est supra vires humanas. Sed præceptum de charitate est supra vires humanas, ergo non cadit sub præcepto. Minorem ptobo. Quoniam manda tum charitatis est à Deo solo factum, qui est super omnia. Idem apparet de dilectione inimicorum quæ maxima oppositione naturæ reluctatur, ergo non peccat in transgressione illius.

3.oppo. Sicut se habet habitus fidei ad actus credendi sic se habet habitus charitatis ad actus charitatis. Sed credens articulos fidei fide non in fusa sed acquisita non peccat mortaliter: nec in fidelis existimatur, ergo si aliquis amabit naturali quadam charitate & pietate parentes, aut amicos non peccabit mortaliter, nec præcepti diuini transgressor iudicabitur Ratio. Quia bonũ morale facit, & tale operans nõ agit p. perã.

4.Oppo. Sicuti intentio facit opus, sic intentio dirigit opus. Patet primum in consecratione. Nam intentio cum forma facit transubstationem panis in carnem. Vnde ablata intentione nullus sequitur effectus Patet dupliciter. Nam in edificatione intentio Architecti dirigit opus, ergo intentio agentis, mouentis, & principalis, semper inspicitur in opere, ergo cum præceptum sit opus Dei cõsiderabitur ex Dei intentione, ergo si peccatũ cõmissũ fuerit erit non ratione præcepti, sed ratione intentionis, quia cõtra intentio.

5.Oppo. Præt.Peccatum, vel grauissima transgressio est contra id quod est primarium, & principale. At in charitate principale, & primarium non est præceptum sed diuina intentio, ergo peccatum erit cõtra intentionem & non contra præceptum. Probo minorem. Intentio primaria ipsius Dei in præcepto est salus hominis & non præceptum, sed solum dicitur esse medium ad ipsam salutem, ergo & peccatum erit contra intentionẽ principal. Añs est phi.2.Ethi.c.1. Vbi inquit q̃ legislatoris intentio ẽ vt homines inducant ad opera studiosa, idcirco dantur leges & præcepta vt media cõmoda, & facillima ad hoc perficiendũ, ergo.

6.Oppo. Præt.quod omnis error sit penes intentionem, patet ab oppositis. Si quis quærat cur elemosine, vel opera aliqua bona facta à Dyabolo, vt est confiteri Christum: obedire sacerdotibus in uexationibus, credere celestem patriam non sit illi meritorium? Resp.quia caret bona intentione, ergo intentio dat operi efficatiam. Ergo ex contrario, peccatum erit non contra opus, sed contra intentionem operantis, ergo error non est in præcepto charitatis, sed contra Dei intentionem: Et per consequens actus meritorij, vel demeritorij ex intentione pendent.

RESPONSIONES

Ad 1.oppo.quando dicitur quod peccatum est contra intentionem, & non contra præceptum, & ad prob.Resp.quod non valet. Quoniam peccatum est dictum uel factum, aut concupitũ contra legem dei. Præceptum charitatis est lex Dei, ergo peccatum contra præceptũ. Præterea peccatũ biffariam sumitur.

Vel respectu principij
Vel respectu finis.

Si sumatur respectu principij, sic dico quod est contra intentionem legislatoris quæ est princ.& radix præcepti. Si vero sumatur respectu finis, sic dico quòd est contra præceptum. Nam finis Dei est nos amare obiecta personalia diuina & proximum, per præceptum charitatis, ergo qui non amat ista peccato, ergo peccatum est respectu præcepti.

Ad 3.de habitu fidei, & charitatis. Resp.quòd ille qui credit habitu fidei acquisitæ peccato quomodo admittitur hoc dictum? Non est insulsum? Resp.peccatum nil aliud est quàm defectus: sed defectus tũc in re aliqua dicitur esse quando partes, modus, & ordo deficit: Igitur cum fides acquisita deficiat in credulitate Dei, quoniam non credit quantum potest & debet credi Deus ad salutem, ideo peccat: sic & charitas peccat quando non amat vti debet amari. Cum igitur modus amandi sit in præcepto, certe oportet dicere quod peccatum est in præcepti transgressone.

Ad illud quod est supra uires & facultates humanas. Resp.quòd præceptum esse supra vires humanas, dupliciter consideratur.

Primo modo vt dicit acquisitionem
Secundo modo vt dicit obseruationem.

Si consideretur quatenus dicit acquisitionem sic est supra vires humanas. Quoniam nullus homo potest naturaliter & per se acquirere gratiam vel charitatem meritoriam. Si vero consideretur prout dicit obseruationem dico quod non est supra vires humanas. Idem scribitur. Deute.30. Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non supra te est, nec procul positum, nec in cœlo situm, sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum, ergo & sic tenet conclusio.

Ad 4.Oppo.Intentio opus facit, vt patet in Sacramento Consecrat. Resp.q̃ intentio sumitur dupliciter.

Vel quo ad essentiã rei,
Vel quo ad finem rei.

Quo ad essentiã rei, verũ ẽ q̃ facit intentio. Nã transformat panẽ in carnẽ. Quo vero ad fin.rei non facit intentio. Nã nisi quis assumat hostiã Sanctiss. fructũ gratiarũ non recipiet per intention. consecrantis. Sic intentio Medici non facit ad salutem nisi pharmacum ab ægroto bibatur. Sic nec intentio legislatoris nisi Iuditium & sententia obseruetur. Idcirco sicuti peccat ille in medicina qui non assumit, & non in intentione, sic ille peccat in præcepto charitatis.

Ad 5.Intentio est principalis quo ad constitutionem præcepti, non quo ad salutem, sed est præceptum quo consequitur salas.

Idem ad 6.opera R.ꝙ dupliciter opus cõsideratur. Vel quo ad constitutionem & sic respicit intentionem agentis: Vel quo ad finem & sic respicit obseruationem utentis. Nam ex parte agentis esset peccatum si deficeret intenrio, sed ex parte suscipientis fit peccatum nisi obseruet præceptum legem, ac mandatum. Et hac responsione omnia simul & infinita solui possemus argumenta, licet fuissent Generalis nostri de Rubeis viri Doctissimi, ac Marinarij Appuli expræstantissimis Theologis per Illustrissimi. Hæc pro præsenti: In sequenti videbimus Dist.32.Mag.senten.

LECTIO NONAGESIMA

Prima super Dist.32.Mag.sent. In qua ventilat dilectionem Dei et ostendit tria.

1.est generale	1.respicit dilectionem omnium rerum, in genere,	proponam	
2.speciale	2.respicit dilectionem hominum in specie,	Primum erit	
3.specialissimum.	3.ostendit malorum reprobationem, ac quomodo.	circa continuationem	
	Eos dilexerit. Hinc vt ordinem inceptum seruem quatuor		

2. Circa conclusionem 3.circa probationem 4.circa difficultates, & solutionem.

Quo ad primum de connexione. Connectitur facile præsens Distinctio cum antecedentibus. Quoniã postquam in superioribus egerit de charitate creatæ qua homines ad inuicem se diligunt de ordine dilectionis: pari modo in præsentiarum agit de dilectione in creatæ ac de ordine diuino, quo deus diligit creaturas.

Quo ad cõclusionem. Pono hanc conclusionem. DEVS dilexit creaturas Eternaliter: Generaliter & æqualiter. Probatur quo ad omnes partes, & primo quod eternaliter.

1.Ratio. Nemo eligit aliquid nisi illud diligat, sed Deus ab eterno elegit nos, ergo dilexit nos ab eterno
Ephe. 1. probo minorem D.Paulus Ephe.1. Elegit nos ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati.

Idem scribitur Roma.8. sicut prædestinauit nos sic elegit, & amauit: Prædestinatio eterna, ergo.

Idem Aug.6.de Trinitate. Absit vt Deus temporaliter diligat.

Idem Mag.in textura. Dicit quòd dilectio Dei est vsia, & vsia est substantia: At substantia eterna, ergo.

2.Ratio. Aut dilectio Dei.

Præcedit res	Si præcedit, ergo eterna, ergo conclusio vera.	
Aut sequitur.	Si sequitur, ergo à rebus causatur. Sed hoc falsum. Qm Deus res creauit & produxit.	

3.Ratio. Quo ad particulam generaliter, probatur quod generaliter omness dilexit.

Dicit sapientia Xpi Diligis omnia domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, si omnia dicit, ergo nulli debet in dubium verti. Ratio.

Omne bonum est diligibile. Omnes creaturæ sunt bonæ vt dicitur Gene.1. Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, ergo dilexit vniuersaliter & generaliter.

4.Omne quod conseruatur nutritur & regitur à conseruante: nutriente, & regente amatur ac diligitur, sed omnes creaturæ conseruantur, nutriuntur ac reguntur à Deo, ergo amantur. Minor à sapientiæ. Deus cui est cura de omnibus. Idem innuit dum inquit. Sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

5.Ratio. Omnibus rebus Deus dat finem, terminum, & quierem suam, ergo omnes diligit.

Sapientiæ. 6. 6.Ratio. Quod diligat omnia æqualiter. Inquit sapientiæ 6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus, ergo.

Idem asserit philosophus. Nam inquit. Primum principium equaliter se habet ad omnia. Ratio:

Quicquid se habet vno modo ad omnia se habet vniformiter. Sed sic est quod Deus se habet vno modo, ergo vniformiter. Probo minorem. Quod est simplicissimum, in diuisibile omnino ac impartibile, dicitur esse vniformissimum omnibus. Deus est huius modi, ergo.

7.Præt. Omnes effectus prouenientes ab aliqua causa eodem modo semper se habent æqualiter dependent, ergo æqualiter amantur. Tunc sic argumentor. Omnes creaturæ æqualiter dependent à Deo ergo æqualiter amantur à Deo.

Patet in natura. Homo æqualiter filios diligit, quoniam æqualiter dependent. Sic radix truncum ramos, & flores cum fructibus, quoniam æquali emanant dependentia, ergo si omnia à Deo æquali pondere & productione oriuntur consentaneum est vt æqualiter diligantur.

8.Præt. In Deo est tantum vna potentia, & vnum bonum quod est essentia, quia sunt infinita, ergo non dabitur nisi vnus amor, ergo si omnes creaturæ sunt ab vnica & inuariabili potentia Dei, ergo ab vno amore inuariabili, ergo æqualiter diliguntur à Deo. Hæc quo ad probationem quoniam clarissima, & facillima est. Videre modo est necesse difficultates oppositas.

OPPOSITIONES

Contra conclusionem asserentes quod Deus non diligit creaturas, nec general. nec eternaliter, nec æqualiter probatur primo quod nõ eternal.

Arg. Quod non est non amatur. Creaturæ non fuerunt ab eterno, ergo Deus eas non dilexit. Maiorem probo. Quoniam id quod amatur bonum est, ergo si non fuerunt non erant bonæ, ergo nec amatæ.

Arg.2.

Arg.2. Amor alicuius rei non excedit mensuram illius rei, ergo si mensura rerum est tempus, quomodo ab eterno amari possunt. Quod amatur vtimur eo. Quo vtimur actu existit. Creaturæ non fuerunt ab eterno, ergo nec actu existentes, ergo nec amatæ.

Arg.3. Quod non diligat omnem creaturam. Nam repugnat Diuo Augu. dicenti ꝙ solum tria sunt diligenda scilicet. Deus: Spiritus rationalis, & corpus nostrum, videlicet ex charitate. Ratio est in promptu. Charitas amatum transformat in rem amatam. At irrationalia sunt in transmutabilia, quia Imagine diuina carent, ergo non diliguntur, ex charitate.

Arg.4. Deus non diligit impios nec damnatos, quia illos reprobat, ergo non generaliter amat. Patet de Malachi. 1.
Iacobo & Esau. Dilexi Iacob Esaù odio habui. Idem sapientiæ.14. Ab hominabilis est Deo impius, & Sap. 14.
impietas eius, ergo conclusio falsa.

Arg.5. Quod non diligat equaliter. Omne bonum diligitur, ergo magis bonum magis diligitur, ergo maximum bonum, maxime diligitur. Sed inter creaturas vna est altera melior, & altera maximè bona. Vt patet de Christo & de membris eius, vt inquit Aug. Nam melior est Abraham tot aliis patriarchis: melior Ioannes Baptista, & Apostoli, totalijs Sanctis, ergo magis dilecti, ergo non æqualiter.

Arg. Vbicunq; est ordo ibi datur prius & posterius, magis & minus. At Dei amor est ordinatus, ergo Maior est clarissima. Quoniam dicitur esse dispositio rerum quæ vnicuique enti locum assignat secundum propriam perfectionem. Minorem probo. Quoniam Deus in donorum distributione est in æqualis. Alij dat maiora: Alij minora. Patet de Sanctissimis Apostolis de Sanctiss. Virgine Dei Matre, & Deuatore nostro Christo, ergo non æqualiter amat.

RESPOOSIONES.

Ad diluenda argumenta.

Ad primum quando dicitur. Quod non est non amatur eternaliter. Resp.quòd 2.consideratur.

In effectu &	Et vtroque modo diligitur. Exemplum. Artifex non solum diligit statuam in effectu pro	
In causa.	ductam, sed etiam in causa, in Ideo; & in mente.	

2.Resp.quod aliquid non esse stat dup.vel simplicitur: Vel 2.quid. Quod nõ est primo modo certe nullo modo diligitur quod vero non est secundum quid, ideſt secundum effectum, & tamen est in causa de illo datur scientia igitur, cum creaturæ fuerint semper in Deo in esse Ideali, & in causa illas eternaliter sciuit.

Ad 2.eodem modo dicitur. Quoniam creatura dupliciter consideratur, vel vt in vsu, vel vt ad vsum non erant in vsu, quia non existebant actu, erant tamen ad vsum, quoniam erant in causa.

Ad 3.dico quod dilectis Dei dupliciter pensatur, quo ad effectum.

Vel vt dicit effectum naturæ	Si consideretur primo modo sit dico quod æqualiter diligit.
Vel vt dicit effectum gratiæ.	Si consideretur secundo modo sic dico quod non æqualiter: sed maiorem gratiam tribuit Mariæ quàm alijs: conclusio primo modo arg. secundo modo.

Eodem modo dico ad 4 Quo ad naturam reprobos diligit æqualiter, quoniam illos creauit: quo vero ad effectum non, quia se elongauerunt ab eo. Dilexit affectu creationis quia aproduxit, non aũt saluationis.

Quia rebelles fuerunt.	Et prosolutione mille difficultatum scias quòd dilectio est duplex 1.amicitiæ 2. bene, volentiæ Prima est solum rationalium 2.rationalium & irrationalium.

Ad 5.eodem modo dicimus quod amauit æqualiter quo ad naturalia: non quo ad gratuita. Quoniam melioribus & illustrioribus maiores contulit coronas & gloriam.

Ad 6.similiter. Ideo conclusio sic erit clarissima tutissima, & immobilissima. Quod Deus.

Eternaliter	Eternaliter quoniam proposuit eas creare ab eterno,	
Temporaliter	Temporaliter quia dedit earum existentiam,	
Generaliter &	Generaliter quia omnes produxit, &	In sequenti iudebo quæstionem Ioannis Anglici quæ est pulcherima.
Æqualiter	Æqualiter, quia eadem potentia, sapientia,	
Amauit creaturas.	Et bonitate eas creauit. Hæc pro præsenti.	

LECTIO NONAGESIMA

Secunda super Quæstione 32. Ioannis Carmelitæ. In qua tria de Christo disputat. Scilicet.

An Christus pro quocunque tempore potuit mereri?	Ex quibus quatuor agam.
2.An potuit mereri alijs?	Primum versabitur circa connexionem
3.An potuit mereri in primo instanti suæ conceptionis.	Doctoris cum Magistro sentent.

Secundum circa conclusionem tertio cira probationem: quartum circa difficultates.

Quo ad primum dicent Carmelitæ. Ad quid Bachonus agere de merito Cristi? Si Magister disputat de amore Dei quomodo Deus amat creaturas eternaliter: Generaliter, & æqualiter. Quomodo amor Dei est Deus: Ad quid de Christi merito? Non nè meritum est effectus charitatis? Non nè est discrimen inter causam & effectum; cur ergo agit? Resp.quod optima ratione motus fuit agere de Christi merito vt probabo ego qui in omnibus Doctorem tueri volo.

Cum Mag.sent.ponat multos gradus charitatis in Deo respectu creaturarum. Nã inquit, omnia quæ fecit Deus sunt bona. At omne bonũ ẽ diligibile, ergo sunt diligibilia. Subiungit. Inter ista bona quæ sunt non viuentia vt lapides viuentia vt plantæ: sentientia vt bruta. Rationalia vt homo, spiritualia vt Angeli, & Messias vt Christus diligit magis quæ sunt maioris gradus dignitatis, & ad maiora ordinata bona ac præmia. Hinc magis diligit rationalia quam irrationalia quia maioris gradus dignitatis sunt in illis q̃ in istis, sic ẽt quia ad maiora præmia. Idcirco magis Mariã Virginẽ diligit quia maiora contulit munera inter rational. Et maxime

filium suum vnigenitum dilexit, cum omnia gratuita, & absque mensura, & terminis donauerit. Hinc Doctore tali dicente Doctor noster Docts. inter omnes facit conclusionem, & inquit.

Si Christus maiori dilectione ornatus est à Deo, ergo maiori gratia, ergo maioribus muneribus, ergo sicuti alie creaturæ rationales meruerunt à fortiori Christus meruit, ergo optima deductio.

Præterea si dilexit super omnia Christum, ergo in omni durationc, ergo potuit inquocunque in stanti durationis mereri, ergo optima series, connexio, & disputatio. Hæc quo ad Ioannem.

Quo ad Conclusionem, pono hanc conclusionem. Christus non solum potuit mereri alijs: sed in quocunque statu, & instanti suæ conceptionis meruit de facto. Quam sic probo.

1. Ratio. In quocunque tempore, & instanti durationis Christus fuit, habuit omnem perfectionem possibilem creaturæ, ergo habuit perfectionem gratiæ, operum, & gloriæ. Sed vbi est perfectio gratiæ & operum ibi est meritum, ergo. Maior est omnium Theologorum, & præcipue Pauli Colosen. 1. In ipso habitauit oīs plenitudo diuinitatis corporaliter.

Colo. 2.

Ioan. 1.

Idem inquit Ioannes. De plenitudine eius omnes accepimus, ergo si semper habuit omnem plenitudinem gratiæ & operum, semper operatus est, ergo semper meruit.

Colo. 2.

2. Qui habet omnes thesauros sapientiæ & scientiæ diuinæ scit operari & ex opere mereri in quocunque instanti tēporis. At in Christo erant omnes Thesauri sapiæ & sciæ Dei absconditi, vt D. Paulus. ergo.

Colo. 1.

3. Actio capitis pertinet ad omnia membra. At Christus fuit caput totius Ecclesiæ, ergo meruit omnibus Ecclesiæ membris. Probo maiorem experientia vniuersalissima. Nam nostrum caput regit & gubernat omnia membra nostra. Minor est Pauli & fidei nostræ D. Paulus Colo. 1. Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Idem ante ad Ephesios 4. Christus est caput Ecclesiæ. Idem 1. Corint. 11. ergo.

4. Sicut oppositum in opposito sic propositū in proposito, ergo sicut Adamus caput primū totius humani generis omnibus nobis demeruit; sic Christus oppositus Adami omnibus meruit. Patet ex Paulo Roman. 5. Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Et si vnius delicto multi mortui sunt; multo magis gratia Dei in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit, ergo potuit in quocunque istāti temporis mereri sicuti Adamus in quocunque demeruit. Quoniam Christus est sine mensura & modo Adamo maior & potentior in operando quàm ille in deficiendo.

5. Ratio. In quocunq; instanti suæ conceptionis potuit Christus habuisse sciam infusam, sed in illo potuit rectè considerare, recteque amare, & diligere, & hic est modus merendi, ergo vera conclusio.

Probo maiorem. In quocunque instanti intellectus perfectus potest suum recipere actum proprium, sed scientia est proprius actus accidentalis intellectus, ergo in quocunque instanti potuit recipere. Probo maiorem ad huc, quoniam intellectus Christi fuit non solum perfectus sed perfectissimus, ergo potuit recipere, & recepit. Tunc sic. Clarissima doctrina est apud omnes Theologos & phil. quod Intellectus suggerit voluntati, & voluntas inseparabiliter actum intellectus sequitur cum de se sit cæca. Igitur cum quis habet scientiam potest considerare, rectamque habere in instanti affectionem, ac dilectionem, & per consequens mereri. Et quoniam hanc disputationem fecimus super Dist. 18. ad mentē omnium Docto. ideo tangam solū vnum argumentum, & tu recurre ad ea quæ fuerunt obseruata eo loci. Argumentum est tale. Christus ab instanti suæ conceptionis non potuit mereri, ergo nec in quacunque durationc.

Argumentū.

Probo antecedens. Mereri est actus rationis, vel necessario supponit ipsam actionem. At Christus in 1. instanti suæ conceptionis non potuit habere actum rationis, ergo non potuit mereri.

Probo minorem. Actus merendi est ab amore, & affectione. Affectio à voluntate. Voluntas ab intellectu; intellectus à phantasia Phan. à sensu cōmuni; & sensus cōmunis à sensibus, & organis externis debite, perfecte & complete absoluris; At organa Christi in 1. instanti erant imperfecta, cum fuerit p omnia nobis similis, ergo non potuit præsentare species sensiles intellectui, ergo voluntas non potuit amare, ergo nec mereri. Confirmatur in nobis pueris, vbi nullus affectus, quoniam nullus intellectus cum sensus & organa sua careant perfectione, & absolutione.

1. Resp. quod scientia est in duplici serie, & amor.

Altera acquisita, } Argumentum currit de scientia, ac de charitate acquisita,
Altera infusa. } Conclusio nostra loquitur de scientia, ac de dilectione infusa. Anima Christi scientiam omnem infusam accepit à patre. Et sic non currit argumentum.

2. Resp. quod organa Christi possunt dupliciter considerari.

Vel quo ad quantitatem } Si considerent, quo ad quantitatē sic certe, in primo instanti suæ conceptionis non habuit omnem quantitatem corpoream, sed quotidie assumebat in crementum, dicente euangelica lectione, quod proficiebat quotidie apud Deum & apud homines. Ratio est in manu. Nam Christus licet operatus sit supra naturam, nunquàm tamen contra naturam. Ideo si statim in primo instanti suæ conceptionis assumpsisset totā corporeæ molis quantitatē nulli hominū hominem de Adami semine conceptum credidissent, sed potius phantasma iudicassent, ac modo naturæ contrarium. Si autem considerentur quo ad qualitatem, & perfectionem operationis, intelligentiæ, affectionis, & dilectionis sic certe in instanti intellexit, amauit, & meruit. Ratio est præoculis.
Vel quo ad qualitatem.

Nam sicut Deus vnica voce dedit soli omnem lucem sic Christo omnem perfectionem dedit Spiritus Sanctus Christi corpori. Et sicuti in paruo Zaphyro stat maxima virtus: sic in paruo Christi corpore, omnis existit virtus. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar Dist. 33. Magistri.

LECTIO NONAGESIMA

Tertia supec Dist. 33. in qua cōsiderat quatuor potiss. circa virtutes Card.

1. est de quidditate, } Quidditas ostendit naturam virtutum,
2. de Ethimologia, } Ethimologia nomen celaturam virtutum,
3. de Christo } Christus, quomodo fuerit iustus, & prudens & Euacuatio discrimen fidei, spei, ac virtutum.
4. de euacuatione. } Ex quibus, quatuor præcipua colligere decreui. Primum de connexione

connexione distinctionis præsentis cum præcedentibus 2. de conclusione 3. de probatione Vltimum de argumentorum solutione. Quo ad primum de connexione. Facilis est connexio.

Nā cū in præcedentibus egisset de virtutibus theologicis, q̄ sunt habitus gratuiti erat consentaneū nūc de cardinalibus verba facere. Ratio præmanibus habetur. Nā cu in homine quadruplex sit operatio. Videlicet.

Dei } Dei per fidem: spem & charitatem: } Oportet illas scire
Sui } Sui per prudentiam, fortitudinem, & temperantiam, } tenere, & possidere vt finem suū
Domus & } Domus per prudentiam ac prouidentiam, & } terminum que vltimum perfectionis assequi valeat, ergo rectè Mag. postquam egit de primis habitibus præstantissimis theologicis, nunc agere decet de istis Cardinalibus.
Ciuitatis. } Ciuitatis, per prudentiam, patientiam & iustitiam.

Quo ad 2. pono hanc conclusionem. Virtutes Cardinales sunt quatuor, & sunt à Deo quàm sic probo.

1. Ratio. Certum est apud Philosophum quod habitus distinguuntur per actus: & actus per potentias & per obiecta. Nam actus videndi distinguit & separat habitum coloris ab habitu soni: & actus visionis distinguitur ab actu auditionis per potentiam determinatam visus, & per obiectum coloratum quod est illi proprium, stante hoc fundamento accedo ad propositum nostrum. Nam.

Aut virtutes sunt circa passiones: } Si sunt circa passiones. Quæritur de passione illa.
Aut sunt circa actiones hominis. } An si illata illa passio. Et sic dicitur esse fortitudo, cum sic virtus perferens molestias.

An si innata & sic est temperantia, quæ est virtus prauas coercens delectationes.

Si vero sunt circa actiones. Cum actiones sint in duplici gradu. Quæri potest.

An actiones sint internæ } Si sunt internæ, sic est prudentia, quæ est virtus præuidens, & præcauens insidias. Si sunt externæ quæ consistunt in exequendo, & sic est iustitia, q̄ est virtus tribuens auxiliū, & q̄ suum est vnicuiq;, ergo cū virtutes respondeant passionibus, & operationibus, & omnes passiones & operationes sin tantum quatuor: quatuor erunt habitus, & virtutes.
Aut externæ.

2 Ratio. Homo quatuor facere debet. Videlicet debet.

Eligere, } Eligere bonum, } At prudentia eligit, } Ergo Quatuor, & nō pauciores, aut plures.
Respuere, } Respuere malum, } Temperantia respuit,
Sustinere, & } Sustinere damnum & } Fortitudo sustinet, &
Reddere. } Reddere debitum. } Iustitia suum reddit.

3. Ratio In homine sunt ista quæ debent regulari, & ordinari, scilicet.

Rationalis, } Rationalis discurrit, } Quia rationalis aliquando male discurrit,
Irascibilis } Irascibilis laborat } Irascibilis Frustra laborat,
Concupiscibilis & } Concupiscibilis amat, & } Concupiscibilis vane amat, &
Debitum. Nam. } Debitum soluit. Sed } Debitum nunquàm soluitur Idcirco vt.

Discursus sit rectus datur prudentia: Vt irascibilis sic fructuosa datur fortitudo: Vt concupiscibilis honestum amet datur temperantia, & denique vt debitum soluatur datur iustitia, ergo iure merito sunt quatuor & non pauciores.

4. Ratio. Tres sunt actus hominis, & perseuerantia, sine quibus minime saluari potest, scilicet.

Scire } Scire Deum, } At scientiam dat prudentia, } Ergo sūt hoc in numero quaternario cōpletæ.
Velle } Velle Deo obedire } Velle iustitia,
Operari & } Operari Dei præceptum & } Operari temperantia, &
Perseuerare. } Perseuerare vsque in finem. } Perseuerare fortitudo.

Id scribit sapientiæ. 8. Nam inquit. Sapientia docet sobrietatem: prudentia fortitudiem, & iustitiam. *Sapiens*

Id fluuius in quatuor capita diuisus aperte ostendit Gene. 2. *Gen. 2.*

Id Aug. de moribus Ecclesiasticis, vbi dicit, quod affectus virtutis quadrifariam est partitus. *De mori. Eccleſiæ.*

Id phyl. in suis moralibus. Hinc omnes aliæ virtutes consuetudinales etiam, & polyticæ reducuntur ad istum numerum quaternarium, ergo conclusio. vera.

5. Ratio. Istæ virtutes sunt à Deo à natura, ab assuetudine, & perseuerantia.

A Deo infusæ. } Quatenus sunt à Deo eleuant animam ad opera meritoria.
A natura radicabiliter impressæ. } Quatenus sunt à natura rectam faciunt animam nostram naturaliter ad opera bona.
Ab assuetudine perfectiue, & } Quatenus sunt ab assuetudine facilem reddunt animam nostram
A perseuerantia completiue. } ad opera bona. Et quatenus sunt à perseuerantia complent suos gradus, suasque perfectiones. Ideo dicebat S. Bernardus ad Eugenium Pontificem Maximum. Nil est à Deo difficile quod consuetudo non reddat facile, & perseuerantia facillimum.

Idem Aug. ostendit per simile. Inquit quod homo liber, est quoque modo equo similis. Virtutes sesori: operatio bona ambulationi: & perseuerantia cursui. Nam sicuti equus à natura habet bene portandi, ambulandi, & currendi à natura: complementum ab assessore: modum à freno: & velocitatem ab assuetudine. Sic homo per fortitudinē bene portat Iugum Cuius, per prudentiā rectè ambulat: per temperātiam moderate viuit, & per iustitiam velociter ad executionē currit, ergo non pauciores erunt q̄ quatuor.

Idem ponit Philosophus in principio Ethicorum. Innatis à natura nobis, perfectis vero ab assuefactione, ergo. Hoc apparet in experientia quod sint.

Infusæ } Quod sint infusæ patet. Quoniam phyl. qui caruerunt his infusis licet habuerint alias non potuerunt ascendere ad Deitatis vnitatis, & trinitatis mysterium.
Naturaliter } Quod sint naturaliter patet in brutis. Nam quædam bruta vigent fortitudine vt leo Agnus: Alia castitate vt Turtur, ergo si homo est illis excellentior à fortiori erit magis ornatus.
Assuetudine & } Alia magnanimitate vt aquila. Alia prudentia vt serpens: Alia mansuetudine,
Perseueranter. }

Quod sint assuetudine apparet ex oppositio. Nam si malus homo paulatine assueuit se bono, indies magis, ac magis fit melior, & perfectior.

Quod sint perseuerantia, patet. Quoniam perseuerantia dat perfectionem: at perfectio est finis, & terminus omnis motus, ergo conclusio remanet vera, clarissima ac tutissima. Modo videndæ sunt difficultates quæ reluctari uidentur ijs.

OPPOSITIONES

Contra conclusionem, quòd virtutes Cardinales non sint quatuor et quòd non sint à natura.

Prima oppositio. Habitus animæ respondent potentijs animæ. Ad potentiæ sunt tantum tres, ergo, & virtutes.

Secunda. Præt. Virtutes Theologicæ sunt tantum tres, ergo, & Cardinales. Probo. Quòd Theologicæ sunt præstantiores, & minus præstans imitatur id quod est præstantius, ergo.

3 Virtus est directiua operationum, ergo sola prudentia erit virtus, ergo vna sola. Antecedens est verum, Probo consequens. Quoniam sola prudentia dirigit alias virtutes, vt insidias præcaueant.

4 Oppositio, quòd non sint ullo modò à natura. Quod repugnat scripturæ non est admittendum, sed di
Iacobus. 1. cere, ꝙ virtutes Cardinales sunt à natura repugnat scripturæ, ergo non est admittendum. Probo minorem. D. S. Iacobus. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre lumi
Sap. 8 num ergo si Cardinales virtutes sunt dona, & optima, ergo à Deo.

Idem scribitur sapientiæ. 8. scio ꝙ non possum esse continens nisi Deus hoc det, ergo temperantia à Deo.

5 Oppositio ꝙ virtutes istæ non possint acquiri, nec generari assuetudine probatur. Sigenerantur.
Vel generantur ab operibus virtuosis, uel studiosis. } Non est dicendum quòd ab operibus. virtuosis,
Vel operibus non studiosis. } vel studiosis, quoniam opera studiosa ducunt originem à virtute, ergo non possunt esse causa virtutis. Quia sequeretur hoc incommodum quòd principium esset principatum. Hoc falsum, ergo.

Non est etiam dicendum quòd ab operibus non virtuosis. Nam respondent adinuicem. actus & habitus. Quales sunt actus tales sunt habitus: sed actus sunt studiosi ergo, & habitus, ergo non possunt à non studiosis generari.

6 Oppositio. Omne agens est præstantius genito, ergo si virtus assuerudinis generatur, ergo assuetudo erit uirtute præstantior, ergo sed hoc est insulsum, ergo non generatur assuetudine.

RESPONSIONES

Argumentorum.

Ad primum quando dicitur quòd tres sunt virtutes theologicæ & tres potentiæ, ergo & Cardinalis. Resp. ꝙ non valet. Quoniam Theologicæ solum ad Deum ordinant: Cardinales, vero ordinant non solum ad Deum sed ad seipsum, & ad proximum & sic solutur etiam secunda oppositio.

Ad Tertium quòd sola prudentia est directiua, ergo sola virtus. Resp. quòd prudentia sumitur dup.
Vel simpliciter. } Si sumatur simpliciter sic dicitur esse principalior omnibus, Si sumatur in suo ge
Vel in suo genere. } nere, sic non est principalior, sed vnaquæ que est principalissima, & directiua: Et sic sunt virtutes.

Ideo quando etiam plato concluſit ꝙ prudentia est omnes virtutes, concluſit quòd sit omnes virtutes nō essentialiter, sed dependenter, & per modum acquisitionis. Nam Plato posuit duo principia quibus acquiruntur virtutes. Primum est Prudentia: secundum est opinio recta. Ideo ratione acquisitionis dicitur esse virtutes, non autem ratione essentiæ.

Ad 4. Omne datum optimum, & omne donum per. Resp. quod argumentum non currit. sunt à Deo, ergo non à nobis negatur consequentia. opera nostra sunt à Deo per gratiam & à nobis per laborem. Sic virtutes sunt à Deo per infusionem & à nobis per naturam, & assuetudinē. Et quando dicitur ꝙ nemo continēs nisi Deus det. Resp. Contin entia dup.
Altera meritoria, & laudabilis } Continentia non solum meritoria sed laudabilis est à Deo solo:
Altera tantum laudabilis. } Continentia vero tantum laudabilis sed non meritoria est à viro studioso, ut patet de tot Phis quid fuerunt sine merito continentes, ergo non currit Arg.

Ad 5. est à uirtuosis. Et quando dicitur opera sunt à virtute, & non virtus ab opere. Resp. quòd non valet. Ideo obseruandum est quod opus studiosum est dup.
Alterum plenum, } Opus studiosum plenum est à uirtute, ut reddere quod suum est unicuiq;
Alterum semiplenum } à iustitia. Opus vero non plene studiosum producit virtutem. Exemplum ex actibus imperfectis charitatis frequentatis generatur habitus, qui est charitas perfecta. Sic ex actibus citarizandi habitus sonandi.

Ad 6. Omne agens præstantius passo. Resp. quòd dup. est agens, & producens.
Alterum diuersum in substātia à patiente, } Agens diuersum à patiente in substātia certe est præstanti⁹
Alterum idem in substātia cum patiente, } ipso passo. Vt Architectus respectu lecturi. Agens vero quod est idem cum patiente substiectiue non est nobilius patiente. Exemplum quando anima mouet corpus perse, mouetur per accidens, vnde simul & semel est agens, & paciēs & tn non est pstantior ut agens ipso ut dicitur esse patiens. Quoniā non est differentia substantialis, sed accidentalis. Ita in proposito lib. arb. dicitur esse se ipsum assuescens, & idcirco agens & patiens, non tamen prestantius vt agens quàm ut patiens nisi uoce. Hæc sufficiant pro præsenti. In sequenti videbo Questionem Ioannis Carmelitæ.

LECTIO

LECTIO

Nonagesima quarta super Quastione 33. Doctoris in qua disputat multa de virtute. Et inter alia disputat.

De natura virtutis. Andicat relationem, secundo De subiecto uirtutis. 3. De habitu intellectuali. An sit subiectiue in facultate intellectiua. Idcirco in præsentiarum assum ere decreui primam secundam quæstionē videlicet de subiecto virtutis: deinde alias examinabo. In qua quatuor faciam. Primum erit circa continuationem Ioannis cum Mag. secundum circa habitus animæ, tertium circa conclusionem, & quartum circa difficultates & solutionem.

Quo ad continuationem est facillima. Nam nullum inuenitur discrimen inter Magistrum Sent. & Carmelitam. Quoniam cum Magister egisset de virtutibus cardinalibus: & virtutes sunt habitus, qm̄ sunt qualitates, non recedit à Magistro quærens. An isti habitus. i. istæ virtutes sint in intellectu subiectiue.

Præt. Certum est quòd nulla qualitas potest reperiri sine subiecto cum sit accidens, ergo Carmelita non solum connectit optime cum Mag. sed dilucidat Magistrum, docens quomodo istæ virtutes sunt in subiecto, & non in omni, sed in tali determinato. Hæc quo ad connexionem.

Quo ad secundum de habitibus. Sciendum enim est ꝙ habitus sunt in triplici serie.
1 Est corporalis } Habitus corporalis dicitur esse respectus extrinsecus aduenies ex adiacentia
2 Infusus, } habentis ad aliquam rem determinate habitam, puta ad vestimentum, &
3 Acquisitus } ad ornatum corporalem. Ideo aliquis dicitur vestitus: calceatus: armatus:
4 Intellectualis } loricatus: gemmatus: & similia de quibus Philo., in prædicamentis, & Ar.
5 Morralis } 1. q. 1. explicat Doctor.
6 Practicus. } Secundus habitus dicitur infusus, qui est donum, & virtus à solo Deo creata, & infusa. Vt dona Spiritussancti fides, spes, & charitas.

3 Habitus acquisitus dicitur esse qualitas scientiæ, artis, & amoris, ex auditu, præceptore, lectionibus, & si *2. Ethi.*
milibus acquisita.

4 Habitus intellectualis ꝙ est idem cum habitu acquisito sunt Intellectus sapientia scientia, prudentia, & ars, de quibus Philo. 6. Ethi.

5 Habitus moralis, est qualitas circa mores, ac viuendi modum, vt Iustitia: Prudentia: temperantia: fortitudo: liberalitas: magnanimitas: & aliæ virtutes huius generis.

6 Habitus practicus, est qualitas dirigens, ac inducens animam, uel suppositum ad opus extra. Vt quando ex charitate quis elemosinam facit: alius ex fide orat: & iustus dat vnicuiq; quod suum est, aliàq, huiusmodi. Hinc Doctor in q. 2. huius 33. Art. 1. describens habitum de mente Phi. 2. Ethi. inquit. Habitus est omne acquisitum ex actibus, ex eorumq; frequentia firmatum, quo conuertimus nos cum volumus ad studiū vel operationem.

Idem in libro p̄dicamentorum. Habitus est qualitas firma & de difficili mobilis à subiecto. Idem 3. de Anima t. com. 8. Habitus est qualitas, qua cum uolum⁹ contemplari ac operari possumus. Hæc quo ad secundū.

Quo ad tertium de conclusione. Pono hanc conclusionem. Habitus intellectualis non est in intellectu subiectiue, sed reppresentatiue. Ratio est deducta à Doctissimo Prospero nostro Carmelita, quam defendit etiam Bacho. in 2. Dist. 6. Nam causa cur habitus ponatur in aliquo subiectiue oritur ex hoc, quia auffertur difficultas potentiæ ad suum actum, ac operationem. Nam secundum aliquos dicitur ꝙ uirtus temperātiæ ponitur in concupiscibili ad hoc ut tollatur difficultas ad oppositum vitium, ut ad gulam, luxuriam & similia. Nam est impossibile, ut quis viuat studiose, ac cibo, & coitu moderato utatur sine temperantia, cum natura inclinata sit magis ad malum quàm ad bonum. At intellectus nulla est difficultas respectu sui actus cū Sit in ultima dispositione ad intelligēdum, ac discurrendum. Idcirco sufficit prȩsentia speciei representantis obiectum.

Confirmatur. Intellectus qui habet species subiectiue, quòd est idem ꝙ eas habere impræssas, ut dicunt Thomas, & Scotus, primo intelligit se quàm alia obiecta. Exemplum habemus de Intellectu angelico in quo sunt species impreſſæ, uel subiectiue, qui prius intelligit se quàm alias creaturas. Sed intellectus noster prius intelligit alia obiecta, deinde intelligit seipsum per species aliarum rerum. Nam Intellectus noster cū sit tabula rasa indiget medio ad sui cognitionem medium autem dicitur esse species rerum in Imaginatiua. Et hoc habetur 3. de Anima t. & com. 8. ergo non sunt subiectiuæ species in intellectu.

Præt. Potentia quæ non potest errare, nisi ratione alterius potentiæ ostendentis sibi obiectum: non habet habitum dirigentem nisi in potentia ostendente, ratione cuius errare potest. At intellectus errare non potest nisi per Imaginatiuam ostendentem obiectum. Igitur in Imaginatiua stat habitus subiectiue, & non intellectu. Probatur maior. Quoniam intellectus respectu sui nullam habet difficultatem respectu sui actus, ergo si obiectum sit bene præsentatum non errabit. Ratio. Quoniam obiectum agit modo naturali.

Præt. Si habitus scientiæ esset in intellectu subiectiue, ergo esset forma intellectus, ergo intellectus mutaſe ergo quoniam forma cuicunq; enti aduenit dat esse vel substantiale, ut in substantijs, ut in materia, & forma, vel accidentale, ut in subiecto & accidente. Sed formæ vltimæ non est forma: ergo non potest scientia esse in intellectu subiectiue, vel per impressionem.

Præterea cum Intellectus sit dup.
Alter est intellectus Agens. } Non est subiectiue in Intellectu possibili, quoniam mutaretur. Sed
Alter est Intellectus possibilis. } hoc est falsum. Non est etiam in intellectu agente. Quoniam id quod producit aliquid non est in illo, sed in alio. Quoniam finis agentis est in aliud producere. At species producitur ab agente, ergo in illo non est. Nam inquit Phi. Agentis intellectus est omnia facere.

Præt. Arist. & Commentum 3. de Anima t. com. 20. Quærit an post mortem anima remini scatur Vbi respondent quòd nullo modo reminiscatur. Ratio est in promptu. Quoniam cum memoria nostra

fiat

fiat per tres facultates materiales S. per cogitationem, imaginatiuam, & rememoratiuam, & post mortem intellectus materialis non copulatur cum eis, ergo sequitur, ꝙ species non est in intellectu subiectiue, quia esset etiam post mortem, ergo cum reminiscentia sit ex cogitatiua, Imagina. & rememoratiua, sequitur necessario ꝙ species intelligibiles non sint in Intellectu, sed in sensu firmatæ. Hæc quo ad probationem.

OBIECTA

Contra conclusionem desumpta à Doctore 2. li. Dist. 6. ar. 3. quòd species sunt in intellectu subiectiue, & per modum impressionis.

Arg. 1. Omnis cognitio inquit Scotus fit per assimilationem cognoscentis cum obiecto cognito. Sed nullum cognoscens potest assimilari obiecto cognito sine specie assimilante, ergo si intellectus debet cognoscere lapidem oportet habere in ipso lapidis speciem, ergo si est in illo erit subiectiue, & per impressionem.

Arg. 2. Nullum in determinatum per naturam terminat seipsum ad aliquid singulare sine specie terminante ipsum. At intellectus ex sui natura est indeterminatus ad omnia obiecta, ergo si debeat determinari ad aliquid singulare indiget medio: sed non potest esse aliud medium quàm ipsa species, & similitudo obiecti, ergo erat in intellectu, ergo subiectiue. Maior est Phi. 2. Physi. vbi posuit illud dictum, ꝙ à contingẽti æquali nulla prouenit actio. Minor etiã patet ex tertio de Anima, vbi loquens de Agente, inquit ꝙ est omnia facere: & de possibili est omnia fieri.

Arg. 3. Omne quod est in potentia essentiali necessario reducitur ad operationem, uel ad suum actum per actum primum. Sed intellectus ante intellectionem est in potentia essentiali ad intellectionem, ergo indiget actu primo deducente ad actum secundum, quòd est intelligere. *Phy. 5.*

At cum actus primus sit species, & actus secundus sit intellectio oportet ante, secundum actum intellectionis ponere primum quod est species intelligibilis, ergo erit subiectiue, & per impressionem.

Arg. 4. Actionis non potest esse terminus alia actio, vt scribitur à Phi. 5. Physicorum. Tunc quæro. Aut obiectum habet actionem vel non habet. Sed certum est quod vtrunq; habet actionem. Nã sic de intellectu. Aut habet actionem, aut non. obiectum mouet intellectum sed intellectus habet suam actionem quoniam intelligit obiectum. Tunc sic, si actio obiecti non potest terminari per actionem intellectus quod est intelligere, quia est ad aliud, & terminus est absolutus sed terminat à potentia intellectiua: sic actio intellectus non terminabitur per actionem obiecti quòd est mouere, cum motus sit successiuorum, & non terminatorum, sed terminatur ad speciem obiecti. At hæc species cum non sit in obiecto, ergo erit in intellectu, ergo subiectiue, & perter impressionem.

Idem asserit Aug. 11. de Trini. c. 2. qñ asserit ꝙ notitia paritur à cognoscente, in & cognito per speciẽ. At species est in cognoscente formaliter, & incognito materialiter, ergo subiectiue in vtroq;.

Idem asserit Arist. 3. de Anima dicẽs Aïa est locus specierum non tota sed intellectiua, ergo ibi sunt species subiectiue, impressæ.

Idẽ in eodẽ li. 3. de Aïa inquit, ꝙ Aïa est quodammodo oïa sed non omnia per commistionem realem cũ sit immistus, & immaterialis, ergo oportet dicere quòd sit omnia per species obiectorũ ergo p impressionẽ. Clarius explicatur eo locidum inquit. Quòd lapis non est in anima, sed species lapidis, ergo erit subiectiue, ergo per impressionem.

Arti. 7. Idem in eodem 3. inquit Communiter ꝙ Intellectus non habet de intentione passionum nisi formã, comprahendit. Et Communiter explicans seipsum uocat formam speciem obiectiuam, ergo si est in intellectu materiali, vel possibili erit impræssiue, & subiectiue.

Præt. Si species obiecti non erit in intellectu impressiue, ergo erit in sensu formaliter ergo prius cognoscet se potentia sensilis quàm alia. Hoc falsum, quoniam nulla facultas seipsam cognoscit nisi sit reflexiua supra se, ut intellectus, & voluntas, ergo non est in Imaginatiua, ergo in Intellectiua.

Idem 6. Ethi. Ars, sapientia, prudentia, & scientia ponuntur in Intellectu.

Idem 2. Ethi. ubi ponit facilitatem in rationali per essentiam. Idem eo loci. 7. cap. 5. diffiniens virtutem inquit. Virtus habentem perficit, & opus eius bonum reddit. At opus intellectus est bonum, ergo intellectum perficit, ergo est subiectiue.

Idem in secundo magnorũ moralium, in quo Phi. reprehẽdit Socratem qui posuit omnes uirtutes morales scientias: Nam non potest esse verum. Quoniam omnes scientiæ sunt in intellectu, & ratione, ergo.

Idem S. Hieronimus super 13. Matth. inquit. Prudentia est in ratione sicut uitium odij in concupiscibili, ergo subiectiue.

Idem Aug. Nam uolens probare animę immortalitatem vtitur hoc argumento. Scientia, & ars sunt in anima, ergo immortalis.

Idẽ. Scientia est vniuersaliũ, vniersalia nõ sunt in facultatibus sensitiuis, sed in intellectu, ergo subiectiue.

Arg. 8. Idem primo Methy. in proemio. Vbi Phy. dicit quo scientia & ars ex particularibus causatur. Sed particularia simul sumpta faciũt vniuersale. Vniuersale est in Intellectu subiectiue, ergo & scientia ergo species.

Præt. super illud Corinthi. Hic ex parte cognoscimus, & cæt. legit quòd scientia est potentia eius, cuius actus est uisio: sed visio est actus Intellectus, ergo scientia erit in intellectu subiectiue.

Arg. 9. Idem 7. Phy. t. com. secundo Dicit Phy. quòd in intellectu non est alteratio in acquisitione scientiæ, ergo oportet fateri ꝙ in intellectu sit scientia.

Præt. inquit Pet. de S. Dionysio. Habitus sunt formæ absolutę: sed formæ absolutæ determinant subiectum in quo sunt, ergo si per te scientia est in Imaginatiua homo non per intellectum, sed per imaginatiuã diceretur sciens: quòd est falsissimum, ergo erit in Intellectu subiectiue.

RES.

RESPONSIONES

Carmelitæ, quòd scientia non sit in Intellectu subiectiuæ ex 2. & 3. libro.

Ad primum Scoti. Omnis cognitio fit per assimilationem. Resp. Transeat argumentum, & concedatur. Non tamen sequitur, ꝙ pp hoc sit species in in Intellectu subiectiue, sed dicitur esse in ratione representatiua obiecti, in eius absentia.

Præt. assimilatio potentiæ passiuę cum obiecto cognito dup. accipi potest.
Vel ut assimilatio dicit formam in potentia passiua / Vel vt dicit conuenientiam cum obiecto. } Si sumatur primo modo sic est falsum. Quoniam in Intellectu non potest esse talis forma, uel species cum magis esset impedimentum quàm auxilium intellectione ut patet in primo Phy. t. co. 60. de prima materia, quæ si haberet formam impressam nullam aliam reciperet: sic de oculo: sic de Intellectu. Nam dicit Phy. 3. de Anima. Si intellectus esset mistus certe non appeteret obiectum extraneum. Si vero sumatur similitudo pro conuenientia, & proportione cognoscentis cum obiecto cognito, sic dico ꝙ requiritur assimilatio, & sic currit argumentum, & cõclusio stat simil. Sũt similia quia vnũ est natũ agere, & aliud pati.

Ad secundum oportet ut potentia intellectiua terminetur. Transeat, ergo in seipsa sit species negatur. Nam terminari est dup. primo modo sumitur pro specie & habitu existente in terminabili & hoc modo non ponitur in Intellectu; secundo modo pro specie expressa in Imaginatiua repræsentante illud obiectũ, & hoc modo terminatur. *2. de potentiæ quæ habet difficultatem. Intellectus nullã.*

Ad 3. Intellectus est in potentia essentiali, ergo species est in illo modo impræsso, negatur sed sufficit modo expressus.

Ad 4. Actio non potest terminare actionem. Resp. ꝙ actio est triplex.
Immanens / Transiens & / Permanens, } Actio permanens non terminatur per actionem quoniam relationem habet ad formam quæ dicitur esse suus terminus. Vt sculptor habet pro termino non incidere, sed Mercurium, & Aloysium fratem meum.

Actio transiens, & immanes habent pro termino actionem. Nam citarizandi ars habet pro ternimo vltimam actionem: Sic cantatio; percussio, & similia. Sic de immanente. Nam passiui habent pro termino motionis obiecti intellectionem receptam; & actiui ad ipsum obiectum habent in illa motione intellectionem. Vnde actio ab actione terminatur. i. motio obiecti ab intellectione.

Ad 5. Augustini, & ad Auctoritates Phi. in 3. lib. de Anima, & in libris Ethi. Resp. ꝙ Intellectum recipere species, vel scientias, vel habitus, uel esse subiectum specierum stat dup.
Primo modo proprie, & absolute. / Secundo modo improprie, & secũdum quid, prout species in esse repræsentatiuo exprimitur ali Imaginatiua, & sic dicimus quòd recipit eas, & est specierum subiectium. } Si sumatur proprie, & absolute falsum est quod recipiat eas tanquàm habitus; si vero sumatur improprie, & secũdũ quid, prout species in esse repræsentatiuo exprimitur ali Imaginatiua, & sic dicimus quòd recipit eas, & est specierum subiectium.

Exemp. dicitur quòd Intelligentia est in cœlo, & recipitur. forsitan quia sit forma? Negatur sed dicitur recipi in cęlo, quia sic mouet cęlum ac si cęli esset forma in formans. sic species sunt in intellectũ; quoniam sic repræsentant obiectum intellectui, & ipsum excitant ac si essent in illo formaliter.

Secundo Ratio species sumitur dupliciter.
Vel ut dicit habitum intellectus? / Vel ut dicit actum. } Si sumatur primo modo sic non sunt in Intellectu; sic dicit doctor de virtutibus moralibus; si vero sumatur pro actu intellectus sic dico quòd sunt in Intellectu subiectiue.

Ad illud de loco, quòd Intellectus est locus specierum, Resp. quòd non sequitur ex hoc quod sint in Intellectu subiectiue, vel per in hærentiam, aut informationem sicut acidens in subiecto; sed dicitur esse in loco per quandam præsentiam, vel repræsentationem vti locatum non est in loco per informationem, sed per continentiam.

Et quando dicitur quòd scientia est actus primus Intellectus quo scimus, sicut anima est primus actus corporis ut secundo de Anima

Resp. quod actus, uel forma, vel species sumitur dupliciter.
Vel ut dicit formam dantem esse / Vel vt dicit dispositionem ad imperationẽ. } Si sumatur primo modo sic sola anima est actus primus corporis; & actus primus quo scimus, uti placuit Phi, dicẽti. Anima est qua primo viuimus momemur &c.

Si vero ectus sumatur dispositiue, prout disponit animam ad intellectionem, sic non est forma ut in subiecto, nec species vt habitus in potentia, sed est species expressa in Imaginatiua. Secundo duplex est operatio,

Altera immanens, / Altera transiens } In operatione immanente verum est quòd scientia potest dici forma operãtis In actione vero transeunte, scientia non erit in Intellectu vt forma in subiecto.

Ideo duplex datur quo.
Alterum primum primo. / Alterum primum secundo, } Quo primũ primo est forma agentis, & operantis, ut Aïa respectu hoïs Quo primũ, secdo est scientia quæ non est forma, sed species assistens efficiensq; motionem in Intellectu. Exemplum clarissimum in igne. Certum enim est quòd ignis agit in aquam, & calefacit. Tamen nec species ignis, nec calor ignis est in aqua ut forma; sic species licet excitet intellectu non tamen est in intellectu ut forma.

Ad illud, Species in imaginatiua non sunt intellectuales. Resp. quòd intellectuale sumitur tripliciter,
Vel quia sunt in intellectu, / Vel quia faciunt intellectum / Vel quia refferunt actum intellectualem. } Si sumaf primo, & secundo modo sic dico quo nullo modo sunt in intellectu; si uero tertio modo sic dico quòd sunt in Intellectu quia referunt intellectum. Exemplum in prædicamentis. Phi. vocat qualitates passibiles. Non quia aliquid in seipsis patiantur, sed quia alijs inferũt passionem. Vt sapor, dulcedo, odor, amaritudo, nil in seipsis patiuntur tamen alijs inferunt passionem. Nam

gustui

gustui faciunt alterationē,& alijs. Sic speties quæ sunt in Imaginatiua dicuntur Intellectuales, non quia sine discursiue, aut in intellectu formæ, sed quia excitant intellectum.

Ad illud. Vniuersale causat scientiam: vniuersale in intellectu subiectiue,ergo, & scientia. Resp. ꝙ vniuersale esse in intell.sumit dupli. Vel quo ad in formationē,& hoc non. Vel quo ad considerationem,& hoc modo sic. Quoniam intellectus considerat speciem obiecti in Imaginatiua non singulariter, utinc uniuersaliter: quoniam abstrahit ab hic & nunc.

Idem ad illud Pauli. Idem ad illud Ph. Quando dicitur ꝙ aduenit scientia mutatione.Resp.ꝙ solutio est clara. Quia scientia non habitus,nec speries est forma,sed quo excitatur tantum.

Et quando dicitur,ergo Imaginatiua. Intell. Resp.non essentialiter,sed excitatiue,& quia intellectui representat speties obiectorum. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar aliam quæstionem. An virtus moralis sit in appetitu sensitiuo.

LECTIO

Nonagesimaquinta super quest. 3. Ioannis Carmelitæ in qua disputat de virtute morali. An sit in appetitu, vel in intellectuali. Vbi de mente Doctoris in articulo 3. pono hanc conclusionem. Virtutes morales sunt in appetitu rationali.i. in voluntate. Sed quoniam in hac quæstione sunt Doctores multiuaria sentientes. Nam alij sunt omnino cum Doctore: Alij partim; Alij omnino reluctantes; Idcirco breuibus narrabo Doctores, quos in hac discurrunt, & sunt isti. S.

S.Thomas
S. Bonauentura
Henricus
Scotus
Aureolus.
Phi.Eustratius Michael. & Alii.exijs

} Sanctus Thomas p.2.q.56.art.6. & cum illo S. Bonauentura.Dist.33.quæ.3.Hen. Quoli.4 q.22.Scotus Dist.33.q.1.Tenent cum Doctore nostro ꝙ sunt in voluntate: Aureolus ponit ꝙ virtutes morales sunt in vtroque appetitu, Intellectiuo,& sensitiuo.

Eustratius, & Michael Scotus ponunt,ꝙ solum iustitia est in Voluntate, reliquę omnes in appetitu. Idcirco vt morem, modūq; consuetudinem seruem,adducam probationem conclusionis,subinde difficultates, & solutionem. Concl.sit ista. virtutes morales sunt in voluntate.

6. Ethi.com.

1.Probat Doctor in 1.art in medio ex virtutis diffinitione. Voluntatis munus est elicere actum electiuū per habitum electiuum qui est in illa: Sed virtus moralis est habitus electiuus in medietate consistens, ergo erit in ipsa voluntate. Maior clarissima quoniam voluntas cum liberasit,potest eligere: at quia potest bene & male eligere,idcirco indiget habitu inclinante ad bonum. Minor patet.ex Phi.3.Ethi.c.5.

2 Probatio. Sicut se habet intellectus. ad verum, sic se habet voluntas ad bonum; Sed intellectus vt feratur in verum principiorum, ac conclusionum, indiget habitu inclinante in illa, ergo, & voluntas vt inclinetur ad bonum vel bona, indiget isto habitu virtutis. Maior est clarissima quoniam sicuti intellect est tabula rasa: sic voluntas est cęca, ideo utroque habitu indiget. Minor patet ex Philo.6.Ethi.c.4

3 Probatio. Voluntas habet pro obiecto simpliciter ipsum bonum in genere: ergo omnia bona particularia, ergo in ipsa sunt omnes virtutes morales quę respiciunt bonum.

4 Probatio. Diui Thomæ q 56.art.6.Voluntas potest considerari respectu obiecti, tripliciter.

Primo modo vt respicit bonum eminentissimum
Secundo modo ut respicit bonum vniuersale,
Tertio modo ut respicit bonum singulare.

} Si consideretur ut respicit bonum diuinum, cum istud excedat voluntatem,indiget voluntas virtute eleuante ipsam ad hoc bonum. Si consideretur respectu boni uniuersalis etiam indiget. Quoniam cum sit libera potest ad opposita,ergo,& ad malum, uti ad bonum: Vt ergo sit ad bonum indiget uirtute. Si deniq; consideretur respectu boni singularis pariter indiget. Tùm ut inclinetur: tùm ut promptè & ex pedite eligat & operetur.

5 Probatio deducitur,ab Henrico Doctissimo quoli.4.q.22. vbi tenet ꝙ omnes uirtutes morales sunt in uoluntate subiectiuè. Hinc dicit ꝙ uoluntas triplicem aggenerat conceptum.

Primus conceptus est de uoluntate ut natura,
Secundus de uolnutate ut libera,&
Tertius de uoluntate ut deliberatiua.

} Prima voluntas ut dicit naturam, non indiget uirtute inclinante in bonum; quoniam naturaliter fertur in bonū. Et hoc modo nō est in illa uirtus moralis subiectiue.

Secundo modo voluntas & tertio modo, ut dicit libertatem, & deliberationem,indiget uirtute determinante inclinante,& facilitante ad bonum. Et licet dicat ꝙ ut libera non indiget, quoniam impediretur sua libertas, tamen Curonensis Carmelita dicit,ꝙ nullo modo impeditur libertas,sed auxiliatur. Exemplum de gratia quæ non impedit libertatem sed magis corroborat, ergo.

6 Probatio est Diui Bonauenturę 3. Disti.33 q 3. uoi tenet concluſiuè ꝙ sint in parte ratio. & hoc propter tres causas potissimas.

1.Est ratione meriti,
2.Ratione Imaginis,
3.Ratione boni.

} Prima causa est a meriti ratione. Nam cum meritum sit ab electione boni; Bonum non eligitur sine libero arbitrio, & gratia:ergo cum per uirtutem fiat electio boni erit in lib.arb.& uoluntate.

Secunda causa est ratione Imaginis. Gratia non potest esse nisi in imagine Dei; ergo nec uirtutes.

Probo antecedens. Gratia non potest esse nisi in potentia rationali cognitiua, & affectiua,sed hęc est Imago Dei, ergo solum erit in illa. Probo consequens. Virtutes meritoriæ fundantur in gratia, ergo sunt ubi gratia,ergo in appetitu rationali in quo residet diuina gratia.

Tertia causa est ratione boni.Dicit Tullius. Virtus est circa bonum honestum: At bonum honestum est solius potentiæ rationalis,ergo,& virtus moralis erit in appetitu rationali.

7. Probatio.Scoti.Virtus est per se principium actus laudabilis vt dicitur 2.Ethi.c.3.Et 3.Ethi.c.5.& 6.Sed nulli debetur,laus nisi uoluntariè agat, & operetur,ergo uirtus erit in uoluntate. Nam eiusdem potentiæ est uirtus & habitus cuius potentiæ est per se liberè agere,& operari. Huiusmodi est uoluntas, ergo in uoluntate erit uirtus.

8 probatio. In hoc differunt motor & motum, ꝙ virtus, & perfectio semper reperitur in motore magis quam in moto,ergo si in homine motor est uoluntas, & motum sunt potentiæ irascibiles, & concupiscibiles, erit in eis uirtus,qua uoluntas mouet.

9 Probatio.Dicit Carmelita propter illam propositionem famosam, melius est aliquid fieri per pauciora,quam per plura,ꝙ debent poni in appetitu rationali,& non insensitiuo propter duo incommoda.

Alterum penes directionem
Alterum penes multiplicationem,

} Penes directionem. Quoniam licet sint in sensituis tamen non possunt dirigi a seipsis cum sint irrationales, & irrationalia nesciunt dirigere actus suos per uirtutes morales,cum nesciunt earum uim. Igitur si ponerentur in sensitiuis facultatib.superuacantæ essent, appetituque rationali indigerent.

Penes etiam multiplicationem oriretur in commodum. Nam si ponantur in uirtute rationali sufficiunt non solum ad operationem facilem rationalis, sed etiam ad regimen facultatum sensilium si uero ponantur in sensitiua facultate oportet multiplicare virtutes alias propter rationalem appetitum, ne committatur error maximus ꝙ perfectissima facultas uoluntatis in sui electione a facultate imperfectissima dependeat.Igit recta sit intentio istorum Theologorum ꝙ virtutes morales sint solum in uoluntate, & non in sensu.

Quæstio à Doctore,Nostro.

10 Probatio. Preterea.Doctor ut soluat omnes aliorum difficultates, quæritin ar.3. An plures inclinationes plurium potentiarum possint concurrere ad constitutionem unius virtutis,uti elementa quę in concursu eorū oritur unū mixtū,& per consequens una uirtus tertia quæ non est nec simpliciter calida, nec frigida, nec sicca.nec humida,sed media? An plures inclinationes unius potentiæ possint ad istā uirtutis constitutionē concurrere? Vt paret de Intellectiua facultate quæ ad plura & diuersa & opposita est inclinata, ut ad uerū & falsum, scientiam & ignorantiam. Et hoc facit ut possit uidere An uoluntatis,& sensilis facultatis, sint simul virtutes cardinales? Et respondet quod est impossibile ꝙ ex diuersis inclinationibus diuersarum facultatum, vel ex diuersis inclinationibus eiusdem facultatis, possit constitui una uirtus. Et hoc persuadet 3.

Primo quia uirtus est una simplex essentia,& istæ inclinationes sunt multa individua,sed ex multis individuis non resultat res simplex sed composita,ergo.

Secundo quia virtus est unus actus eius cuius est uirtus,ergo non pōt constitui ex tot actibus diuersarum potentiarum,cum unaqueque suum producat actum.

Tertio quia uirtus est sibi ipsi similis,& similbolica, ergo non potest constitui ex diuersis potentijs: cum potentia diuersa sit principium diuersum, & ex diuersis principijs diuersæ oriuntur uirtutes. Vnde cōcluditur ꝙ nullo modo possint uirtutes cardinales esse simul in uoluntate,& sensu ut in una uirtute tertia ex ijs resultante, Hæc sufficiant pro probatione conclusionis. Modo adducam argumentum contraria.

OPPOSITIONES

Quod virtutes Cardinales, & morales sunt in sensitiua parte.

1. Arg. virtus ponitur magis in illa parte quæ debet magis rectificari: At Phantasia magis est rectificanda quam ratio, ergo in illa sunt ponendæ uirtutes. Probo minorem, Dicit Philo.ꝙ ratio est semper recta,phantasia verò recta,& non recta ergo magis in illa sunt ponendæ Cardinales.

2. Arg.Virtus est in appetitu sensitiuo,& omnes passiones, ergo, & uirtutes erunt in sensitiuo cum sint moderatiuæ passionum. Antecedens patet quoniam uoluntas ex se nullam habet passionem sed habet à sensu; sentio aliam legem repugnantem legi mentis meæ. Consequens probatur. Quoniam opposita fiunt circa idem subiectum.

Idem asserit Philo. 2.Ethi.dicens.Virtutes morales mediant inter plantatiuam & rationalem:plantatiua est uegetatiua quæ est media facultas sensus,ergo.

3. Præterea Tres sunt facultates hominis.s.Rationalis:sensilis & naturalis.Naturalis non indiget virtute ad suam functionem, quoniam est ad unum determinata. Nec rationalis quoniam ex se cùm sit libera ad utrumque oppositum potest se determinare,ergo necessario erit in facultate indeterminata,ac multis impedimentis irretita.

4. Arg. ꝙ sint in utroque ex 2. arti Certum est ꝙ uirtus moralis generantur ex ijs facultatibus diuersis, uidelicet, ex recto dictamine intellectus ex recta electione uoluntaris: ex recta obedientia appetitus sensitiui,& ex frequentatione istorum Nam ex ijs dico generat inclinatio ad facilem obedientiam,quæ est uirtus moralis. Tunc arguo sic. Si conceditur virtus moralis in rationali quia generatur à ratione, debet concedi etiam in sensitiua, quia ab illa causatur. Patet exemplis.

Productio virtutis.

Dicimus ꝙ Flauedo est alba & nigra quoniā ab utrisque producta: Sanitas est calidum frigidum,humidū & siccum,quoniam ex ipsis; Pulchritudo est dispositio, coaptatio, & color, quoniam ab illis ortum ducit:& à diuersis membris in quibus reperitur. Vnde ex diuersis facultatibus unica oritur virtus. Sic dicimus de uirtutibus moralibus. Nam iustitia est ab intellectu: à uoluntate: & à sensu. Ab intellectu dirigente: à voluntate imperante;& à sensu exequente, ergo.

Flauedo. Sanitas Pulchritudo quid?

5. Arg. Philo.7.Ethi.c.12. ponit fortitudinem & temperantiam in facultatibus irrationalibus. Quia in illis sunt passiones uitiosæ.

Idem 6. Ethi.c.5.& 6.Dicit enim ꝙ quædam uirtutes sunt in ratione per essentiam, & quædam in ratione per participationem. Sed participatio rationis utrique appetitui cōuenit, ergo erit in illis uirtutes morales.

6. Arg.

Principatus despoticus, q.d.

6. Arg. Phil. 1. Polyti. dicit ꝙ Anima 2. habet principatum. Habet namque. Principatum despoticum & Principatum Polyticum. } Despoticus est corporis Polyticus est animæ. } Despoticus est similis dominio hæri cum seruo. Vnde sicuti dominoseruus reluctari non potest, sic corpus haud resistere potest animæ. Hinc in corpore nulla ponitur virtus qua possit inclinari ad obsequium animæ.

Poly. vero est similis Imperio Regis cum ciuibus; Baronibus: & Ducibus, quia possunt contradicere & rebellare Regi sic vires inferiores possunt voluntati contradicere, & rebellare. Ideo indigent uirtute ut ad obediendum inclinentur. Ratio. Quoniam virtutes inferiores sunt imperfectæ, ergo.

7. Arg. ꝙ in uoluntate sola sit Iustitia, & aliæ omnes in sensitiuis. Voluntatis munus est imperare: At imperium dependet a uirtute dirigente potentiam in Imperium: ergo erit à iustitia legali, quæ omnem dirigit uoluntatem. Ideo dicit quidam legista ꝙ tripl. est obiectum uoluntatis.

Obiectum uoluntatis triplex.

Primum excedit uoluntatem, simpliciter
Secundum est conforme uoluntati,
Tertium excedit secundum quid.
} Primum obiectum ꝙ excedit simpliciter uoluntatem est bonum beatificum, Deus optimus maximus. Ideo ut possit eleuari in illud datur fides: charitas & gratia. 2. est bonum in uniuersali, quod non excedit uoluntatem. Idcirco non datur uoluntati habitus inclinans in illud cũ sit inclinatissima. 3. est bonum secundum quid, quod uocatur bonum ad alterum. Quod aliquo modo excedit uoluntatem. Nam ex propria, nimiaque affectione homo retrahitur à bono ad alterum. Idcirco vt inclinetur uoluntas datur virtus Iustitiæ, ac liberalitatis tantum non autem aliæ virtutes, cum illis non indigeat. Hæc pro contradictione.

RESPONSIONES

Argumentorum quòd nec Cardinales, nec morales uirtutes sunt in sensu.

Ad primum virtutes sunt in potentia quæ est magis rectificabilis. Resp. & hæc responsio euacuabit mille difficultates, ꝙ virtutes morales dupli. pensari possunt.

Vel secundum essentiam
Vel secundum diffusionem, effusionem, & redundantiam.
} Si considerentur secundum essentiam, sic non sunt in sensu, quoniam sunt dignissimę, ideo sede dignissima indigẽt: si vero considerentur secũdum redũdantiam, sic sunt in sensu ab appetiuo uoluntario. Idẽ ad 2. 3.

Ad 4. quando dicitur ꝙ causatur virtus per sensum. Resp. ꝙ non causatur sed firmatur magis.

Idem ad omnes Auctoritates philosophi quando ponit uirtutes esse facultatum irrationalium, non per essentiam dicuntur esse sed per redundantiam.

Idem ad illud de Principatu; & de alijs. Indigent facultate non quo ad essentiam cum sint uirtutibus improportionatæ, sed sufficit redundantia, & diffusio, Et hoc modo rationi obediunt. Hæc pro presenti. In sequenti tangam primam, Quæstionem in ordine Bachonnis; in qua subtiliter disputat. An virtus sit pura Relatio?

LECTIO

Nonagesima quinta super Quæstione. An uirtus sit relatio? Et

Ex doctore nostro

Quoniam in hac materia sunt opiniones præstantissimorum Theologorum & philosophorum unde facile est errare. Idcirco ut rectius Doctoris nostri scopũ ac finem capere valeam quinque examinare, explicare, & enucleare intendo.

Primum erit circa habitus acceptionem
2. circa relationis multiplicationem,
3. circa Doctoris conclusionem
4. circa probationem. Et
5. circa difficultatum solutionem.
} Quo ad primum de habitu. scire oportet ꝙ habitus dꝛ 4. Primo modo significat perfectionem subiecti. Vt uirtus, & ars in anima
Secundo modo sumitur ut est fundamentum connotans relationem, & respectum solum.

Tertio modo sumitur quatenus dicit cum respectu relationem ad operationem, & ad terminum oppositum. Vt paternitas non solum est qualitas in subiecto, sed etiam est fundamentum relationis, & respectus ad filium terminum suum oppositum. Sic ars & scientia non solum sunt habitus perfectiui; sed sunt connotantes relationem ad operationem, & ad meditationem.

Quarto modo sumitur habitus pro constituto ex utroq;: scilicet pro respectu, & pro operatione unitim. Exemplum in pulchritudine. Nam pulchritudo habet conceptus quatuor.

Pulchritudo habet quatuor conceptus.

Primus est qualitatis.
2. est connotationis,
3. consequutionis, &
4. aggregationis.
} Primus conceptus qualitatis est absolutus, & nullã dicit relationẽ, Qm est de prima specie qualitatis: & qualitas est forma, & prædicamẽtum absolutum, & per se. Ideo pulchritudo ut sic non habet relationem. 2. 3. & 4. modo est relatio formaliter, & quid ditatiue.

Exemplum sumitur in igne. Ignis habet istos conceptus. Nanque dicitur.

Substantia
calida
calefactiens
} Ignis vt substãtia dicit ens absolutum & per se.
Ignis vt calidus, dicit ens accidentarium de tertia specie qualitatis.
} de pulchritudine. Nam pulchritudo ut respicit subiectum in quo est dicitur qualitas absoluta. Vt dicit cõnotationem hominis, pulcherrimi, quæ connotatio fundata est in

Ignis ut calefactiẽs dicit relationem, ut est predicamenti formaliter distincti à substãtia & à qualitate. Eodem modo dicitur. pulchritudine, & ex connotatione, & fundamento resultat quid tertiũ & dicitur omnifariã & relatio relatiue formaliter & quidditatiue. Hæc quo ad 1. desumpta ex 6. art. 1. quæstionis Carmelitæ.

Quo ad

Quo ad 2. de Relatione. Relatio pro nunc sumitur tripli.

Prima est rationis
2. absoluta,
3. secundum quid.
} Relatio rationis est respectus, cuius esse solum in intellectu formaliter reperitur, & extra intellectum nullum habet esse. Exemplum. Identitas dicitur esse relatio, & respectus eiusdem de eodem. Ista relatio solum ab intellectu fabricatur. Nam intellectus concipit se non esse diuersum a seipso sed idem. Vnde eadem relatio & respectus habet unum tantum terminum, cum tamen deberet duos habere, & oppositos.

Relatio absoluta, est respectus realis præter operationem intellectus positus inter duo opposita, ut paternitas respectu patris & filij seruitus: Dominium: Agens & patiens; Duplum & dimidium. Nam isti respectus inter hæc entia sunt absque intellectus operatione. *S. Diui. s. co. 19*

Relatio secundum quid dicitur esse respectus realis sed non secundum utrumque extremum, sed tantum secundum unum extremum. Quoniam unum extremum dependet ab altero & non econtra. Exemplum apparet inter scientiam & scibile, sensationem & sensile. Nam inter scientiam, sensationem & sensile intelligibileque datur relatio realis sed solum respectu unius extremi dependentis ab altero, & non econtra. Nam scientia realiter refertur ad scibile, & sensatio ad sensile quoniam dependent à scibile & sensili: & non potest dici scientia, nec sensatio sine his, Non tamen dependet scibile & sensile à scientia, & sensatione. Vnde possunt esse scibile, & sensile sine sensatione, & scientia.

Præter. addo. Relatio realis non potest esse in aliquo sine illius subiecti mutatione. Hoc patet in qualitate, & quantitate. Nam nullo modo aduenire potest quantitas, & aut qualitas ipsi subiecto sine mutatione subiecti. Vt patet in accidentibus omnibus.

Relatio vero rationis aduenire potest alicui sine sui mutatione. Exemplum in columna. Nam in columna ponitur dextrum & sinistrum sine sui mutatione quoniam nil recipit. Cum ratio dextri & sinistri sit solum in re animata. Et ideo phil. cum posuerit dextrum & sinistrum in cælum concluſit etiam ꝙ cælum sit animatum. Columna igitur cum sit animæ expers, non uere habet dextrum nec sinistrum. Ideo in relatione rationis non fit mutatio, nisi respectu alterius, Ex ijs modo accedo ad 3. ad conclusio.

Conclusio igitur sit talis. Virtus est absolutum, & simul est relatio pura & formalis. Probo utrumque membrum, & primo quod sit absolutum.

Quod virtus sit quid absolutum probatur ab Arist. 7. phy. t. com. 17. & 18.

Omnis perfectio absoluta est illa quæ attingit omnes suas partes, operationem, finemque rei. At uirtus attingit omnes suas partes, operatio. & finem, ergo est perfecti. Maior est phil. 5. Diui. c. de perfecto. Minor est clarissima 7. Phy. 17. & 18. Quoniam uirtus consistit in indiuisibili: & tendit ad optimum, quoniam est dispositio perfecti, uel perfecta ad optimum. 1. ad finem, ergo.

Præterea Illud est perfectum & absolutũ quod attingit propriã uirtutẽ in generando sibi simile secundum naturam. Sed uirtus est huiusmodi, ergo. Maior est Phi. 5. Phy. t. com. 9. Vbi ponit hanc methodum. Nihil est perfectum & absolutum nisi sit aliquid excepta relatione, ac principium intrinsecum suæ operationis. Minor etiam est phil. t. co. 18. phy. 1.

Præterea Illud est absolutũ ad quod non est motus. Sed ad uirtutem non est motus, ergo absolutum. Maior est cla. Qm̃ motus est acquisitio partis post partem, & uirtus habet omnes partes. Minor patet. Quoniam virtus est perfectio, ergo ad ipsam non est motus. Hęc sunt in ar. 2. Idem apparet in 4. Arti.

Præter Species cuiuslibet generis debet esse ens per se. Sed uirtus est species generis scilicet qualitatis, ergo erit ens per se. Maior est clarissima si species nõ esset ens per se, ergo male cõcludit phil. ꝙ Genus prædicatur inquid de speciebus. dicendo hoc est hoc.

Ideo in art. 6. dicit Doctor. Si habitus accipiatur quantum ad suum per se & quidditatiuum significatum sic est qualitas & ens per se, & absolutum.

Confirmat in 5. ar. contra Aureolum Nam eo loci inquit Doctor. Quod habet rationem formæ habet rationem absoluti; Sed virtus habet rõnem formæ, ergo & absoluti. Minor est clarissima. Illud habet rationem formæ per quod nonimamur quales: sed per uirtutem, & habitum dicimur quales, ergo erit forma, ergo absoluta. Maior etiam est probata Quoniam forma perfecit, & uirtus est perfectio. Et sic concl. remanet uerissima ꝙ habitus & uirtus sunt quid absolutum.

Modo probo etiam ꝙ sit relatiuum.

Prima probatio ex 1. ar. Omne includens suam causam est ad aliquid. Sed uirtus & habitus suam includũt causam, ergo sunt ad aliquid, Maior est clara Quoniam omnis effectus habet dependentiam realem ad suam causam. Minor probatur. Quoniam scientia refert scibile unde ducit originem, & sensatio sensile, ergo ad aliquid.

2. Probatio ex Aristo. sententia 7. Phy. t. & com. 17. Nam inquit In habitibus non est alteratio. Ratio. In ad aliquid non est motus; sed habitus, uirtus & uitia ut sunt ad aliquid, ergo non erit motus. Maiorem probo per Phil. 5. Physi. 12. 13. In quocunque prædicamento est motus nihil illius prædicamenti potest aduenire alicui sine mutatione illius cui aduenit, exemplum. Calor cũ sit de genere qualitatis quæ recipit motum nõ potest aduenire aquæ sine mutatione, & alteratione aquæ: sic quantitas nam potest aduenire alicui corpori sine mutatione corporis, sic numerus: sic nec manus mea potest recipi de nouo in aliquo loco sine suo moto locali; sed relatio potest aduenire alicui sine sui muratione.

Exemplum ponitur à Doctore in relatione similitudinis Certum est ꝙ frater meus Bononiæ Ioann. Antonius est effectus albedine, & cras euenit ꝙ nascitur alius homo albus, ex quo similitudo aduenit illi fratri meo sine sui mutatione. Vnde relationi non est motus. Sic in columna dicitur dextrum, & sinistrum sine mutatione columnę. Idem apparet in scientia quæ relatiue dicitur ad scibile aduenit intellectui sine mutatione intellectus. Idem apparet in sanitate. Nam sanitas quæ est commensuratio calidi & frigidi nil addit super mensurata calida & frigida nisi quandam proportionem, & medietatem ad inuicem. Vnde medium relatiue dicitur in respectu extremorum. sic pulchritudo uel macies quæ sunt dispositiones corporis relatiuè ad ueniunt corpori disposito, uel in disposito sine mutatione corporis. Ex quibus concludit ꝙ habitus sit pura relatio. 7. Phy. 17. t. & com. Hæc sint satis. Videatis uos Doctorem. Modo uidere est necesse opposita argumenta ꝙ ad Relationem sit motus, & per consequens ad habitum.

OPPO-

OPPOSITIONES

Contra conclusionem quòd in relatione sit motus.

Arg.1 Quicquid se habet nunc aliter quam prius transmutationem suscipit. Sed omne quod nunc refertur,& prius non referebatur. 5.relatione reali se habet aliter nunc quam prius,ergo in relatione datur motus. Maior est Phil. 6.phy.t. com.37.Minor patet de Socrate qui heri non erat pater & modo factus est pater:& realiter sine intellectus conceptione socrates refertur, & filius ergo si in relatione est motus, erit & in habitu, qualitate ac uirtute.

Arg. 2. Vbicunque est diuersa denominatio nunc quæ non erat prius ibi est alteratio, & per consequens mutatio, At homo insçius, uitiosusque & ægrotus fit sciens,studiosus,& sanus,ergo mutatur de qualitate opposita in qualitatem contrariam. Maior uera.Minor probatur.Nam per qualitatem dicimur quales, per sanitatem sani,per uirtutem studiosi,ergo mutatio.

Arg.3. ad albedinem & ingredinem quæ sunt de 1. speties qualitatis est alteratio, ergo, & ad habitum & virtutem,ergo ad relationem.Probo consequentiam,quoniam antecedens est clarissimũ quoniam dealbatio est motus,Nam cum virtus sit de 1. specie qualitatis, species sunt uniuocæ ingenere, ergo eadem ratio erit de omnibus,ergo si in una erit alteratio,& inalia,ergo si inalbedine & in uirtute.

Arg. 4. Quod intellectus mouetur alteratiue. Motus est quintuplex. s.

Generationis, Localis, Auctionis, Diminutionis,& Alterationis. } Non mouetur motu generationis, quia creatur.nec corruptionis,quia immortalis. Non mouetur localiter,quia motus localis est,aut corporis,aut rei participantis cum corpore:Intellectus est spiritus,immixtus.3. de anima t.21, Non mouetur motu cremẽti,aut decrementi. Quoniam hoc est proprium corporis ergo oportet ut moueatur motu alterationis. Nam mouetur ab intelligibili phantasmate dicit phil.ut scribitur 3. de Anima t.& Com. 6. ergo cum intellectio sit habitus & uirtus motus erit in habitu,& uirtute & per consequens in relatione.

RESPONSIONES

Argumentorum.

Ad 1.vbi mutatio ibi alteratio,ergo & motus, ergo in habitu motus & in relatione.Resp.ꝙ motus dupl.dr

Vel ut dicit diuisibilitatem & successionem / Vel vt dicit indiuisibilitatem & modum instantaneum. } Si sumatur primo mõ ut arguit successionem,diuisibilitatem & partem post partem, sic dicit transmutationem & hoc modo non est in relatione, & per consequens nec in habitu,& uirtute.

Si uerõ sumatur ut dicit indiuisibilitatem, & modum instantaneum, sic dico ꝙ est in relatione in habitu, & in uirtute.Nam quis necessario mutatur de non patre in patrem,de uitioso in studiosum; sed mutatio ista fit in instanti, & indiuisibiliter.

Ad 2. & 3. eodem modo respondetur. Quoniam alteratio dupl. propria quæ est per acquisitionem partis post partem & dicitur esse solum respectu corporalium:non autem respectu spiritualium. Ideo siue loquamur de intellectiua parte,siue de sensitiua,omnia fiunt in instanti.Nam sicuti statim lux aerem immutat,sic
7.Phy.s.co.20 Intellectus ad presentiam phantasmatum intelligit,& Ideo dicit phil.ꝙ anima fit sapiens, & prudens non in motu,& alteratione,sed dum sedet & quiescit. Nam per electionem bonam, per doctrinam, & rationem prudentum passiones modificantur,& uehementia desideriorum frenatur. sic statim concipit:sic sensus statim & sine successione accipit species sensilium. Vt uisus statim colores:sic sensus communes species, Ideo Intellectus non proprie alteratur quoniam recipit suam perfectionem per quam nulla est alteratio uera & successiua.Et sic concluditur.ꝙ uirtus & habitus sint absolutum & relatiuum; & ꝙ relatio est triplex,& motus dup. In seq. aggrediar Distin.34.in ordine.

LECTIO

Distin.34. *Nonagesima sexta super distinctione 34. Magistri sen. Inqua agit de septem donis spiritus sancti. Vbi tria potissima perpendit 1. de donis in communi;2. De timore in spetiali; 3.quòd dona fuerint in Christo; sunt in Angelis et in Beatis. Hinc in præsentiarum faciam tria solum. 1. quid sit donum,*

Donum quid? *et quot sit 2. quòd dona spiritus sancti sint tantum septem. 3.adducam difficultates. Quo ad primum de quidditate doni.*

Diffiniunt legistæ,ꝙ donum siue donatio est quædam mera liberalitas,quæ nullo iurę congente conceditur.L.donari Subiungunt ꝙ donatio est doni datio & reperitur in his qui transferendi ius tenent imperium
Legistarũ dif. ut ff. eod.leg. in ædibus. 55. ultimo.

Gerson P. P. de contractibus quaternio 1.consi.4.inquit. Donum est translatio rei ab uno in alterum liberalis,& irredibilis. Nam non est pactio, nec intentio ut reddatur res,quoniam non esset donum.

Huius sententiæ uidetur esse phil.6.Topicorum,ubi inquit ꝙ donatio est rei irredibilis.

Theologi omnes dicunt loquentes de Dono diuino. Donum diuinum est quicquid boni Deus creaturę intellectuali ex amore, & mera sua bonitate confert: ut eius bonitas & sufficientia manifestetur, & creatura intellectualis in Deum ut in suum finem optimum ordinetur.unde obseuant quat.

Primum sit respectu boni, / 2.est creaturæ Intellectualis, / 3.est effectus amoris, / 4.vt bonitas diuina manifestetur. } Dicitur esse boni, quoniam mala penæ, & alia non donantur, quoniam donum habet rationem perfectiui. Dicitur creaturæ rationalis. Ratio.Donum datur vt creatura laudabiliter operetur.Sola intellectualis operatur,ergo.

Dicitur effectus amoris diuini. Quoniam Deus nulli est debitor. Ideo nullam doni rationum haberet.

Dicitur vt eius manifestetur bonitas. Quoniam de ratione est communicatio. Nã nil bonum nisi cõmunicatiuum.Exijs modo accedo ad 2.consideratum,nempe quot modis sumatur donum.

Quo ad multiplicitatem donorum, vel donationis scire aportet quod donatio est sex modis. 5.

1.Est simplex / 2.Maritalis / 3.Causa mortis, / 4.Generalissi. / 5.Generalis / 6.Specialis. } Donatio,vel donũ simplex est:cũ nullo modo vult ad se reuerti rem,& donum quod dedit: vel quo se daturum promisit: siue fiat pure: siue sub die siue sub conditione. Donatio maritalis est duplex. Altera præcedit matrimonium & ista valet: Altera q̃ sequitur matrimonium, & ista nulla est Ratio.Ne mutuo amore intemperantes spolient se donationibus.l.1.cum multis ff.ff.de donat inter virum uxo. *Sum. Anoti. Practi.1.*

Donatio causa mortis est effectiua solum succedente morte, alioquin effectum sortiri non potest. Donatio vel donum generalissimum est collatio libera, & voluntaria à Deo omnium bonorum naturalium, & gratuitorum. De his S.Iacobus. Omne datum optimum,& omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.Vbi per datum concipimus naturalia,& per donum gratuita. *Iaco. 1.*

Idem Paulus asserit dum inquit. Quid habes homo quod non accepisti? Idem Glossa. Idem Doctores, vbi concludunt quod homo à Deo tria accepit bona, & dona. Videlicet.

Fortunæ / Corporis & Animæ. } Bona fortunæ sunt diuitiæ: Filij: Vxor nobilis, Bona corporis sanitas,robur,pulchritudo,membrorum integritas, & sensuũ dispositio. Bona animæ sunt potentiæ virtutis vegetatiuæ,sensitiuæ, Intellectiuæ, & subinde habitus animæ.Vt Intellectus sapientia scientia: Ars & prudentia.

Donatio siue donum generale dicitur esse id bonum quod super addit.bonis naturalibus: Vt Institicatio impietatis nostræ collatio castitatis,& similium bonorum: vt species: fides,charitas.Virtutes cardinales.

Donatio Specialis,vel donum spetiale sunt septem dona super naturalia,quæ dantur ad complementum perfectionis Christianæ,de his Stephanus Bruleser.lib.3. Dist.14.Hæc quo ad donorum multitudinem. Quo ad dona Spiritus Sancti quod sint tantum septem & non plura probatur ab omnibus Doctoribus, vt à S.Thoma Bonauenura,& ab alijs Auctoritate, & rarione.

Primo probatur Auctoritate.Nam inquit Isaias c.ij. Requiescet super eum Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ & Intellectus & cetera,ergo sunt septem.

Idem asserit S.Greg.super illud Iob.1.Nati sunt inquit scriptura septem filij.Iob. 1. septem dona S.

Idem Glossa confirmat super illud Isaiæ.4.Apprænderunt septem mulieres virũ vnum. 1. septem dona Spiritus S.apprænderunt Christum.

Præterea dona Spiritus Sancti sunt ad virtutum expeditionem in operationibus suis, cum igitur virtutes sint septem,& dona erunt septem.Hinc dona habent quadruplicem relationem.

Prima est ad virtutes / 2.ad opposita virtutum / 3.ad fines Christi & / 4.ad terminum vltimũ. } Prima ergo relatio tẽdit ad virtutes.Nã virtutes habitusq; aĩæ cũ sint septẽ.s. Fides: spes: charitas: iustitia: prudentia: fortitudo & tẽperantia quibus aĩa disponit ad bonũ: ad vitã ad Christũ & ad Deũ sic sunt dona coadiuuãtia istas virtutes,vt expeditius velint,& assequant suũ terminũ. Hinc ex collatione adinuicẽ clarissime apparebit prima relatio.Nulli dubium est quod dona sunt septem vt vates Isaias attestatur capite undecimo loquens de Christo Messia.Requiescet super eum S.super Messiam.

Spiritus Sapientiæ & Intellectus / Spiritus consilij & Fortitudinis, / Spiritus scientiæ & Pietatis,& replebit eum / Spiritus timoris domini. } Hinc dicimus quod Intellectus respondet fidei: Consilium spei, Pietas charitati, Sapientia iustitiæ, Fortitudo fortitudini, Timor temperantiæ & Scientia prudentiæ. Nam } Fides credit eterna & temporalia, & intellectus quod est donum ostendit tẽporalia & eleuat aniæ ad eterna. Consilium confirmat fidem & corroborat spem: pietas charitatem dilatat sine intercapedine:sapientia cognoscit in iustitia præmium & pænam: Fortitudo repellit omnia aduersa: Timor frenum inuenit temperantiæ vt perseueret, & scientia prudentiam illustrat ad operationem. Vnde apparet quomodo in hac prima relatione dicantur esse septem.

2. relatio donorũ respicit opposita peccatorũ & sinthomatũ quæ sunt in aĩa.Nã in aĩa septẽ sunt peccata.s.

Superbia / Auaritia / Luxuria, / Gula / Inuidia / Ira & / Accedia.At } Contra superbiam est timor, Contra auaritiam pietas, Contra luxuriam fortitudo, Contra gulam consilium, Contra inuidiam sapientia, Contra iram scientia, & Contra accediam Intellectus. } Timor superbiam de primit, Pietas auaritiam aperit, Fortitudo luxuriam expellit, Consilium gulam repræhendit, Sapientia inuidiam cognoscit, Scientia iram odit, & Intellectus accediam corrigit. } Igitur recte sunt his opposita & contraria.

Præt.In homine sunt septẽ sinthomata vt dicit S.Gre.in moralib. q̃ sunt pænæ peccati originalis,& actualis, (videlicet.

Ignorantia / Hebetudo / Stultitia, / Pusillanimitas, / Præcipitatio / Durities & / Desperatio. } At contra ignorantiam datur scientia, Contra hæbetudinem Intellectus Contra stultitiam sapientia, Contra pusillanimitatem fortitudo, Contra præcipitationem timor, Contra duritiem pietas, & Contra desperationem consilium. } Nam scientia docet, Intellectus illustrat, Sapientia declarat, Fortitudo defendit, Timor refugit, Pietas emollit, & Consilium saluat. } Igitur recte posũt dici quadrata esse his defectibus & pænis humanis.

3. Relatio donorum respicit fines hominis. Nam in homine sunt duo fines videlicet.

Finis coronæ & Finis coronati. } Finis coronæ est opus gloriæ. Finis coronati est visio. } Sed si homo finem suum primum & secundum vult acquirere oportet vt habeat septem & septem functiones, & merita. Nam debet esse.

Seruus	Seruus Dei,	At timor affert seruitutem,	Igitur erunt recte septem dona Spiritus Sancti.
Bonus	Bonus proximo,	Pietas bonitatem,	
Intelligens	Intelligens legem,	Intellectus legem,	
Sciens	Sciens præcepta,	Scientia præcepta,	
Prudens	Prudens in regimine,	Sapientia prudentiam	
Vniformis &	Vniformis in Ecclesia &	Consilium vniformitatẽ, &	
Perseuerans.	Perseuerans in pacientia.	Fortitudo pacientiam.	

Præterea homo debet adhuc scire istos alios fines. Videlicet scire est necesse quòd.

Homo sit finis mũdi: Christus finis hominis: Deus finis Christi: Felicitas finis Dei: Charitas finis fælicitatis: Tranquillitas finis fælicitatis; & imperdibilis possessio finis tranquillitatis. At Intellectus ostendit hominem finem mundi: Pietas Christum finem hominis: sapientia Deum fin. Christi: scientia felicitatem finem Dei; Timor charitatem finem fælicitatis: consilium tranquillitatem finem charitatis: & fortitudo demonstrat imperdibilitatem finem esse tranquillitatis. Et sic Iure merito sunt septem.

4. Denique Relatio dicitur esse respectu potentiar animæ. Nam in anima sunt ista potentiæ, videlicet.

Intelligentia, Mens, Memoria Voluntas, Liberum arbitrium Concupiscibilis Et irascibilis. } Intelligentiæ respondet donum intellectus. Menti donum sapientiæ. Memoriæ donum Scientiæ: Voluntati donum pietatis: libero arbitrio donum consilij: Concupiscibili & irascibili, donum timoris. Et licet non obseruetur omnimoda ratio donorum quo ad positionem, & ordinem ponendi, tamen seruatur ordo quo ad proprietates subiectorum: temporum & locorũ. Hoc pono propter Theologastrum aliquem, quia forsitam calumniari cognouit, sed percipere nesciuit. Alia dicere possemus, quoniam est materia maxime dilatabilis, sed videre poteris S. Thomam. prim. q. 68. sic Dominum Paulum Pærusinum Carmelitam: Scotum, & alios quos ne vos fastidiam ego non adduco. Hæc pro secun. proposito. Modo accedum ad difficultates, quas in sequenti lectione recitabo.

LECTIO NONAGESIMA

Septima super eadem Dist. 34. in qua ponuntur difficultates quod dona Spiritus Sancti non sunt septem 2. quod non sunt necessaria 3. quod virtutes sunt excellentiores donis. Igitur non sunt ponenda dona.

Primum probo quod non debent esse septem. Quatuor sinthomata & sequelæ relinquuntur ex peccato in anima 5. Ignorantia: infirmitas: malitia & concupiscentia, ergo & dona erunt tantum quatuor. Ratio. Quoniam respondent defectibus peccati.

2. Tantum sunt tres virtutes, ergo & dona. Patet Quia virtutes Theologicæ sunt illę quibus homo sine alijs saluari potest. Nam per illas fit iustus: temperatus, fortis & prudens, ergo non est necesse alia dona multiplicare.

3. Arg. quod non sunt necessaria. Quod non proficit ad salutem non est ponendum necessario in homine. At dona non sunt necessaria ad salutem, ergo non ponenda. Probo minorem. Ad salutem consequendã duplex requiritur medium.

Alterum tendens in Deum Alterum tendens in proximum. } At virtutibus sufficientissime homo tendit in Deum, & in proximum, ergo non sunt ponenda alia media, ergo dona sunt superuacanea. Probatur minor. Nam per fidem & per spem homo tendit meritorię in Deum, & per charitatem tendit in Deum & proximum non sunt, ergo ponenda alia dona, dicente philosopho. Quæ per pauciora fieri possunt & æque bene frustra fiunt per plura.

Arg. 4. Aut dona sunt excellentiora virtutibus. Aut virtutes excellentiores donis. } At non sunt excellentiora virtutibus, ergo non sunt ponenda supra virtutes. Probo minorem per Apostol. p. Corinth. 12. loquens de charitate inquit. Adhuc excellentiorem viam uobis demonstro. Dicit Glossa ostẽdo uobis post fidem & spem charitatem quæ est maius donum eundi ad Deum, ergo si charitas sufficit ad quid Dona?

Arg. 5. Dicit Phylosophus duo de virtute. Primum quod Virtus est dispositio perfecti ad optimum, & perfectum est cui non potest fieri additio, ergo dona non sunt ponenda propter virtutes.

Secundum dicit quod Virtus est vltimum de potentia, ergo si vltimum non potest suscipere additionẽ quomodo, ergo virtutibus Theologis addere possumus dona?

Arg. 6. Imago creationis & recreationis correspondẽt proportionaliter. Nam sicuti Imago creationis quæ consistit in tribus facultatibus nobilissimis animæ videlicet memoria, Intellectu & voluntate: sic Imago recreationis in tribus nobilissimis virtutibus. s. in Fide: spe & charitate. Patet Quoniam sicut tres facultates illæ animæ constituũt hominem perfectum: sic illæ tres virtutes constituunt Christianum perfectũ ergo non sunt ponenda ista dona.

Arg. 7. Finis hominis est beatitudo: sed ista potest haberi sine donis Spiritus Sancti, ergo non sunt necessaria. Probo minorem. Opus factum in gratia, & charitate meretur Beatitudinem, ergo sufficit charitas, & gratia.

RESPON-

RESPONSIONES

Pro argumentis, quod sint septem; & sint necessaria.

Ad 1. quando dicitur quod sinthomata & sequelæ sunt solum quatuor, ergo & dona medicantia. Resp. quod sinthomata sunt in dup. gradu.

Quædam sunt principalia vt ignorantia, malitia, infirmitas & concupiscentia, tamen ex ijs sequunt alia sinthomata, minus principalia, vt hæbetudo, stultitia & reliqua. Idcirco Spiritus Sanctus vt compleret, ac sufficienter prouideret de mediis salutaribus dona in munerum non solum quaternarium, sed in nunerum disposuit septemnarium.

Ad 2. suut tantum tres virtutes Theologicæ saluantes, ergo & dona erunt tria. Respond. quod non valet. Ratio est in promptu. Nam alia ratione respiciunt hominem virtutes: Alia ipsa dona.

Virtutes respiciunt hominem ad rectificandum intellectum & voluntatem. Dona vero respiciunt hominem ad expediendum in cognitione: affectione: ac in operatione.

At plura quiruntur ad expeditionem, affectionem & executionem quàm ad rectificationem. Igitur cũ virtutes rectificant sat sit numerus ternarius, & cum dona expediant assignetur numerus septenarius.

Exemplum in exercitu. Ad dirigendum rectificandumque exercitum sufficit vnus Princeps. vel tres duces: sed in expeditione victoriæ infiniti milites, armaque multa sunt necessaria. Sic in rectificatione animæ sufficiunt tres virtutes, quo vero ad exequutionem vel expeditionem, cursumque velocem non sufficiunt tria dona.

Ad 3. quando dicitur quod non sunt prestantiora virtutibus, & quod virtutes sufficientissime ducunt hominem in Deum. Resp. quod perfectio sumitur bifariam.

Altero modo vt respicit formam. Altero modo vt respicit expeditionem. } Si consideretur primo modo prout perfectio respicit formam sic dona non sunt perfectiora virtutibus cum forma amborum sit gratia diuina: si vero perfectio respicit actuum expeditionem sic dona sunt perfectiora quoniam magis expeditiua ad actum & ad finem.

Præterea Virtutes dicunt solum vnum esse: dona dicunt duo esse: esse habituum & bene esse. sed duo esse sunt perfectiora vnico esse, ergo.

Præterea licet virtutes sint sufficientes ad opus meritorium simpliciter, vt ad præceptorum obseruantiam, non sunt tamen sufficientes ad opus super erogationis, quoniam indigemus donis Spiritus Sancti.

Ad illud de charitate quæ est maximum donum, ergo sufficit. Resp. quod charitas sumitur dupliciter.

Vel vt respicit alias virtutes, Vel vt respicit dona. } Si vt respicit alias virtutes sic est maximum donum. Ratio, quoniam dicitur esse illarum forma & perfectio, & sic loquitur Paulus: Si vero sumatur ut refertur ad dona, cum dona sint quoque modo forma expeditiua charitatis, sic sunt perfectiora, & præstantiora.

Ad 5. quando dicitur, quod virtus est perfecti dispositio ad optimum. Resp. quod perfectio est triplex.

Superabundantiæ Excellentiæ & Sufficientiæ. } Superabundantiæ est Dei optimi maximi: Excellentiæ est donorum & Sufficientiæ est virtutum. } Primæ perfectioni nulla fieri potest additio. Quoniam Deus est ens summe perfectum, & absolutum. Perfectioni vero sufficientiæ addi potest perfectio excellentiæ. Idest perfectio donorum ipsis virtutibus.

Præterea duplex est perfectio. Simpliciter & sic non fit additio: & secundum quid, & sic fit additio. Et quando dicitur quod virtus est vltimum potentiæ. Resp. quod vltimum est triplex.

Alterum potentiæ Alterum virtutis. Alterum doni. } Virtus est vltimum potentiæ, quia per illum attingit finem: Donum est vltimum virtutis, quoniam facilitat ad opus: & Deus est vltimum doni, quoniam illud coronat.

Præt. duplex. Virtus. Naturalis & de illa loquitur philosophus cui non potest fieri additio cum sit in vlti. gradu: Vt caliditati ignis non potest fieri additio: sic frigiditati atquæ.

Altera spiritualis, & super naturalis, & sic fit additio non in substantia sed in opere.

Ad 6. Imago creationis stat in facultatibus memoriæ, Intellectus & voluntatis, ergo & recreationis, ergo non in donis. Resp. quod nõ sunt posita dona ad formam recreationis cum sit iam in anima sed solum ad operationem expeditam animæ. Hinc pono hanc conclusionem. In anima ista sunt istæ perfectiones. Scilicet.

Perfectiones quinque Animæ.

Naturalis Polytica Super naturalis, Excellentiæ & Diuina. } Naturalis habilitat hominem ad Dei notitiam, Polytica habilitat ad gubernarionem populi Dei, Supernaturalis habilitat ad Dei intelligentiam, Excellentiæ, habilitat ad expeditissimam intelligentiam, & diuina perfectio complet naturam: coronam gubernationem. donat intelligentiam: & amplectitur intelligentem. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus an dona Spiritus Sancti remaneant in patria.

LECTIO NONAGESIMA

Ottaua super eadem Dist. in qua quæritur. An dona euacuabuntur in patria? Vbi proponam tria præcipua. Primum erit in conclusione. Secundum in probatione. Tertium erit in Argumentorum dispositione.

Quo ad primum pono hanc conclusionem. In Beatis sunt septem dona Spiritus Sancti, quàm probo

de mente S Ambrosij: Augustini: Magistri & omnium Theologorum. Et primo Auctoritate: deinde ratione. Quo ad primum patet euidentissime quòd manent in patria.

Nam inquit Regius uates. Timor domini Sanctus permanet in seculum seculi, ergo si in seculum seculi non euacuabitur in patria quæ est seculorum seculum. Tunc sic. Remanet timor, ergo & reliqua dona. Non est maior ratio de vno quàm de alio.

Isaiæ. 11. 2.Prob. ex Isaia. Christus habuit omnia dona, & inter illa habuit timorem, ergo & alij Beati habebunt illa: Antecedens est Isaiæ 11. Spiritus timoris domini requiescet super eum. Probatur consequens. Nam Christus fuit non solum comprehensor, sed summus comprehensor & Beatissimus, ergo si alle habuit dona quibus minus indiget quàm Beati: à fortiori, & Beati illa possidebunt.

Eccl. 1. Idem asserit Eccl. 1. Nihil melius quàm timere Deum, ergo si in cœlo est charitas erit & timor cum melior omnibus bonis.

Confirmatur eo loci. Plenitudo sapientiæ timor domini. Sed in patria sapientia non euacuabitur sed magis illustrabitur, ergo nec timor cum eius sit perfectio.

3.Probatio. In Deo reperitur.

Summa bonitas, Summa liberalitas, Summa eternitas & Summa Maiestas } At sicut summæ bonitati debetur amor, & charitas: summæ liberalitati scientia gratitudinis: summæ eternitati sapientia cuius finis est eterna, potissimè speculari: sic summæ Maiestati debetur timor. Igitur cum dona maiora & præstantiora permaneant in patria, & timor permanebit.

Confirmatur. Dicebat Mala 1. Si ego dominus, vbi est timor meus? In patria est dominus omnium, igitur in patria erit timor.

Huius mentis fuit S. Ambrosius. Nam vt Magister recitat in textu inquit 5. Doctor. Ciuitas illa celestis Hierusalem non meatu fluuij terrestris abluitur sed ex fonte vitæ procedens Spiritus Sanctus, in illis celestibus mentibus redundantius videtur influere plene septem virtutum Spiritualium meatum. Vnde postea seipsũ declarans ostendit q̃ p septẽ virtutes intelligit dona septẽ Spiritus Sancti, ergo non euacuabũt.

4.prob. Præterea. Si in cœlo remanet charitas quoniam nunquàm excidit, ergo manebit & pietas quod est donum. Ratio. Quia pietas est perfectissima charitas, ergo.

5.prob. Præterea. Si de quo minus videtur non in esse & inest, ergo & de quo magis. Sed minus videtur quod virtutes Cardinales maneant in patria, & tamen manent. Igitur magis manebunt dona Spiritus Sancti cum sint præstantiora.

6 prob. Præterea Certum est quod Gloria eterna præstantior est gratia temporali.

Modo sic argumentor. Si gratia tribuit homini ratione suæ dignitatis, præstantiæ & eminentiæ omnes habitus, & virtutes, quibus possit esse.

Iustus, Rectus, Cognoscens, Operans & Semper. } Iustus in Christo, Rectus in proximo, Cognoscens in lege, Operans in Ecclesia & Semper manens in perseuerantia. } Quanto magis gloria eterna quæ reddit Animam Perfectissimam Abundantem Felicissimam & Dei formem. } Perfectissimam in Imperio, Abundantem in delitijs, Felicissimam indulcedine, & Deiformem in eternitate supponet dona Spiritus Sancti?

Id apparere potest ex Diuo Augustino quando contemplatur quid coronat Deus in cœlo? Vnde Respondet quod coronat dona sua. Sed nomen doni prius gratijs septem Spiritus Sancti conuenit q̃ alijs, ergo merito remanebunt. Hinc Sacri Doctores ponderantes quod in hac discussione Donum timoris facit maximum scrupulum quomodo manere possit. Idcirco Magister ponit cum alijs Theologis hanc partitionem timoris, quòd dicitur octo modis. Nam Reperitur.

Timor octo modis sumitur.

Timor naturalis, Timor seruilis, Timor mercenarius, Timor mundanus, Timor initialis, Timor filialis, Timor castus & Timor Sanctus } Timor naturalis vt inquit Doctissimus Gerson in compendio Theologiæ de septem donis Spiritus Sancti est metus quo quis timet mortem, vel horribile aliquid nociuum, & læsiuum naturæ. Hic timor non arguit peccatum, quoniam tendit ad conseruationem esse quod est bonum à Deo productum. Iste timor fuit in Christo. Quoniam pœnas nostras naturales assumpsit, sed non fuit inordinatus. Quoniam omnes appetitus rationi erant conformes.

Timor seruilis est metus quo voluntas fugit id quod maxime appetit, sed illud ratione pœnæ quã timet contemnit. Hoc modo multi fugiunt peccatum non ratione suæ turpitudinis, sed ratione pœnæ. Ideo dicitur seruilis, quoniam sicuti seruus dominum timet non amore hæreditatis, & timore dignitatis, sed causa penæ, sic & mali timent furari non ratione turpitudinis, sed causa penæ suspensionis. Id optime Vates ille Horatius explicauit dicens.

Oderunt peccare mali formidine penæ. Oderunt peccare boni virtutis amore.

Timor mercenarius est metus amissionis pecuniæ, vel beatitudinis, & dicitur habere pro obiecto damnũ. Vnde nisi videret damnum omnia perpetraret scelera. Iste timor est consobrinus timoris seruilis.

Timor mundanus est metus, & panor quo quis timet pericula carnis, vt inquit Brulefer in 1. sentent. Dist. 18. vel timet perdere bona temporalia: Vel vt inquit Gerson timet quis perdere bona mundi: Vel vt inquit Gab Biel. lib. 3. Dist. 35. & cum eo Magister sententiarum. Et Doctor noster 4. sent. Dist. 26. est metus, & trepidatio, qua animus & voluntas Deum, legem, euangelium, & fidem deserit, vt aliquod disconueniens effugiat. Hic timor nullam excusationem habet. Ideo inquit Saluator. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem occidere non possunt. Idem ponitur extra de pœnit. capit. cum infirmitas. Idem Aug. lib. 5. de Ciui. Dei. & ponitur. 22. quæst. 5. tit. Ne vbi. Vbi præcipit quòd homo debet tolerare magis omnia mala, quàm in Deum peccare.

Bono. 4. D. 26. ar. 2. & 3.

Matth. 10.

Idem philosophus. 3. Ethi. cap. de Fortitudine. Fortitudo perseuerat vsque ad mortem inclusiue.

Timor initialis dicitur esse metus, & trepidatio offendendi Deum tum ratione maximæ dignitatis Dei, tum & ratione pœnæ peccati. Vnde mediat inter timorem seruilem & filialem. Ideo S. Bon. & Gerson dicũt quod

quod iste timor est initium sapientiæ. Nam ex isto timore incipit voluntas sapere, & degustare bonitatẽ diuinam. Vnde euadit perfectissimus.

Timor filialis dicitur esse metus & voluntatis trepidatio offendendi Deum propter maximum amorem quo illum prosequitur. Dicitur filialis, quoniam sicut filius propter maximum amorem quo patrem timet offendere, & displicere, sed semper summo amore ac reuerentia illum intuetur. Sic voluntas timore filiali Deum inspicit, meditaturque.

Timor castus est metus, & actus quo anima ita de Christo ardet vt sponsus, dilectus, candidus & rubicundus, quod non vellet fidem maritalem offendere aliquo actu, verbo, vel appetitu carnali, ac petulanti.

Timor Sanctus dicitur actus animæ ordinatus in Deum, quem timet offendere propter se. Quoniam est Ens à se, de se, & propter se diligendũ, adorandum, honorãdum, & timendum. Et dicitur Sanctus. Quoniam inquit Valentianus Sanctificat: Sanctificatos ordinat in Deum Sanctissimum: & in Sanctis semper manet. Hinc vt concludam probationes. In cœlo non tenet, nec ascendet Timor naturalis, quoniam mors deleta est: Non seruilis quia nulla pœna erit: Non mercenarius quia omnes sunt coronati: Non initialis, quia omnia perfecta: Non mundanus, quia omnes sunt supra mundum: sed solum erunt timor.

Filialis, Castus & Sanctus, } Filialis quia Beati sunt hæredes, cum Christo Filio. Castus, quia animæ sunt sponsæ Christi Filij & Sanctus, quia animæ sunt ordinatæ in Deum omnium patrem. } Hęc quo ad probationem: modo videamus dubia.

DVBITATIONES

Contra conclusionem. Videlicet, quòd in Celo non remaneant dona, & potissimum, quod non remaneat timor.

Arg. 1. Quod euacuentur omnia dona. Habito fine, & forma rei cessat motus & medium ad illum finẽ & formam: At finis hominis est beatitudo, ergo habita beatitudine cessant media. Tunc sic. Media ad beatitudinem sunt inter alia dona Spiritus Sancti, ergo non remanebunt habita Beatitudine.

Arg. 2. Dona sunt animæ medicinæ, ergo non erunt in cœlo. Probo vtrunque. Dona sunt medicinæ coadiuuantia, & subleuantia animam in Deum, ideo dicuntur quasi oleum: At in cœlo nulla est infirmitas, quoniam Deus omnem abserget infirmitatem, & lachrymam, ad quid igitur erunt ista dona.

Arg. 3. Non est donum Intellectus. Nec consilij: Nec fortitudinis: Nec scientiæ: Nec pietatis: Nec timoris, ergo probo singula membra. Non est donum intellectus sicuti datur in via vt per illud cognoscant creaturæ & per creaturas Deum: cum in patria Deus per suam essentiam dignoscatur.

Non est donum cõsilij qm̃ non est timor mali super quo est consilium: Non est fortitudo quia nil timet. Non est scientiæ quia omnia aperta, & scientia est occulti: Non est pietas, quoniam nulla indigentia: Non est timoris: quia nulla mali futuri expectatio, ergo.

Arg. 4. Sumitur à Diuina scriptura D. Ioan. perfecta charitas foras mittit timorem 1. Ioan. 4.

Arg. 5. Non manet in patria spes, ergo nec timor. Probatur Nam sicuti species est futuri boni: sic timor est futuri mali, ergo si datur bonum spei & cessat spes, sit remoto malo ad quid timor?

Arg. 6. Quod nullo modo possit esse timor. Nam cum timor pro nunc sit triplex videlicet.

Seruilis, Initialis & Filialis & } Nullus illorum remanet, ergo. Nam non remanet seruilis, quia omnes liberi. Non remanet initialis quoniam expellitur à charitate perfecta: Nec denique remanet filialis. Quoniam timet offendere oculos paternos: At in cœlo nulla potest esse offensio nec in Deum, nec in Sanctos, nec in seipsum, ergo non erit. *Timor triplex.*

Arg. 7. Accipio charitatem & gloriam. Tunc argumentor sic.

Charitas secum non patitur timor initialis, ergo nec gloria compatietur timorem filialem, probo.

Magis excellit gloria timorem filialem: quàm gratia timorem initialem. Igitur si cum charitate non stat initialis, quomodo stabit cum gloria filialis?

RESPONSIONES

Ad Argumenta, quod remaneant dona.

Ad Primum Respondetur quando dicitur quòd habito fine & forma cessat motus q̃ motus est triplex.

Primus est productionis, Secundus restitutionis, & Tertius conseruationis. } Motus productionis cessat producto fine, & forma, & motus restitutionis: Motus autem conseruationis nunquam cessat. Cessat motus generationis producto filio: cessat motus liberationis à barbaris habito Fratre, tamen motus conseruationis libertatis, & filij nunquàm cessat: Dona, ergo non cessant quo ad conseruationem intelligendi, amandi, & reuerendi Deum. *Motus triplex.*

Ad 2. pariter dicimus. Quando infertur. Non est infirmitas, ergo nec medicina. Respondetur quod dona sunt medicina tripliciter scilicet.

Præseruatiua, Restituriua & Conseruatiua. } Præseruatiua ante peccatum. Restitutiua in peccato, & conseruatiua post peccatum. Vel ad cognoscendum Deum à quo omnis medela.

Ad 3. Resp. Intellectus non erit vt Discursiuus sed vt apprehensiuus. Consilium non erit vt discussiuũ quia arguit in complementum, sed erit vt electiuum, quod dicit complementum: Fortitudo non erit vt dicit periculum sed vt dicit maximam securitatem regni: Scientia non erit vt est oppositorũ scilicet veri & falsi, sed solum vt dicit relationem ad verum & summum verum potissime, sic pietas non manebit quo ad passionem patientis, sed solum quoad dulcedinem Dei, & benignitatem Sanctorum.

Ad Arg.de timore Resp.vnica distinct.quòd in timore sunt tria potissima. Videlicet.

Primum est offensa } Offensa Dei, } Ex ijs modo respondeo,quod timor non est in
2.est separatio, } Separatio à gratia Dei, & } patria prout dicit offensam, vel separationē
3.est reuerentia. } Reuerentia in Deū & Xpm. } à Deo: Quoniam nec Deus separationem admittit; nec homo offendere in patria Deum potest. Et sic loquuntur Omnes scripturæ: omnes Doctores & præcipue Beda & Aug.quando dicunt quòd in cœlo non est Timor. Quo vero ad reuerentiam sic tener conclusio nostra quòd in Patria est Timor. Quoniam perfectionem arguit.

Ad vltimum plus excedit gloria filialem timorem quàm gratia timorem initialem, ergo. Resp.quod expulsio non est ratione excessus,sed ratione oppositionis. Nam magis opponitur timor initialis respectu pœnæ quàm timet, quàm timor filialis respectu reuerentiæ quàm habet. Quoniam timor pœnæ annexam tenet imperfectionem: & timor reuerentiæ congeniam habet perfectionem. Nam & Christus exauditus
Hebre. 5. est pro sua reuerentia filiali quam in patrem habuit, vt Paulus testatur vt notatur. Hebreorum 5. capite Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus. Qæstionem N.Ioan.Bachonis.

LECTIO

Nonagesima nona super Quæst.N.Doctoris in qua disputat tria.

Primum est. An dona Spiritus Sancti distinguantur à virtutibus. } Prima quæstio fit etiam à Beato
2.An virtutes distinguantur à Beatitudinibus, } Thoma 1.2.q.69 ar.1.etiam 2 ali
3.An Beatitudines distinguantur à fructibus. } quo modo 3.& specialis Doc.

Idcirco vt rem ipsam clarescat. Ponam conclusiones 2.probationes 3.solutiones difficultatum, quæ sunt parui ponderis.

Prima conclusio hæc est. Virtutes realiter distinguuntur à donis. } Probatur prima conclusio quod
2.conclusio. Virtutes distinguuntur à beatitudinibus, } virtutes differunt à donis,
3.conclusio. Beatitudines non distinguuntur à fructibus. }

Prima prob.Illa differunt realiter Secundum substantiam quorum vnum potest separari ab altero. Sed sic est quòd dona separari possunt à virtutibus Theologicis, & cardinalibus, ergo differunt à virtutibus.
4.Dini. t.3. Maior est philosophi 4.Metaphi.tex.com.3.ex opposito. Nam si quis quærat: cur ens non potest separari ab vno; & vnum à vero? Resp.quia, ens, vnum, & verum sunt idem, ergo ex opposito cum dona separantur à virtutibus, non erunt idem. Minor patet. In aliquo est fides & caret consilio. In alio est charitas & iustitia & caret timore, & sapientia, ergo.

2.prob.Operatio diuersa arguit diuersam formam: sed operatio donorum est alia ab operatione virtutum,ergo sunt diuersa,ergo differunt abinuicem. Maior est clarissima quoniam actus & forma distinguit. Minor probatur. Nam operatio virtutum inclinant animam in Deum: Dona autem facilitant, & expeditam dant inclinationem, ergo sunt diuersa.

3.prob.Quorum finis est diuersus & illa sunt diuersa. Sed finis virtutum Theologalium & moralium est diuersus à fine donorum, ergo & illa sunt diuersa abinuicem. Probo maiorem. Quoniam finis diuersus diuersam intentionem arguit: diuersa intentio diuersum arguit habitum, ergo. Minor est clarissima. Nã Finis virtutum est Deum credere, amare, & imitari vt iustus: Finis uero donorum est scire, & gustare ac obsequium præstare. Sed ista differunt, ergo & dona à virtutibus.

4.prob.Præt.Virtutes multæ in patria non remanẽt sed euacuabuntur,dona autem omnia remanebunt, ergo non sunt idem. Maior & minor sunt Mag.sent.ergo veræ, & concurrunt omnium Theologorum exercitus.

5.prob Præterea arguo à simili.Sicuti se habet virtus ad animam sic se habet donum ad virtutem: & beatitudo ad donum. Sed sic est quòd virtus differt ab anima cum sit perfectio, & gloria à dono cum sit corona donorum, ergo & dona differunt à virtutibus cum sint sua perfectio auxilians ad expeditionem.

6 prob.Præterea. Illa differunt abinuicem quorum alterum præcedit alterum: At virtutes Theologales præcedunt dona Spiritus Sancti. Nam in Baptismo dantur Theologales, in Chrismate dantur dona Spiritus Sancti, ergo differunt abinuicem. Maior est Phylosophi dicentis. Illa sunt eadem quorum generatio & corruptio eadem. Minor est clarissima. Nam Baptisma confirmationem præcedit, ergo nõ erunt eadem.

7.probatur. Quæ differunt nomine differunt & natura cum nomina sint imposita à natura. Vt patet de homine & de leone, ceruo, vel planta, & similibus: Differunt nomine quia alia est natura & substantia hominis, alia leonis, alia plantarum & lapidum.

Sed sic est quòd dona alio modo vocantur & alio modo virtutes,ergo & natura,ergo differunt abinuicẽ.

8.Probtur Necessarium differt à contingenti. At virtutes sunt necessariæ, & dona sunt contingentia, ergo differunt. Patet maior. Minor probatur. Nam nullus sine fide potest saluari: Tamen multi sine sapientia, & scientia, saluantur, ergo non sunt eadem, sed differunt abinuicem.Hæc quo ad Primã conclusionem Secunda Conclusio. Virtutes distinguuntur à beatitudinibus.

1.Prob.Quod est altero perfectius ab illo distinguitur. Sed sic est quòd Beatitudo est perfectior ipsis virtutibus; ergo ab illis distinguitur. Maior clarissima minor probatur.

Nam illud est altero perfectius quod aggregat omnia bona simul & alterum non aggregat: sed sic est q̃ fælicitas aggregat omnia bona vt inquit Boetius & sacri Theologi. Nam est status omnium bonorum aggregatione perfectus: Virtus autem non aggregat omnia bona. Igitur non erit eadem cum Beatitudine, sed differt, ergo.

2.Prob.Principium & finis realiter distinguuntur. At virtutes sunt principia beatitudinum, & Beatitudines sunt finis virtutum, ergo realiter distinguuntur ab inuicem.

Maior

Maior est Arist.5.Diuinorum vbi philosophus seiungit causas ab inuicem. Minor patet Matth.5.vbi inquit. Beati pauperes Spiritu. Nam hic simul & semel vides principium & finis. Principium est paupertas Spiritus, per quam paupertatem Doctor Bachonitanus intelligit humilitatem, abnegationem rerum humanarum, & mundi contemptum. Vnde vides simul etiam quod dona distinguuntur à fælicitate, & beatitudine. Accipio exempli causa Beati mundo corde. Hic sunt tria. Felicitas, vel beatitudo q̃ est finis, & principia duo. Matth. 5. 5. Dini.

Alterum est mundities cordis, quæ est virtus, } Nam quare ille est Beatus? Respondeō
Alterum est donum Spiritus Sancti, quod est Intellectus. } propter munditiem cordis: sed vnde est mundities cordis? Respondetur sumitur à duobus. Sumitur à virtute & à dono.

A virtute gratiæ, & penitentiæ: A dono intellectus per quod anima statim purgat se usque ad prima principia, & maxime vsque ad Deum omnium principiorum origo, ex qua purgatione fit Beatus. Sic dicimus de alijs Beatitudinibus. Vnde apparet clarissima quomodo Virtutes, & dona differant à Beatitudinibus.

3.Prob.Præterea. Felicitas & beatitudo est operatio:sed virtutes & dona sunt quibus operamur & facile expedimus operationem, ergo distinguuntur & differunt abinuicem.

Probo maiorem. Nam de ratione fælicitatis est quod perficiat fælicem, vti de ratione scientiæ est quod scientem perficiat, & non solum quod perficiat secundum quid, sed oportet vt perficiat simpliciter, in summo, & vltimo gradu, alioquin non esset summum bonum. Sed non potest omnino perficere nisi sit summum bonum vt operans, ergo erit operatio. Probatur ex 2.de Anima, vbi apparet quod actus, endelechia, & perfectio idem sunt. Sed cum actus sit dupliciter. *Actus duplex.*

Primus & } Actus Primus est forma rei, vel forma formæ. } Primus. actus hominis est aīa q̃
Secundus } Actus Secundus opatio formę,vel operatio formę formę. } est forma hominis: Actus secūd⁹
Animæ ẽ operatio animæ vt motio corporis.Subide.In anima q̃ est forma reperitur actus Prim⁹ & Secūd⁹ Actus Primus est scientia,virtus & habitus Secūd⁹ actus ẽ operatio:meditatio & contẽplatio animæ p̃ scientiam & per virtutem. Igitur cum felicitas sit actus vltimus, & perfectio hominis mundi, iusti, & mitis debet operari. Quæ operatio dicitur intelligere Deum, frui Deo & delectari cum Sanctis.Id apparet de Prima. Intelligentia de qua Phylosophus 12.inquit Prima intelligentia est ens fælicissimum. Ideo semper se intelligit ac creaturas diffunditque lumen gloriæ suæ in omnes sanctos. Vnde ex his apparet quomodo virtutes & dona realiter differant à Beatitudinibus.

Quo ad 3.conclusionem, in qua quæritur. An fructus distinguantur à Beatitudinibus? Respondet Doctor in 3.arti.quod expresse distinguuntur. Sed de hac in sequenti Lectione. Idcirco probatis duabus primis oportet modo videre difficultates contra vtranque conclusionem.

DIFFICVLTATES

Contra conclusiones Pri.et Sec.ar.quibus ostenditur quod virtutes non distinguuntur à donis: nec à beatitudinibus. Et hoc de mente Cutonis.

Arg.1.Septem dona Spiritus Sancti sunt idem habitus cum virtutibus Theologicis & moralibus. Probatur. Quæ participiant idem genus & eandem natutam, ergo & identitatem. At dona & virtutes participiant idem genus, ergo & identitatem. Maior apertissima vt patet in genere substantiæ. Omnia sunt vniuoca diffinitione demonstrata & explicata. Minor probatur. Nam dona & virtutes sunt in eodem genere qualitatis, & in eadem spetie, ergo.

2.Arg.In virtutibus est charitas quæ eadem est cum pietate: Consilium cum prudentia: Fortitudo cũ fortitudine: Timor cum temperantia, & sic in reliquis, ergo idem sunt.

Coofirmatur per Diuum Grego.1.libr.moralium cap.28. Vbi comparat septem dona tribus virtutibus Theologicis, & quatuor cardinalibus, ergo.

3.Arg.Illa quæ habent idem obiectum eundemque finem habent etiam eandem naturam: At dona, & virtutes eundem finem idemque habent obiectum, ergo erunt eadem. Maior apparet in grauibus.Omne graue habet idem centrum eundemq; finem, quoniam est eiusdem naturæ, vt patet in lapide & terra. Sic in leuibus. Minor patet. Quoniam sicut virtutes tendunt ad fælicitatem Diuinam, sic & dona, ergo erunt eadem.

Arg.4.Repugnat Diuo Ambrosio, & Diuo Augustino. Nam Diuus Ambrosius ascribit super Lucam beatitudines quatuor virtutibus Cardinalibus. S.Aug.septem donis Spiritus Sancti, ergo erunt idem virtutes quod dona. Quoniam Aug.idem per dona concipit quod Amb.per virtutes, ergo.

Arg.5.quod non distinguantur à beatitudinibus.Radix & truncus sunt idem cum fructu in essentia. At virtutes sunt vt radix arboris: truncus vt dona, & beatitudines vt fructus, ergo non differunt.

Arg.6.Sicut se habet lumen minus ad lumen maius sic se habent virtutes, & dona ad beatitudinem: At certum est quod minus lumen non differt essentialiter à maiori lumine sed solum gradualiter, ergo nec virtutes & dona differunt essentialiter à Beatitudinibus. Maior patet. Probatur minor. Quoniam virtutes & dona sunt lumina sicuti gloria est lumen dicente Iacobo. Omne datum optimum & omne donum perfectum descendens à patre luminum.

RESPONSIONES

Ad Argumenta.

Ad 1 arg.Quando dicitur sunt in eodem genere. Resp.sunt in eodem genere sed non sub eadem forma, & ratione.Nã virtutes sunt inclinantes dona expedientia animam ad felicitatẽ.Igitur non currit ratio.

Ad 2.quando dicitur quod sunt eadem fortitudo moralis, cum dono, & pietas cum charitate. Resp.esse idem stat dupliciter.
Vel simpliciter } Dicimus quod sunt idem secundum quid, qm̃ ad idem tendunt obiectum,
Vel secundum quid. } Non sunt tamen idem in natura, & substantia. Nam virtutes rectificant, Animam, dona vero facilitant & expediunt.

Ad 3.eandem responsionem & solutionem afferimus. Concedimus quòd sit finis, & obiectum idem: non est tamen idem modus.

Ad 4.de Aug.& Amb.Dicimus quòd non concludunt in illis verbis quòd sint idem sed ponunt vnum pulcherimum discrimen inter populum & Discipulos. Nam cum fit comparatio inter populum, turbam & discipulos quis poterit dubitare quòd Discipuli non sint maiores turbis? Idcirco Augu.dum loquitur de Beatitudine quæ datur populo vt cognoscatur quòd est gradus minoris respectu Discipulorum dicitur dari virtutibus, quæ minus præstant quàm dona: Et Ambro.loquens de beatitudine quæ pariter datur discipulis vt cognoscatur quòd sint gradus maioris, dicitur quod scribitur donis, quæ sunt maiora ac excellentiora virtutibus. Nec propter hoc sequitur quòd sint idem.

Ad 5.quòd dona & virtutes distinguãtur à beatitudinibus expresse videtur in Euang.Vnde nulla est difficultas. Non ne paupertati spiritus assignatur? Sic mitibus terrę possessio.lugentibus consolationem? Esurientibus saturitatem? Mundis visionem, & alijs alias, ergo vere distinguuntur, & expresse.

Ad illud vlt.de lumine. Respondetur quòd valet de lumine eiusdem speciei spetialissimæ, non autem eiusdem speciei subalternæ. Nam valet in lumine solari. Vbi quandoque apparet sub nube densiori,quandoque sub minus densa, quandoque sine nubis, & sic certum est quod primum est idem lumen essentialiter cum Secundo & cum Tertio. Non autem est verum de lumine quòd est in ferro in argento, in auro, & in lapidibus. Nam ista differunt essentialiter & substantialiter, ergo. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus articulum 3. Doctoris.

LECTIO CENTESIMA

Super ar.3.Quæstionis 34.Ioannis Carmelitæ in qua disputat sustinetque hanc conclusionem quod Beatitudines distinguuntur à fructibus. Idcirco obseruabo sex digna scitu.

Primum quid fructus. } 3.quot sint fructus. } 5.probationem. }
2.cur fructus dicitur? } 4.ponam conclusionem. } 6.Resolutionem. }

Quo ad Primum.Quid sit fructus? Facilis est responsio. Nam fructus dicitur esse omne bonum quod vlt.expectatur ex arbore, vel generaliter ex quocunque labore, & quod sumitur cum lætitia, & cum suauitate possidetur. Idcirco non solum quæ ab arboribus summũtur vocantur fructus sed quæ à terra, ab herbis, seminibusque. In super omnia quæ ab arte à studio, & industria.

Quo ad 2.Fructus dicitur à frui. Nam frui, vt placet Diuo Augustino, est vti aliquo cum gaudio. Sed nil ita præstat gaudium, & exultationem sicuti fructus ex tot vigilijs, impensis, laboribus, & periculis productus, & acquisitus.

Quo ad 3.& ad nostrum propositum fructus sumitar quatuor modis. Nam fructus dicitur.
Gala. 5. Donum { Donum Spiritus Sancti, } De dono loquitur Paul.ad Gala.5.Fructus autem Spiritus est charitas: gaudium: pax: pacientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: continentia: castitas: De opere loquitur Gerson Tractatu.7.Super cantico Mariæ occasionem sumẽs ab Euangelio super Matth.7. Arbor bona fructus bonos facit ideſt vt inquit Glossa. Homo bonus opus bonum facit. Idem Lucas. Facite fructus dignos penitentia.
Opus { Opus pœnitentiale, }
Actus { Actus virtutis,& intensæ qualitatis, & }
Beatitudo. { Beatitudo eterna. }
Matth. 13. De actu intensæ qualitatis loquitur Euangelista Matth.cap.13.Loquens de semine dicit. Alia autem semina ceciderunt interram bonam & dabant fructum, aliud Tricesimum: aliud Sexagesimum, & aliud Centesimum.1.aliud semen dabat fructum Tricesimum in nuptis, Sexagesimum in viduis, & Centesimũ in Virginibus. Vnde apparet maxima intensio.

De fructu beatitudinis loquuntur omnes Doctores super Matth. 5.Vbi assignat illis octo gradibus suos fructus. Beati pauperes Spiritu habent pro fructu regnum cœlorum: Beati qui lugent habent consolationem & sic in reliquis. Ex his sic declaratis pono conclusionem Doctoris Carmelitæ. Beatitudines à fructibus distinguuntur, probatur.

Prima prob. Illa sunt diuersa quorum species sunt diuersę: Sed species beatitudinis & species fructuum sunt diuersæ, ergo & illa erunt diuersa. Maior est verissima. Minor probatur. Nam certum est quod alia sit species Beatitudinis paupertaris: alia munditiei: alia luctus: Alia esuriei iustitiæ. Sic alius est fructus spetie dominij cœlorum: alius visio: alius consolatio: & de reliquis, ergo diuersa erunt.

Confirmatur. Quorum diffinitiones sunt diuersæ & illa sunt diuersa. Sed alia est diffinitio beatitudinum,& alia fructuum,ergo diuersa. Maior est apertissima. Quoniam diffinitio sumitur à forma, & cum alia sit forma & diffinitio: Sed alia est diffinitio paupertatis: alia visionis: alia Munditiei: Alia consolationis, ergo & illa diuersa.

2.Prob. Illa distinguuntur abinuicem quorum alterum alterum præcedit: At beatitudines præcedunt fructus, ergo distinguuntur & differunt.Maior est clariss.& minor probatur.Nam beatitudines sunt causæ fructuum:

fructuum:sed causa distinguitur à suo effectu, ut patet in arte. Vbi domus ab Architecto est seiuncta, & distincta: Triangulus & pontagonus a Mathe.ergo & beatitudines à fructu.

3. Probatio opposita distinguantur ab inuicem: ergo Beatitudines & fructus distinguuntur patet quoniã sunt opposita. Nam beatitudo posita est in labore,Nam dicitur. Beati qui persecutionem patiuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: sed pati famen & persecutiones est laboriosissimum; Fructus uero sunt dulces,suaues,& delectabiles,ergo distinguntur.

DIFFICVLTATES

Quod Beatitudines non distinguuntur à fructibus.

Arg.1. Assumo primam beatitudinem quæ dicitur Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est reg. cœlorum. Idem est regnum cœlorum quòd beatitudo: sed regnum cœlorum est fructus beatitudinis. Igitur idẽ sunt Beatitudo & fructus. Probo maiorem. Nam nullus potest uocari beatus nisi possideat regnum cœlorum:& nullus possidet regnum cœlorum nisi Beatus. Igitur sunt idem.

Arg. 2. Videre Deum est fructus huius beatitudinis Beati mundo corde,sed uisio Dei est solius Beati, ergo. Idem sunt Beatitudines & fructus. Maior est. Apostoli. Videbimus eum sicuti est. Minor est euangelij dicentis. Beati mundo corde; quoniam ipsi Deum uidebunt.

Arg. 3. Consolatio hominis est fructus huius beatitudinis Beati qui lugent: sed Beati sunt consolati, ergo idem erunt fructus q beatitudines,& est conuerso.

RESPONSIONES

Ad primum quando dicitur quòd idem sunt Beatitudines & fructus. Respon. quod beatitudo est duplex.

Prima est meritoria } Beatitudo meritoria est in uia: } Beatitudo meritoria dicitur operatio: Beatitudo
Secunda præmiatoria. } Beatitudo præmiatoria est in patria. } præmiatoria dicitur coronatio,& omnium bonorum aggregatio.

De beatitudine meritoria loquitur. Iacobus 1. Cap. dum inquit. Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uitæ. *Iaco.1.*

De hac laquutus fuit Dominus in monte. Beati pauperes spiritu, De hac Dauid. Beati immaculati in uia. Beatus uir qui non abijt in consilio impiorum. *Matth.5.*

De beatitudine præmiatoria loquitur. Boetius dum inquit. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, cui nihil deest. Dara hac distinctione beatitudinis modo accedo ad argumenta, & unica responsione omnia soluuntur. Dico, ergo q si loquamur de beatitudine præmiatoria quæ est in patria est idem q fructus.si uero loquamur de beatitudine meritoria,dispositiua,& præparatiua ad fructus,sic certe non est idem beatitudo & fructus. Hanc doctrinam sumimus à S. Bona. Thoma. Scoto. Bachonitano. Occam 2. parte sui Dyalogi. A Biela lectio.57. super Canonis. A Petro de Aliaco. q.12.ar.3.li.1. & sic soluitur quæcunque alia difficultas.

Hinc accedo ad Distinctionem 35. in ordine,& erit lectio sequens.

LECTIO

L.TOT. Distin.35.

Centesima prima super Distin. 35. in qua tria agit circa comparationem donorum. Nam cum in præcedentibus egerit de donis simpliciter et absolute, hic agit de illis respectiue comparando illa adinuicem. Ideo.

Primum est circa discrimen sapientiæ & scientiæ, } Vnde ut ordinem meum seruem uobis propono tria potissima. 1. erit conclusio.2. probationes.3.dubia cum solutionibus.
Secundum circa sapientiam & intellectum
Tertium circa scientiam & intellectum. }

Quo ad conclusionem.Dico q sapientia & scientia,& Intellectus non sunt Deus, sed sunt dona diuina homini collata: Addo q dona ista differunt abinuicem.

Prima probatio.Illa differunt ab inuicem quorum obiecta sunt diuersa:sed obiectum scientiæ est diuersum abobiecto sapientiæ,ergo sunt diuersa,ergo differunt. Maior est phil. scientiæ secantur quemadmodum, & res: distinguntur à distinctione & diuersitate obiectorum. Minorem probat Mag. in litera. Nam inquit Doctissimus Petrus q differunt.

1. Sapientia est rerum diuinarum } 2. Sapientia est pietas, quæ grece dr̃ Theosebia & dr̃ cultus Dei.
Scientia est humanarum. } Scientia est abstinẽtia à malis,prudensq; cũ malis conuersatio.

3. Sapientia habet pro fine obiecta superna & eterna. Scientia habet pro fine operationes ut complaceat supernis, eternisque.

4. Sapientia dicit cognitionem cum dilectione & gustu Dei opt.max. Hinc sapientia uocatur sapida scientia. Hinc sapientia in principio est cum cognitione, in fine cum affectione, & dulcissimo gustu. Ideo S.Gregorius inquit q actus sapientiæ est reficere. Scientia uero potest esse sine dilectione,ac sine gustu. Deus sit pecca-

peccatum, At sine gustu: Demonium etiam scit Deum tamen sine gustu.

Idem asserit Bernardus. Nam sapientia habet excessum in sapientibus. Idcirco quandoque eleuantur rapiuntur, & extolluntur usque ad raptum.

Idem asserit Dionysius dicens q̃ sapientia facit amentem .i. extra mentem, & supra mentem, ut patet in uiris sanctis. Scientia uero non habet excessum sed terminum.

5. Sapientia est collectio omnium uirtutum tam intellectualium quam moralium. Vnde sapiens est in omni genere uirtutum absolutus, de quo dicebat Seneca. In sapiẽtem non cadit tristitia. Ideo in hac uita non potest reperiri aliquis sapiens in summo gradu. Hinc licet apud Grecos darentur illi septem sapientes, scilicet. Tales Milesius: solon salamimus, chilon lacedemonius; Pittacus Mitilincus: Bias Preeneus: Cleobolus Lyndius: & Periander Corinthus; Tamen non poterant simpliciter uocari sapientes sed secundum quid. Quoniam quasdam habebant uirtutes morales, naturales, & intelligentiarum notitiam non tamen omnem Idcirco Pitagoras noluit admittere in sua schola nomen sophi .i. nomen sapientis, sed philo. statuit nomen. Cum uidetet impossibile esse dari hominem undequaque in cognitionẽ absolutum, scientia uero non colligit omnem notitiam sed omnia cum mensura & proportione. Inde recte differunt sapientia & scientia.

6. Sapientia conuenit intellectui & affectui; scientia uero solum intellectui ut inquit S. Bernardus. Ideo Gerson inquit de monte contemplationis Cap. 7. Multi simplices sunt doctissimis multis, sapientiores quoniam ardentius Deum amant quã Doctissimi, qui sæpissime sunt sine amore.

7. Differt etiam sapientia ab intellectu. Nam Intellectus est solum ad intellectum; sapientia uero ad Intellectum & ad affectum.

Præterea. Sapientia est cognitio & affectio Dei, & rerum eternarum; Intellectus uero est cognitio ueri, & eterni prout ex conditionibus creaturarum sumi potest. Hanc sententiam etiam sumimus ex Aristo. 1. Metaphy. in prohemio ubi declarat q̃ Sapiens dicitur esse ille qui scit omnia & præcipue difficilia per certitudinem, & per causam, quęritque sui causa, scire. Idem asserit phil. de mente Homeri. Nam laudans quendam philo. nomine Margitem dixit esse sapientem quoniam omnium congnitionem habuit. Additur Dicitur sapiens quoniam regulat, & omnia regit.

8. Preterea. Intellectus est habitus primorum principiorum complexorum indemonstrabilium sub ratione ueri; sapientia uero non solum est primorum principiorum indemonstrabilium, uerum etiam primorum & simplicium entium. Et quia sumus in sapientia quæ est donum spiritus sancti poterit hoc modo diffiniri. Sapientia est cognitio rerum diuinarum; non humana acquisitione, aut cognitione acquisita sed a Deo menti infusa, qua homo omnia diiudicat, fundata in Dei amore & dulcedine: & qua homo seipsum ac proximum debite in uiam salutis ordinat.

Hinc sit hæc uera differentia horum donorum.

Sapientia est solius ueritatis eternæ contemplatio, & dilectio,
Scientia est solum rerum temporalium cognitio, per quam fit administratio, &
Intellectus est simul & semel creatoris & creaturarum inuisibilium speculatio.
} Hæc quo ad probationem conclusionis.

Remanet modo uidere difficultates contra conclusio.

DVBITATIONES

Contra pradicta, uidelicet quòd non differant ab inuicem.

Arg. 1. Ab eodem inquantum idem semper prouenit idem. At Deus est ens simplicissimum ergo quod ab eo fluit erit idem & simplicissimum, ergo cum sapię & scię ab illo proueniant erunt eadẽ, ergo, & intellectus Maior est phil. & minor est omnium Theologantium, ergo nullum habebunt discrimen.

Arg. 2. Quorum idem est finis illa sunt eadem. At finis sapientiæ; scientiæ ac Intellectus est idem, ergo & illa erunt eadem. Maior est clarissima. Quoniam finis & principium habent mutuam relationem. Minor patet. Nam finis sapientiæ, scientiæ ac Intellectus est uerum, ergo.

Arg. 3. Quorum eadem est diffinitio illa sunt eadem: At sapientiæ, scientiæ, & Intellectus. eadem est diffinitio, ergo erunt eadem. Maior est clarissima. Quoniam diffinitio distinguit ac separat. Minor probatur. Nam sicuti sapientia est donum irredibile, sic scientia ac Intellectus, ergo erunt eadem.

Arg. 4. Dicit August. 14. de Trini. sapientia est rerum diuinarum ac humanarum cognitio, ergo erit eadem quod scientia. Patet quia etiam scientia est circa humana, ergo.

Arg. 5. q̃ intellectus & scientia sint idem. Sicut se habet amor ad Deum, sic se habet & Intellectus. At amor non est perfectus si solus Deus amatur, & non proximus dicente domino. Diliges dominum Deum tuũ, & proximum tuum. Sic intellectus non diceretur esse perfectus si solum Deum conciperet & non creaturam. Sed scientia est circa creaturam, ergo erunt idem. Minor est magistri sententiarum, ubi dicit q̃ scię tia est circa creaturas, ergo.

RESPONSIONES

Pro argumentis, quòd dona non sint idem simpliciter.

Ad primum Ab eodem in quantum idem non prouenit nisi idem. Resp. concedo maiorem minoremq; sed declaro eas, quòd propositio illa ualet in causa naturali & necessaria non autem in supernaturali & libera. Valet in igne, in sole. Non autem in agente libero à quo possunt diuersi pronenire effectus.

Secunda responsio. Non ualet argumentum Quoniam datur instantia de creatione. Nam licet Deus sit simpli-

simpliciissimus & semper idem, tameu uarij, diuersique oriuntur effectus, ut patet in creaturis, quæ maximã habent diuersitatem.

Ad 2. quorum finis idem. Resp. q̃ finis esse idem sapientiæ, scientiæ, & Intellectui. stat. dupl.

Vel materialiter,
Vel formaliter,
} Dico q̃ est idem materialiter, at non formaliter. Nam scientia solum concipit uerũ sine amore: sapientia uero non solũ concipit Verum, sed cũ amore, & dilectione.

Ad 3. quorum diffinitio est eadem. Resp. q̃ diffinitio sumitur dupl.

Genericè &
Specifice.
} Si sumatur generice, sic est eadem omnium donorum: specifice vero non est eadem.
Quoniam aliomodo respicit suum obiectum sapientia, aliomodo Intellectus, & scientia.

Ad 4. Idem dicimus & ad 5. sunt eadem generice, non autem specifice. Et sic soluuntur. alia mille. Hęc pro præsenti. In sequenti aggrediar Quæstionem Carmelitæ.

LECTIO

Centesima secunda super Quæstione 35. Ioannis in qua disputatria.

Primum, An passiones extremæ sint in homine à natura in appetitu sensitiuo?
Secundum, An passiones extremę possint reduci ad medietatem sicut colores medij?
Tertium An illæ passiones possint euadere in uirtutes per prudentiam & temperantiam?

Idcirco ut res clarior appareat quinque obseruabo. Primum erit circa continuationem.

Secundum quid sit passio sensitiui appetitus.
Tertium quot sint passiones.
} Quartum ponam cõclusionem cum probationibus.
Quintum solum difficultates. Quoad primum scire oportet q̃ non sine causa egit de passionibus an reducantur ad medietatem, quod dico propter continuationem. Nam cum in præcedentibus egisset de donis, & antea uerba fecisset de uirtutibus, quæ sunt uelut frenum passionum; nunc uult obuiare difficultati maxime. An cum uirtutes sint maximæ perfectionis dum passiones frenant, poterunt ne ad aliquam medietatem conducere illas, uti ex coloribus extremis fiunt medij colores per immixtionem alterius oppositi. Vel ut ex igne & aqua aut ex summo calido, & summo frigido fit aliquid tepidum? Vnde non sine ratione quæstionem istam disputat.

Præterea Cum denominatio fit a forma. Et uirtutes quæ reducunt passiones extremas ad medietatem sint formæ istarum passionum. Queri potest an istæ passiones sint in genere uirtutis? Nam ubi est forma uirtutis ibi est ratio principalis uirtutis. Hic est forma uirtutis; igitur istæ passiones sub medietate positæ erunt in genere uirtutis. Vnde apparet proportionatissima connexio Doctoris cum Magistro sen. Fauet huic connexioni præstantissimus Aureolus qui pariter hanc mouet difficultatem, & cum Doctore & Aureolo conueniunt multi alij præstan. Perpendant ergo nostrates intimius Doctoris scopum antequam ita licenter loquantur, & blacterent. Hæc quo ad continuationem.

Quo ad secundum de passione appetitus sensitiui. Passio diffinitur uarijs modis a doctoribus Damascenus inquit. Passio est motus uirtutis appetitiuæ sensibilis boni, & mali imphantasia. Idem asserit Eustratius. *Damascenus* *Quid passio.* *Eustratius.*

Gerson autem parte tertia in tracta. de passionibus animæ diffiniens passionem, inquit. Passio est inclinatio quędã, uel coaptatio, similitudo, & conuenientia derelicta ab agente in passo, per quam passum trahitur facile ab agente in sui similitudinem, & naturam. In qua deffinitione obseruo quinque. Nam dicitur. *Gerson.* *Passio quid.*

Motus,
Inclinatio
coaptatio,
Similitudo &
Conuenientia.
Dicitur
} Motus, quoniam acquirit appetitus terminum concupitum.
Dicitur inclinatio, quoniam illum terminum amat, & diligit,
Dicitur similitudo, quoniam sunt in eadem serie generica. & qualitate.
Dicitur denique conuenientia; quoniam appetitus maximam degustat dulcedinem, in suo termino, & fine.

Exemplum in eo qui amicum diligit Inclinatur coaptatur assimilatur, & in omnibus secum conuenit. Sic apparet in his quiturpiter amant pecuniam, carnem, & uilia.

Quo ad tertium de numero passionum. Sciendum igitur est ut placet phil. 3. de anima cap. de potentia motiua, q̃ appetitus est duplex dico de sensitiuo, uidelicet.

Concupiscibilis.				Iracibilis.			
Inconcupisibili sunt istæ passiones.				In appetitu irascibili sunt istæ.			
Bonum,	Amor	Desiderium		Bonum	Spes	Audatia. Desperatio	
Malum.	Odium.	Fuga.		Malum.	Timor		Etira.
		Delectatio, & Tristitia.		Istæ passiones etiam apparent singulari quodam modo in brutis.			

Passionum numerus.

Nam in leone apparet audacia, ingallo animositas; in Tigride & apro ira; in porco, hirco, & passere uoluptas; in lepore oue & cuniculo timiditas: in uulpe fraus; in cane adulatio; in equo superbia; in catto melanchonica tristitia; in Cornice auaritia: quæ omnes reducuntur ad priores illas octo, uel quindecim. Sed obseruo q̃ sicut in animalibus non sunt neque malæ, neq; deformes cũ libero arbitrio careant a quo ois reperiẽ mali rõ: sic in homine sepissime sunt malæ & deformes: Tum quia sunt à peccato, Tum quia non regulantur a libero arbitrio. Ex iis modo accedo ad conclusionem quod est quartũ cõsideratum, quę talis est. *Conclu.*

Passiones extremæ appetitus sensitiui possunt ad medietatem reduci. Probatur sicut se habet sanitas quæ dicitur esse qualitas media appetitus sensitiui ad extremas passiones quæ sunt ægritudines, sic se habent passiones mediæ respectu passionum extremarum. At sanitas est proportio adequata humorum & media inter extremas passiones; Igitur & passiones extremæ reducantur ad medietatem. *1. Probatio.*

Quod autem passiones extremæ sint ægritudines nostri appetitus patet ex Diuo Apostolo. Nam Romano 7. inquit. Sentio aliam legem in membris repugnantẽ legi mentis meæ. Idem in calce capituli dicit. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde declarat pronitates, extremasque passiones mortis esse causam. *Roma. 7.*

Idem

Roma.6. Idem in superiori capite. Humanum dico propter infirmitatem carnis nostræ. Nam caro dicitur infirma, quia inclinat ad egritudines, quæ sunt passiones extremæ.

Minor autem probatur ꝙ sanitas sit qualitas media inter passiones. Nam medium dicitur esse id quod æqualiter distat ab extremis; sed sanitas æqualiter distat ab extremis, ergo. Probo minorem. Sanitas dicitur. Sanitas quid. esse posita in media proportione humorum. Idcirco si exit ab illa proportione magis, aut minus, uel aliqualiter, tunc accedit ad passiones, & egritudines si accedit ad sanguinem magis, ecce febres calidę: si ad melancholicam febres frigidę sentiuntur.

Confirmatur. Quoniam uirtutes morales sunt sanitates, ut habetur Isaiæ 58. Nam inquit. Dissolue colligationes impietatis: Dimitte eos qui confracti sunt liberos. Frange panem tuum esurienti. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Vnde apparet ꝙ uirtutes quæ acquiruntur exactibus bonis sunt lumen & sanitas, ergo in medietate.

Idem asserit phil. 2. Ethi. cap. 3. dum inquit, ꝙ virtutes sunt medicinæ: sed medicina sanat, ergo.

Secunda probatio. Assumo audatiam & timorem. Certum est ꝙ sunt extremæ passiones, Quoniam sicuti audacia nimis, & supra id quod dicit sperat, sic timor nimis desperat. Præterea sicuti audacia aggreditur id quod non debet aggredi, ut patet in Rege, quòd non debet cum rustico congredi: neque uir cum muliere, uel adultus cum puero: sic timidus per excessum timet non timenda, non sustinet sustinęda, nec aggreditur aggredienda: Modo istę passiones reducuntur ad medietatem per ipsam fortitudinem. Quæ aggredię aggredienda & fugit, quando sunt aggredienda, & quando sunt fugienda. Nam oportet semper obseruare debitas circunstantias, ergo apparet quomodo ad medietatem reducuntur.

Tertia probatio. Motus directe non est ad sanitatem ut inquit Phil. 7. Phy. t. com. 17. sed ex remissione & intentione humorum; Nam dum diminuitur flegma intenditur sanguis, & sic fit æqualitas humorum, ex qua sanitas confurgit: Ita dicit Auer. eo loci Com. 19 ꝙ uirtus confurgit ex alteratione passionum. Nam dum audacia diminuitur timor intenditur, & ex diminutione unius & alterius intentione fit adequatio, ergo uerissima est conclusio ꝙ passiones extremę ad medietatem conduci possunt.

Quarto probatio In homine est uirtus continentiæ: At uirtus ista oritur extremis, quoniam dum diminuitur incontinentia fit æqualitas inter incontinentiam & uirginitatem. Patet in tepido. Dum diminuitur frigiditas aquæ intenditur calditas, & sic oritur quædam medietas sic dicitur esse in uirtutibus natis ex passionibus extremis.

Idem patet in colore medio. Nam color flauus causatur ex diminutione nigri, & intensione albi sic uirtus liberalitatis ex remissione prodigalitatis, & intentione auaritię. Dum remittitur & modificatur prodigalitas, additur illa pars prodigalitatis auaritiæ, & tunc consurgit æqualitas, quæ est uirtus liberalitatis, ac munificentię. Et his patet ꝙ optime concludit Doctor uirtutes esse media inter passiones extremas. Modo insurgunt difficultates contra prædictam Conclusionem, quòd nullo modo passiones extremæ reducantur ad medietates.

DVBBIA ADVERSVS
conclusionem propositam.

Arg. 1. Virtus est qualitas media inter malitias extremas habitusque uitiosos, ergo non potest reduci ab ipsis passionibus, uel habilitatibus extremis. Antecedens est apertissimum. Nam liberalitas est inter prodigalitatem & auaritiam: fortitudo inter audaciam & timorem, quæ arguunt malitiam. Consequentia probatur. Quoniam habilitates in multis sunt à natura ut patet in brutis. In Leone audacia: intigride crudelitas; 2. Ethi. c. 1. in uulpe fraus, & in Pauone uanagloria. Sed malitię non sunt à natura, ut atestatur phil. 2. Ethi. ca 1. & reddit 3. Ethi. c. 9. causam phil. 3. Ethi. cap. 8. quoniam in his quę à natura sunt, nec laudamur, nec uituperamur, ergo non erit medium inter passiones.

Arg. 2. Medium semper debet esse eiusdem generis, & eiusdem ordinis cum extremis, ergo uirtus non erit media inter habilitates, & passiones naturales. Antecedens est manifestum. Nam medium ut colores, tepidum. fortitudo, equitas, & similia, sunt eiusdem generis & ordinis cum extremis: Cons. probatur, passiones, uel habilitates ad passiones sunt à natura; uirtus uero est ex actibus, & assuetudine ut dicit phil. 3. Ethi. c. 1. sed non sunt in eodem ordine entia naturalia, & entia quæ sunt ex assuetudine, ergo non erit media.

Arg. 3. Habilitates & passiones naturales semper tendunt ad medium rei. i. ad æqualitatem rei, ergo uirtus non poterit esse media inter habilitates, & passiones naturales. Antecedens patet. Nam id uocatur medium rei ꝙ operatur mō medio, ut patet intepido tepidū. n. non calefacit in summo sed medio modo: sic nec infrigidat. Conse. patet. Nam uirtus quandoque tendit ad medium rei, quandoque ad medium rationis quod est extremum rei. Nam ratio recta, sanumque iuditium dictat aliquando hominem multum irasci, multum ulcisci, multum punire; qnandoque inclinat parum, minimum, nihilque ulcisci, ergo nullo pacto poterit esse medi um inter habilitates, & passiones extremas.

Ex. 10. diui. tex. co. 23. Arg. 4. Tertia species non potest constitui ex duabus naturis specie distinctis, ergo virtus non potest esse media inter habilitates, uel passiones extremas quæ sunt specie distinctę. Antecedens est phi. 5. diuinorum ubi dicit. Quinque non sunt duo nec tria. Ratio. quoniam duo & tria sunt specie distincta Cons. probatur. Quoniam audacia & timor, uel habilitas ad audaciam, & ad timorem sunt distincta specie, uti medij colores ab extremis, & tepidum, & similia, ergo virtus non erit media.

10. Diui. t. c. 13. & 14. Arg. 5. formę oppositę in quantum sunt oppositę non possunt simul concurrere in eandem naturam, ergo virtus non potest media esse inter habilitates, & passiones contrarias. Antecedens est philo. 10. Diuinorum tex. & com. 13. & 14. Nam inquit. Contrarietas est secundum formam: sed forma reperitur non solum in extremis, sed in medijs, & licet non sit in summo est tamen in esse remisso & sic quòd repugnat compositioni. Sic repugnat nigredo remissa albedini, uti reluctatur in summo, ergo cum in summo non concurrit ad

ad compositionem: sic nec in esse remisso. Conse. apparet. Quoniam uirtus est media inter habilitates, extremasque passiones.

RESPONSIONES
Quod uirtus consurgit ex habilitatibus, passionibusque extremis.

Ad 1. Quando dicitur ꝙ non sunt uitia habilitates & passiones quia a natura. Resp. ꝙ uitium est dupl.
Alterum ut dicit defectum } Si uitium sumatur primo modo ut dicit defectum, sic negatur. ꝙ ha-
Alterum ut dicit uituperium. } bilitates non sint uitiosę; si uero uitiū sumatur. secundo modo prout arguit uituperium, sic certe nullum arguit deffectum. Ideo phil. 6. Ethi. c. 17. & in li. Magno. Mora. c. 5 habilitates naturales sunt in 2. relatione bonæ & malæ; Vitiosę, & studiosæ. Vitiose si reluctantur rationi, studiosæ & morales si usum, & modificationem summant à ratione.

Ad 2. dicimus ꝙ non currit. Nam falsum est ꝙ modi acquirendi rem, diuersi uarient speciem rei. Nam quis acquirit pecuniam labore, alius usura, alius ingenio, & licet uarij sint modi, tamen pecuniæ species eadem dicitur. Præterea si acquiruntur consuetudine, ergo, & natura patet. Quoniam consuetudo est altera natura, ut d. phil. 7 Ethi, cap. 4. & in Magnis mora c. Capi. 4. *Consuetudo altera natura. 7. Ethi. c. 4.*

Ad 3. quando arguitur ꝙ ratio quandoque excedit in uirtute. Nam nimis punit; Nimis ulciscitur. Resp. licet quandoque excedat non sequitur ꝙ non sit media. Nam ille excessus non exit medium. Est excessus respectu culpę. Respectu culpæ minoris, & penę dicitur excessus; sed non respectu uirtutis. Quoniam illa uindicta fuit maxima respectu maximi delicti. Et hoc est proprium uirtutis ad culpam maximam, maximam addere pœnam.

Ad 4. ex duobus specie distinctis species non constituitur ut patet in numeris. Resp. ꝙ species sumitur. dup.
Vel ut dicit indiuisibilitatem } Species indiuisibiles in forma & ingradu non possunt constitui ex
Vel ut dicit diuisibilitatem. } diuersis in specie. Vt figuræ; triangulus; ternarius, quaternarius, & formæ substantiales perfectę. Nam figura sphærica non potest constitui ex figuris longis: sit ternarius, non constituitur ex quaternario, & quinario, Quoniam sunt indiuisibiles in forma & ingradu. Speties uero quæ dicit diuisibilitatem saltem gradualem, possunt constitui ex diuersis in specie. Hoc modo uirtus cum multos habeat gradus constitui potest. Et sic tenemus in conclusione.

Ad 5. formæ oppositę non concurrunt &. Resp. quod formæ dupliciter possunt considerari. *Formæ duplicit. sumuntur.*
Absolute, & precise } Si considerentur absolute, & precise ut formæ. Sic certe non
Secundum quid, & sine precisione. } concurrunt ad constitutionem. Quoniam hoc modo sunt actualiter appositæ. Si uero considerentur sine precisione, & quatenus sunt in quadam remissione, uel diminutione perfectionum, sic concurunt ad constitutionem tertiæ speciei. Et hoc modo id quod est minoris gradus habet rationem potentiæ & id in quo plures sunt gradus tenet locum actus. Et sic resultat tertia species. Et ita soluuntur infinita argumenta. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar articulum tertium Doctoris Carmelitæ, in quo disputat. An passiones, uel qualitates mediæ induant rationem uirtutis moralis.

LECTIO
Centesima tertia super Ar. tertio, In quo elucidat hoc quæsitum. An qualitas media passionum extremarum inducit rationem uirtutis moralis? In qua lectione quatuor assignabo.

Primum in conclusionem. } Tertium probationes conclusionis afferam. } Quoad primum
Secundum quomodo qualitas } Quartum difficultatum solutionem dabo. } sit conclusio
nostra induat rationem uirtutis.

Qualitates mediæ extremarum passionum induunt rationem uirtutis moralis. Hæc conclusio tenetur à N. Doctore, & probatur à Maximo Carmelitarum Theologo Guidone, nec non à me etiam probabitur, & primo sic.

Omnis habitus inclinans appetitum in id quod ratione recta est iudicatum esse prosequendum dat ipsis qualitatibus medijs formam moralem: Sed uirtus fortitudinis dat ipsis habilitatibus medijs naturalibus inclinationem in id quod est à ratione iudicatum esse prosequendum, ergo illæ habilitates naturales erunt morales per uirtutem moralem.

Maior est clarissima. Quoniam denominatio fit a forma: cum in illis forma moralis reperiatur erunt morales. Probatur minor. Nam fortitudo docet quando oportet aggredi terribilia: ubi & cum quibus decet fugere.

Præterea. Omnis denominatio fit à fine, Tunc arguo sic Omnis uirtus in est nobis dupliciter uidelicet.
A natura & } A natura incohatiue, & initiatiue, } A natura ut semen, &
Ab intellectu } Ab intellectu terminatiue & completiue. } Ab intellectu & recta ratione ut fructus. At fructus, terminatio, completio, & absolutio sunt fines, ergo cum recta ratio si uirtus moralis, istę habilitates erunt morales. Maior sumitur ex Aristo. 2. Ethi. c. 1. Maior etiam ab eodem.

Idem asserit Auicenna qui dicit, ꝙ in solo homine pueritia in est uerecundia de turpitudine, & gloria de honestate, ideſt reperitur naturalis inclinatio ad illas, quæ terminantur postea per rectam rationem. Sicuti grauitas in lapide, & leuitas in igne sunt naturaliter quæ perficiuntur per agentis operationem.

Idem

Idem habetur à philo.2.Moralium capite.5.ubi inquit. Ratio est principium & Dux uirtutis. Nam primum sit motus irrationalis ad bonum,ut est inclinatio ad terribilia per fortitudinem;Subinde accedit rectificatio, modi, loci, & temporis quibus ratio iudicat illa esse aggredienda. Exemplum habemus in pueris, in quibus fiunt motus passionum absque ratione ad bonum præsens; deinde ratio super ueniens facit per executionem bona operari.

Idem habetur 6.Ethi.c.17.vbi dicit ꝙ a natura sumus iusti, temperati, fortes, & alia huius. Vnde dupli.est uirtus uidelicet.

Virtus dupl.

Naturalis& Moralis } Naturalis est principium, Moralis dicitur medium, } Naturalis est habilitas & inclinatio ad bonum. Moralis est dirigens ad bonum secundum circunstantias temporis, loci, & modi. Ista autem moralis continet duodecim modos descriptos ab Aristo.2.Ethi.ca.7.quos enumerare uolo, ut res facilius sumatur & unde sumantur passionum regulæ, duces,& magistri. Duces, ergo passionum sunt isti. scilicet.

Fortitudo. } Magnificentia Liberalitas. } Magnanimitas, Honoris mediocritas circa amatiua. } Mansuetudo. Veritas. } Eutropelia, Affabilitas. }
Temperantia.
Iustitia & Prudentia. } Sub inde addo, quod de mente Senecæ & Tullij isti modi uocantur multis nominibus diuersis,non quia sint diuersi genere,& fine;sed qua sunt diuersi quo ad modū operandi. Nam dicuntur.

Refrenationes } Refrenationes passionum. Nam refrenant audaciam, timorem; amorem odium,
Rectitudines } prodigalitatem,auaritiam,iram, inuidiam, superbiam, & alia.
Equalitates, } Rectitudines rationis. Nam ratio per ipsam prudentiam rectificat & regulat passiones,& actiones. Regulat passiones. Quoniam moderat inclinationem ad malum,
Firmitates. } & coadiuuat appetitum ad bonum. Regulat actiones quæ sunt emptio; uenditio, aduocatio, defensio, & similia ne sint iniustæ.

Equalitates operationum.Nam fortitudo est æqualitas,& medium inter audaciam & timorem: liberalitas inter prodigalitatem & auaritiam:Temperantia inter luxuriam & continentiam.

Firmitates animę. Nam firmant, stabiliuntque animam in bono, recto ac iusto. Vnde si omnes illarum habilitatum, uel passionum, uel uirtutum naturalium sunt perfectæ, terminatæ, absolutæque a moralibus certæ morales dici possunt.

Præterea. virtus moralis per suam uim assuescit appetitum secundum illas habilitates parere rationi: sed assuetudo inducit naturam rei quam assuescit obedire,uel uiuere, aut operari,ergo erunt morales cum ratio ni obediant propter morales. Maior est clarissima. Minor probatur. Nam concludit phil.7.Ethi c.14.Et 2.Magnorum Moralium ca.4. quòd consuetudo est altera natura,ergo cum assuetudinem assumant ab ipsis moralibus:certè morales dici possunt.

Præterea. Omnis denominatio fit ab actu ex phil.9.diuinorum,& 2.dè anima,& non a potentia. Sed habilitates per morales uirtutes actuantur,ergo merito dicuntur morales. Nam habilitates sunt uti potentia quæ nullam,aut minimā dicunt rei entitatem. Idcirco summa rei essentia ab actu sumitur sed cum actus habilitatum sit uirtus moralis iure merito morales nuncupari debent.

Præterea. Omnes actus.recti sunt morales: At actus habilitatum naturalium per uirtutem moralem sunt recti,ergo habilitates erunt morales.Maior est phil.6.Ethi.c.13.Et minor patet. Quoniam effectus arguunt suas causas.Ideo pueri licet agant recta,& simplices;tñ actiones illæ non possunt dici morales. Ratio est in promptu. Quoniam agunt sine uirtute,& sine cognitione dirigente ad opus. Ideo recta agunt sine arte: recta proferunt sine discursu; & recta concludunt sine medijs. Hinc assumunt uocem recti sed non recte. Et sic patet quomodo habilitates naturales sunt morales per uirtutes. Modo oportet uidere difficultates repugnantes nostro præclarissimo Guidoni, nec non Aristoteli.

DVBITATIONES

Contra conclusionem, quòd habilitates non possint esse morales.

Arg.1.Diuersæ causæ diuersos producunt effectus sed habilitas,uel qualitas naturalis, & uirtus moralis sunt diuersæ causę,ergo & diuersos producent affectus, ergo naturales non induent habitum moralem. Maior est apertissima. Quoniam unaquæque res operatur secundum suam assentiam. Et cum alia & alia sit essentia, ergo & alia uis,ergo & alia operatio. Patet in naturalibus; in plantis. Nam aliud producit Miluius, aliud Columba: Aliud ficulnea, aliud quercus; Minor probatur Qm̄ qualitates naturales,ut mansuetudo liberalitas,fortitudo, iustitia & reliquæ,sunt à complexione,& ab organizatione naturæ perfectæ & optimæ: Mansuetudo uero moralis.& reliquæ sunt ab ipsa consuetudine & exercitatione actuum. Sed consuetudo aliud est à complexione,ergo.

Præterea. Quę distinguuntur spetie distinguuntur,& ratione. Sed habilitates,& qualitates naturales distinguuntur spetie à moralibus, ergo & ratione; & nomine, ergo non sunt morales. Maior clarissima. Nam cum homo a bruto spetie distinguitur,& ratione. Mi. apparet. Quoniam uirtutes morales sunt de prima spetie qualitatis: habilitates uero sunt de secundā spetie qualitatis.

Præterea. Distinctio sumitur à fine. Sed qualitates naturales alium finem habent a qualitatibus moralibus, ergo erunt distinctæ. Maior est clarissima. Quoniam alius finis,alia media arguit,ergo alias causas. Minor patet. Quoniam qualitates naturales habent pro fine delectationem sensualem. Nam delectatio & tristia sunt in sensu tactus, sic audacia,& timor circa pericula uitę & mortis,quæ sunt in tactu; Delectationes uero morales tendunt ad lectationem rationis,ergo cum alius & alius sit finis, & habilitates naturales & morales erunt aliæ, & alię.

Præterea.Certum est quòd necessarium & contingens sunt omnino diuersa. At qualitates naturales sunt necessa-

riæ, morales uero contingentes,ergo diuersę. Maior patet. Quoniam necessarium non potest non agere. Sol non potest non illuminare: ignis calefacere: contingens autem potest utrumque oppositorum, & agere & non agere, Minor patet. Quoniam naturales inclinatus ad liberalitatem necessario dabit, moralis non semper dabit,ergo.

Præterea. Illa sunt eadem quæ unica generatione producuntur, ergo habilitates naturales & morales nō erunt eadem, quoniam priores sunt naturales moralibus, cum natura precedat artem. Antecedens est phi.

Præterea. Illud quod est principalissimum non inducit aliud quod est minus pro sui perfectione. At natura est principalior ipsa consuetudine, exercitio,& usu,ergo non potest induere ad sui perfectionem ipsam consuetudinem, usū, exercitiumque. Maior apparet.Quoniam minus principale cum sit accessorium sequitur principale. Minor patet. Quoniam ars immitatur nām uti fundamentum,ergo cum uirtutes morales sint ex usu non induent habilitates naturales, sed illas imitabuntur,ergo.

RESPONSIONES

Diluentes obiecta.

Ad primum quando dicitur ꝙ naturales habilitates sunt à complexione; morales à consuetudine, sed ista diuersa. Resp. ꝙ consuetudo est dupl.

Consuetudo duplex.

Altera quæ non est a natura. Altera quæ est à natura. } Consuetudo quæ non est natura non conuertitur in nām, nec denominat naturam. Vt sunt assuetudines ciuitatum circa tornamenta,cursum palliorum, aliaque huius generis,& hoc modo certe non est natura,nec ista consuetudo trahit secum naturam. De hac notant legistę. Institu. de iur. natu.constat. dum inquiunt. Consuetudo est ius non scriptum moribus populi diuturnis inductum. Et hæc consuetudo cum lex deficit ponitur uice legis.

Altera consuetudo est à natura, & est perfectio naturæ. Nam cum natura sit incliuata ad liberalitatem, ratio rectificat illam & induit ad exequutionem, & ad actum liberalitatis. Hinc ex multis actibus longaque consuetudine consurgit liberalitas quæ facit hominem liberalem. Hinc uirtus non dicitur amplius natura sed uocatur moralis uirtus,primo modo currit argumentum nos tenemus secundo modo.

Ad 2. quæ distinguuntur spetie. Resp. quod distinctio specifica sumitur dup.

Vel quando qualitas opponitur qualitati, Vel quando qualitas est finis subiecti. } Si sumatur primo mō sic certe alterū non erit alterū. Vt homo ratione differentię non potest esse equus. Vel album non potest esse nigrum. Si uero sumatur secundo modo prout qualitas est perfectio subiecti, & naturæ,sic nullo modo distinguuntur,sed qualitas trahit naturæ qualitatem & denominat. Vt albedo denominat naturam substantialem,albam.

Ad tertium quando inquit quòd distinguuntur fine. Respondetur quòd est falsum.Secundo finis sumitur biffariam.

Esse idem dup.

Alter simpliciter Alter secundū quid } Non distinguitur simpliciter, quoniam uult finem congruentem, sed fine discursu, ac consilio; Virtus uero uult finem cum discursu, & consilio,ergo.

Ad 4.Quæ sunt eadem genera. Resp. quod esse idem stat dupl.

Vel essentialiter Vel originaliter } Habilitates naturales & morales non sunt idem essentialiter,ut dicit argumentum sunt tamen idem originaliter,quia moralis oritur à naturali.

Necessarium duplex.

Ad quintum. Necessarium, & contingens non sunt eadem. Respondetur quòd necessariam sumitur dupliciter.

Simpliciter Sm quid. } Necessarium simpliciter certum ꝙ opponitur contingenti. At necessarium secundum quid non opponitur ipsi contingenti.Nam habilitas naturalis cum obediat rationi non est necessaria simpliciter, sed solum in substantia,non in operatione. Ideo conueniunt.

Ad 6.quod est principalissimum non trahit a minus principali. Respondetur quòd duplex est principale.

Alterum completum & absolutum, Alterum incompletum & non absolutum. } Argumentum ualet de principali & completo; non autem de principali incompleto.In proposito licet qualitas sit principalior,& prima ut fundamentum. Tamen dicitur esse in completa, & in potentia, & sic potest trahi à uirtute morali acquisita. Hæc quo ad præsentem Distinctionem. In sequenti agam de uirtutibus super Distin. 36. Magistri scn.

LECTIO

Centesima quarta super Distin. 36. Magi. sent. in qua quærit tria potissima.

Primum. An ab habente unam uirtutem omnes alię habeantur?

Secundum An cum quis habet unam uirtutem & omnes alias, habeat illas alias æqualiter?

Tertium An omnia præcepta sint connexa ad inuicem sicuti uirtutes? Idcirco more soluto ponam conclusionem; probationem: Dubia & solutionem.

Conclusio sit hęc. Virtutes ita sunt connexæ ad inuicem, quod una sine omnibus haberi non potest probatur.

S. Hieronymus super illud Isaiæ 16. Venter meus ad Moab. Sicut cythara sonum compositum non emittit si una corda rupta fuerit; sic spiritus Prophetæ dulces melos non dabit si una uirtus defuerit, ergo omnes sunt in illo in quo est una.

Idem

Idem Aug. inquit. Impium est credere ꝙ dimittatur unum peccatum sine alio, sicuti stultum est quòd detur una uirtus sine alia.

2. Probatur per omnes causas uidelicet per causam.
Subiectiuam, Efficientem, Formalem & Finalem, } Primo sunt connexę per causam subiectiuam, quæ est anima. Nam cum in anima sint potentiæ liberæ quæ possunt obliquari, & in diuersa obiecta dirigi, indigent omnibus uirtutibus quibus rectificantur secundum quamlibet inclinationẽ, ergo si una aderit & reliquæ.

2. Causa est efficiens. Ista causa est Deus optim. Max. cum sit causa perfectissima dat omnia abundanter, & modo perfectissimo, sed iste modus respicit omnes uirtutes, ergo.

3. Causa est formalis. Causa formalis hominis Christiani dicitur esse gratia quæ perficit omnes habitus substratos illi; sed non potest esse nisi ubi sunt omnes habitus uirtutũ, ergo si in aliquo reperitur, ergo omnes uirtutes, ergo sunt connexæ.

4. Causa dicitur finalis. Nam finis hominis est Gloria eterna. Gloria est summa perfectio; ergo requirit summum perfectum in homine; summa perfectio est possidere omnes uirtutes, ergo.

3. Probatiò quæ est à simili. Omnia dona gratuita sunt in homine perfecto, ergo, & omnes uirtutes. Vbicunq; est gratia & charitas ibi datur scientia Dei; gustus sapientiæ resistentia fortitudinis: intellectus pietas & similia, ergo, & omnes uirtutes, cum dona sint perfectiones, & oleum uirtutum.

4. Pro batio. Virtutes polyticæ non possunt reperiri seiunctim, sed si sunt duæ & omnes alię simul. Ratio sumitur a D. Bernardo scribens ad Eugenium inquit. Aduerte suauissimum quendam sonum conceptum complexumque uirtutis, atque alteram pendere ex altera. Vnde prudentia est mater omnium. Hinc concludit. Iustitia quærit; prudentia inuenit; uendicat fortitudo: & temperantia possidet, ergo sunt connexe

5. Quecunque uni & eidem inseparabiliter sunt connexa, ipsaquoque adinuicem sunt connexa. Sed uirtutes cardinales sunt inseparabiliter connexæ prudentiæ, ergo erunt inter se connexę. Maior est regula philosophi dicentis. Quæcunq; sunt eadem uni tertio sunt eadem interse. Sed tres cardinales uirtutes sunt eadem prudentiæ, ergo & inter se.

6. Cuiuslibet uirtutis est quatuor primum intendere, ac concipere.
Primum discernere quid sit eligendum. Secundum tenere medium, Tertium tendere in finem, & 4. negociari circa arduum & difficile, } Sed Primum spectat ad prudentiam, quæ eligit media ad finem 2. ad temperantiam 3. ad iustitiam: & 4. ad fortitudinem. Igitur cum hæc ad quamcunque uirtutem singillatim spectent, necessario erunt connexę.

Idem asserit stoycorum Accademia, hoc à Diuo Bona. 3. Di. 36. q. 3.

Idem dicit S Ambrosius super lucam. Connexæ sibi sunt, concausatę natæque virtutes; ut qui unam habet plures habere uideatur.

Idem Augustus in 6. de Trini. Virtutes quę sunt in animo humano nullo modo seperantur ab inuicem.

6. de Trin. c. Idem S. Gregorius in 13. Mora. Vna uirtus sine alijs, aut omnino nulla est; aut imperfecta est.

Idem Tullius 2. Tuscul. Quæst. Si unam uirtutem confessus es te non habere: nullam te necesse est te habiturum.

7. Præterea. Ex Aristo. 6. Ethi. habetur ꝙ nulla virtus moralis potest sine prudentia haberi. Ratio est in promptu. Finis virtutis moralis est facere electionem rectam, quoniam est habitus electiuus. Ad rectam autem electionem duo potissima sunt maxime necessaria.

Tho. 2. 2. q. 65 uticu. 1. Primum est inclinatio in finem debitum, directe. Secundum est electio recta in media ad finem. } Primum habetur ex habitu morali in genere. Quoniam finis moralis est dirigere recte animam in finem. Secundum habetur a prudentia quæ media ad finem perquestigat. Vnde sicuti absque primorum principiorum notitia minime haberi potest scientia; sic absque prudentia non possidentur. uirtutes.

8. Sicut oppositum in oppositio ita propositum in proposito. Tunc sic. Omnia uitia sunt connexa adinuicem, ergo, & omnes uirtutes. patet. Qui peccat auertit se à Deo: Qui se auertit a Deo omnia committit crimina. Fit rebellis, ergo superbus; arrogans; auarus; & demoniacus, ergo qui per uirtutem conuertit se ad Deum omnes possidet virtutes.

Idem asserit Iacobus. 2. Qui in uno peccauerit factus est omnium reus. Ideſt qui in uno Deo optimo maximo per auersionem peccauerit factus est omnium reus, ideſt committit omnia peccata. Exemplum patet. Vsurarius potest uocari aua. homicida; rebellis; inuidus, & omnium peccatorũ perpetrator, ergo idem uenit asserendum de suo oppositio, scilicet de uirtute. Et sic optime conclusio patet. Modo aggrediamur difficultates.

DVBBIA CONTRA
Conclusionem, quòd uirtutes non sint connexæ.

Arg. primum sicut se habent uirtutes intellectuales ad potentiam intellectiuam, sic se habent uirtutes cardinales, & morales ad potentiam appetitiuam; sed virtutes intellectuales non sunt connexæ adinuicem, quoniam unus potest habere scientiam sine sapientia, & sine arte, ergo eodem modò se habent virtutes Cardinales. Ratio. Quoniam sicuti intellectuales perficiunt uim discursiuam, sit morales uim appetitiuam. Et de similibus idem est iuditium.

2. Si uirtutes essent connexæ, ergo & omnia peccata. Quia opposita sunt circa idem susceptibile; sed hoc est falsum quod unus homo possit habere omnia peccata, quoniam tunc sustinerent omnes peccatores eandem pœnam, & omnem pœnam.

Confirmatur in multis quòd sunt implicati in auaritia, & tamen heresim detestantur, ergo.

3. Dicit

3. Dicit phil. Habitus virtutum moralium sunt ex actibus, ergo non possunt esse connexę. Ratio est in promptu. Quoniam omnis actus est motus; motus est in successione; successio non habet omnes partes, ergo. Patet exemplo. Multi habent iustitiam sine continentia, ergo.

4. Sicuti se habent actus ad actus, sic se habent habitus ad habitus. Sed actus virtutum abinuicem seiuntur, ergo & actus distinguuntur, ergo non sunt connexi. Maior est clarissima quoniam habitus distinguuntur per actus. Minor patet. Quoniam actus iustitiæ distinguitur ab actu fortitudinis, ergo.

5. Dona distinguuntur abinuicem, ergo & virtutes. Patet antecedens à Paulo, 1. Corinth. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ: Alij sermo scientiæ; alij generaꝫ linguarum, ergo & virtutes erunt diuersæ. Patet consequens. Quoniam dona uirtutibus respondent, ergo.

Idem apparet ex Diuo Aug. ad Hieronymum ꝙ non est diuina iustitia, ꝙ qui habet vnam uirtutem habet omnes, sed oppositum dum inquit de uirtute in virtutem ibimus, ergo.

RESPONSIONES
Pro argumentis in quibus asseritur quòd sint connexæ.

Ad primum sicut se habent virtutes intellectuales, & morales. Resp, ꝙ argumentum non currit & ratio est hæc. Virtus sumitur dupl. *Peccatum dupl. sumitur.*
Altero modo vt respicit agibilia. Altero modo vt respicit factibilia. } Si sumatur vt respicit factibilia, quoniam factio potest esse vnius sine altero, patet in artibus. Nam potest quis ędificare, & non fuere: alter scribere & nescire texere. Et sic certum est ꝙ potest esse vna virtus intellectualis sine alia. Si vero sumatur virtus vt habet pro obiecto agibilia, certe vna non potest esse sine alia. Non potest quis exercere iustitiam perfecte & absolute, nisi habeat prudentiam quę dat media, & fortitudinem qua aggreditur difficilia.

Ad 2. ꝙ non possit habere omnia peccata. Resp. ꝙ peccatum sumitur, dupl.
Auersiue & Conuersiue. } Auersiue habet omnia peccata: Conuersiue non. Nam quis potest furari, & non occidere. In auersione, Furatur occidit; odir; rebellis fit, & impius.

Ad 3. Virtutes sunt ex actibus. Resp. ꝙ virtutes habent dupl. gradum.
Primus gradus est imperfectus Secundus perfectus. } Si loquamur de imperfecto sic non sunt simul connexæ; si vero sumatur perfectus gradus, sic sunt simul connexę.

Ad 4. Distinguuntur actus abinuicem, ergo & ha. Resp. ꝙ distingui stat dupl.
Vel quo ad essentiam Vel quo ad fructionem. } Si sumantur quo ad essentiam sic distinguuntur, & sunt seiunctæ; si vero sumantur quo ad operationem nequaquam, ergo.

Ad 5. Dona distinguuntur, ergo & uirtutes. Resp, ꝙ dona sunt in dupli. discrimine.
Gratis datæ & Gratuita. } Dona primo modo sunt seiuncta. Quoniam vnus est propheta sine miraculis; Dona uero gratuita nullo modo seiungi possunt abinuicem.

2. Responsio. Seiuncta sunt quo ad vsum, non quo ad radicem. Non quo ad gratiam, sed quo ad exercitationem, & operationem. Hoc modo interpretantur Doctores sententię, & dicta. Hęc pro præsenti. In sequenti videbo Quæstionem Doctoris.

LECTIO CENTESIMAQVINTA
Distin. Ioannis Carmelitæ. In qua disputat. An sit una prudentia respectu omnium virtutum? 2. An sit una prudentia Domini ac serui? 3. An sit una prudentia Monastica: Economica, & Polytica? Hinc quatuor obseruare decreui de ipsa prudentia.

Primum videbo quid sit prudentia 2. Quot modis sumatur prudentia 3. ponam conclusionem; & 4. adducam difficultates cum solutionibus. *Prudentia quid ę*

Quo ad primum de qudditate prudentiæ. Circa diffinitionem prudentiæ possumus in sequi Phil. Platonem & Theologos. Quoniam licet in quibusdam accidentalibns differantin, essentialibus tamen conueniunt. Apparebit in ipsius diffinitionis enucleatione. Nam S. Aug. in lib. octuaginta trium quæstionum, & in 1. lib. de lib. arbitrio inquit. Prudentia est agendarum, & fugiendarum rerum cognitio, per quam in Deum intendit. Vnde sicuti phil. ponunt prudentiã, p habitu vniuersalissimo cuius finis est non solũ tendere in primam causam, verum etiam in negotia agibilia humana; sic Theologi ponunt illam pro habitu specifico quo intellectus practicus tendit in Deum solum per opus bonum, & per recessum malo.

Ex hac diffinitio perpendo tria.
Primum dicit ꝙ est cognitio. Secundum rerum agendarum, Tertium in per quam intendit in Deum. } Dicitur cognitio ut ostendat, ꝙ subiectum prudentiæ non est appetitus qui non cognoscit, sed dicitur esse intellectus practicus qui cognoscit futurũ ex preterito. Hinc dicitur cognoscitiua: consiliatiua, & iudicatiua. Cognoscitiua actionum; consiliatiua agendorum; & iudicatiua mediorum, quibus facile finem adipisci potest. Hinc dicitur.
Dianotica, Virtus, rudentia. } Dianotica prout respicit ingeniositatem, ac animi nostri industriam,
Virtus, prout electionem facit operis, ac in finem operis dirigit intellectum,
Dicitur denique prudentia quoniam cogitat, iudicat, consiliatur, & eligit media conuenientia, proportionata, ac ad finis executionem efficacissima. Hæc

P quo ad

quo ad primum propositum. Quo ad 2. de multiplici prudentia. Prudentia sumitur octo modis. Nam dicitur prudentia, modis octo, scilicet.

Falsa, Carnis, Simulata, Dolosa, Fraudis, Monastica, œconomica, Politica.

Prudentia falsa est illa quæ cogitat media mala, tamen propriæ malitiæ diserutientia. Hoc modo dicitur prudens latro qui media subtilia suo furto cogitauit, vsusq; fuit. Sic de homicida, & de aljs huiusce modi. Prudentia carnis est hominis delitioſi constituentis carnem uoluptatesq; carnales pro fine & beatitudine vltima, mediaque aptissima ad has voluptates acquirendas excogitat, inuenitq;.

Prudentia simulata est illa quę semper habet pro fine malum mediaq; mala sed sub apparenti bono excogitat, ac inuenit. Vt patet in serie hypocritarum.

Prudentia dolosa dicitur esse respectu vel borum falsorum potius quàm factorum. Idcirco inuenit omnia verba equiuoca, & multiplicia ad laqueandum, decipiendumue?

Prudentia fraudis est executio infictis qua per media mala proximus decipitur, & fallitur ab iniquo.

Prudentia vera est illa quæ pro fine habet uerum, bonum, utile, ac honestum excogitatq; media utilia, & efficatia pro executione illius. Et ista amplectitur prudentiam.

Monasticam œconomicam, & Politicam.

Monastica prudentia est qua homo scit seipsum regere, vitamq; laudabile agit per media virtuosa, ac studiosa.
œconomica est illa quę pro fine habet regere familiam, vxorem filios, ac seruos in pace, honore, & cultu, medijs proportionatis, & optimis.

Politica vero est illa quæ pro fine habet pacem ciuitatis & Regni. Idcirco duo media prȩcipua excogitat scilicet leges, & legum executionem. Legibus dirigit ad pacem: Executio vero includit pacem. Hinc uocatur architectonica. Nam quemadmodum architectonicus leges, ordines, regulas, & mensuras operarijs. excogitat quibus recte ola operatur, sic Rex in Politica ola præstat media quæ sunt leges pro pace, acquiete

Addo clarius, ꝙ actus ~veræ prudentiæ sunt tres principes.

Primus actus est bene consulere, Secundus est bene iudicare, & Tertius est prȩcipere.

Consulere ea quę homini possint homini accidere, quo ad malum ~vel quo ad bonum; ~vt homo possit excogitare media quibus malum fugiat, & bonum assequatur. Hinc Aristo. 6. Ethi. taxat Anaxagoram & Thaletem apud Græcos, quoniam licet fuerint sapientissimi in speculabilibus, non fuerunt tamen prudentes, cum circa humana negotia in consulte, inepteq; se habebant.

2. Actus est Iudicare bene ea quæ recte consiliata fuerunt. Nam multi consiliantur optime sed nesciũt iudicare qualia media debeamus nos eligere, & in illis firmiter permanere. Idcirco sicuti consuluere bene ortur ab Ebulia, sic iuditium absineſi ideſt ab habitu bene iudicatiuo.

3. Actus prudentiæ est prȩcipere manui, vel pedi vt executionem faciat consilij, & iuditij intellectus. Ista prudentia imperatiua est in vnoq; domino, Rege, imperatore, ac singulari homine. Nam Rex populis; Imperator Exercitui, & homo membris imperat.

Addo ꝙ prudens perfectus ut in suum possit exire actum de mente Theologorum, Philoſ. ac Platonicorum, debet habere septem. scilicet.

Memoriam, Rationem, Docilitatem Solertiam. Prouidenriam, Circunspectionem, & Cautionem.

Memoria est respectu præteritorum. Prudentia est in consilio: Consiliũ non est necessariorum sed cõtingentiũ, q̃ possunt aliter, & aliter euenire, 3. Ethic. Igit si prudens vult effugere mala, & assequi bona, indiget ex perimento; Ex perimentum non habetur nisi exmultis memorijs, vt dicitur primo Methaphy. ergo indiget memoria præteritorũ. Qui recordatur famæ præteritę prouidet, futurę.

2. Requirit rationem, ideſt discursum intellectus. Nam qui discursu caret & prudentia carebit. Prudens indiget consilio, consilium ſupponit discursum, ergo in prudente oportet dare discursum, ab uno medio ad aliud, & à re cognita ad incognitam.

3. Requirit docilitatem quę dicitur esse apritudo recipiendi doctrinam, præcepta, & methodos maiorũ ac legislatorum. Iuuenes igitur cum sint in experti indigent ope, consilio, præceptisq; maiorum.

4. Requirit solertiam quæ dicitur esse facilis promptaq; medij inuentio vti attestatur philo. 1. poste, quæ solertia non solum speculatiuis, sed & practicis optime deseruit.

5. Requirit prouidentiam, cum sit recta ordinatio mediorum ad finem propositum consequendum. Nã non sufficit inuenire media pro aliquo fine consequendo, sed necesse est obseruare modum, ordinem, tempus, & quantitatem pro applicatione mediorum. Medicus ratione artis dirigit mentem in sanitatem, Ratione prudentię excogitat media; medicinas, sirupos, & alia huius generis, sed ratione qualitatis, quantitatis, & temporis, indiget prouidentia.

6. Requirit circumspectionem mediorum ad finem. Nam prudens medicus non solum dirigit mentem in sanitatem, non solum inuenit media: non solum iudicat quantitatem & tempus; sed comparat remedia cum complexione, ętatis, aeris, & patrię, ut possit remedia infirmo conuenientia preparare.

7. Requirit cautionem, quę dicitur esse animaduersio qua homo scit bonum eligere, & malum contemnere. Nam quandoq; bonum sub ſpetie boni contemnimus; vt patet in ægroto. Qui medicinam salubrem contemnit propter odorem insuauem, & saporem amarum.

Ephe. c. 5. Est in cautus etiam qui malum eligit sub ſpetie boni. Dicebat Paulus; Videte fratres quomodo caute ambuletis. Hæc quo ad 2. de prudentia multiplici.

Quo ad 3. pono hanc conclusionem. Vna est prudentia respectu omnium virtutum moralium quam probat Mag. Bachonus ar. 1.

Proba. 1. Illa virtus dr̃ esse vna respectu omniũ virtutũ quarũ dr̃ esse vnũ principiũ formale, Sed prudentia dicitur esse principium formale omnium uirtutum moralium, ergo erit vna. Maior est apertissima. Quoniam vnitas virtutis sumitur ab unitate subiecti; & ~vnitas subiecti ab ~vnitate formę; ergo si principium ~vnum, & ~virtus erit ~vna. Minor probatur. Prudentia sumit principium suę considerationis à fine

vt inquit Philosophus 6. Ethic. 6. Sed iste finis est rectitudo secundum rationem, ergo à rectitudine secundum rationem erit principium vniuersale. Modo cum hoc principium contineat sub se omnes alios modos ceterarum virrutum. s. Iustitiæ, temp. & for. Vti metaphysica continet omnia subiecta aliarum scientiarum: illa erit vna respectu omnium virtutum moralium

2. Probatio. Omnis virtus moralis habet pro fine rectitudinem iudicij. Sed ista rectitudo non est nisi à prudentia, ergo omnis virtus moralis erit dependens à prudentia vna. Maior est Phil. 6. Ethi. Minor est etiam Phil. Quoniam prudentia sola docet modos temperantiæ videlicet quando oportet aggredi, uel non aggredi; vel vbi: vel cum quibus sit aggrediendum, ergo ~vna erit omnium virtutum prudentia.

3. Prudentia comprȩhendit, & comparat actus plurium virtutum simul, ergo erit vna respectu illarum virtutum. Patet antecedens. Occurrunt eodem instanti isti duo actus, scilicet actus fortitudinis ꝙ inimici inuadunt ciuitatem, & occurit ꝙ pater sit nutriendus. Prudentia statim per rectum iuditium preponit bonum commune bono priuato; preponit defensionem ciuitatis nutritioni paternæ, ergo si prudentia iudicat hos duos actus comprehendit illos teste Phil. 2. de Anima t. com. 146. & 149. Et si comprehendit illos, ergo & habitus: sed habitus sunt virtutes. Igitur si est vna respectu actuum, erit etiam vna respectu virtutum, quę actuum sunt origo.

4. Virtutes morales à prudentia singillatim respiciunt diuersas passiones hominis, & illas rectificant ad bonum singulare, & partiale: At prudentia respicit bonum vniuersale, & totale ipsius hominis, ergo respicit etiam omnes virtutes.

Patet exemplo medicinæ quæ cum respiciat totam sanitatem hominis, respicit etiam partes singulas hominis sanandi. Idem patet in Metaphi. Nam cum illa sciencia speculetur totalem entis essentiam, speculabitur etiam omnes partes.

5. Probatio. Virtutum moralium finis est recte se habere circa agibilia, & non debent exire mensuram rationis; Sed si debent recte se habere circa agibilia oportet recte iudicare passiones apperitus, & audaciã & timoreꝫ quæ sunt passiones, ergo indigent prudentia. Quoniam prudentia sola iudicat modum, tempus, & ordinem, ergo erit vna omnis. Modo videnda sunt argumenta opposita.

ARGVMENTA CONTRA
Conclusionem, quòd prudentia non sit ~vna directiua omnium ~virtutum moralium.

Argumentum 1. Sicut se habet ars ad factibilia, ita prudentia ad agibilia; sed sic est ꝙ non datur vna ars omnium agibilium, ergo neque dabitur vna prudentia respectu omnium agibilium. Patet maior, quoniam ars & prudentia sunt habitus intellectus. Minor patet. Quoniam alia ars respicit capucium; alia calceum; alia chirotecam: alia libros; & sic in reliquis, ergo non potest dari vna prudentia quæ omnium agibilium sit ratio.

2. Argumentum Virtutes omnes sunt æquales, ergo vna non erit aliarum ratio. Antecedens patet auctoritate, & ratione. Auctoritas. Apoca. xxi. vbi habetur quod ciuitas erat in quadro. Glosſa explicat ꝙ per quadrum intelliguntur virtutes gratuitæ. Idem Dist. 25. supra in atecedentibus. Ratio asserit. In virtutibus est unica ratio bonitatis. s. gratia diuina, ergo æqualitas.

3. argumentum si vna uirtus excedit alteram, ergo illi debetur maius præmium, ergo cum in cęlo datur præmium virtutum erit in vno & eodem maius & minus præmium substantiale: hoc falsum, ergo æquales; si æquales quomodo prudentia erit omnium ratio & mensura?

4. Argumentum Aug. 6. de Trini. dicit. Quicunq; sunt æquales in fortitudine, sunt etiam æquales in prudentia, & temperantia, ergo in vno hominę erunt æquales, ergo prudentia non poterit esse aliarum ratio. Thom. 2. 2. q. 66.

Argumentum 5. Omnes virtutes consistunt in maximo, ergo vna non potest esse altera maior, vel minor

Antecedens est phil. 1. de cęlo. Virtus est vltimum potentię. Idem Auguſt. 2. lib. de lib. arb. Virtutes sunt maxima bona, quibus nullus potest male vti, sed supra maximum non datur gradus, igitur vna non potest esse maior altera.

Arg. 6. virtutes à Deo infusæ, ergo æquales. Patet, effectus respondet suæ causæ. Deus est causa uniformis, ergo & effectus, ergo, & uirtutes.

RESPONSIONES
Pro argumentis quòd prodentia sit mensura aliarum ~virtutum.

Ad primũ quando dicitur ꝙ non datur vna ars respectu omnium factibilium, ergo nec prudentia. Resp. ꝙ nõ est simile. Quoniam ars non respicit per se totum hominem sed solum partem: prudentia vero totum respicit hominem. Ideo non currit

Secundum. Respondetur quòd ars sumitur dupliciter: Generice, & sic respicit omnes artes: specifice nõ respicit, & sufficit.

Ad 2. Omnes virtutes sunt æquales. Resp. ꝙ æqualitas sumitur dupl.

Vel respectu gratiæ Vel respectu lib. arbitrij.

Si respectu gratiæ, sic sunt æquales, quia æqualiter causat. Si vero considerentur respectu lib arb. sustinentis, non sunt æquales. Nam magis uni quàm alteri inclinatur, sic prudentia maior.

Ad 3. ergo maius bonum vni debetur. Resp. q̃ recipit bonum maximum magis per vnam quã per aliã non tamen datur illud bonum virtuti sine alia, sed omnibus simul confertur, largiturq;. Apparet in Theologicis uirtutibus, ubi præmium eternum non datur charitati sine fide & spe, tamen magis in virtute charitatis donatur quàm in virtute ceterarum.

Ad 4. quicunq; sunt æquales sunt. Resp. q̃ equalitas dicit triplicem relationem in virtutibus.

Aequalitas d. triplicem respectum.

Prima relatio inspicit subiectum } Secundum relationem subiecti dico q̃ non sunt æquales. Nam in
2. comparationem, } vno est maior temperantia, vel fortitudo quàm in alio, cum sit
3. connexionem. } magis dispositus quàm sit alter; vel quia magis assuetus; vel quia donum maius gratię accepit quàm alter, vt dicebat Paulus ad Eph. 4.

Secundum comparationem etiam vna est altera maior. Nam cui potest esse dubium charitatem maiorem esse spe? Non est forma spei? Non ne forma excedit formatum? sic cum iustitia sit in voluntate, & prudentia, non erunt maiores fortitudine, & temperantia quæ sunt in irascibili, & in concupiscibili?

Secundum autem connexionem sunt æquales. Quoniam sicuti iustitia indiget prudentia; sic prudentia indiget fortitudine, alioquin diceretur quis fortis in Idea, & sic soluitur ratio.

Ad 5. omnes virtutes sunt in maximo. Resp. q̃ maximum sumitur dupl.

Vel ut dicit terminum. } Si sumatur vt dicit terminum indiuisibilem sic non suscipit magis, nec
Vel vt dicit comparationem. } minus. Nam cum quis peruenit ad summam temperantiam non potest amplius progredi; Si uero sumatur maximum vt dicit comparationem sic dico q̃ suscipit magis & minus. Quoniam si comparatur iustitia fortitudini, iustitia est maior & maxima, ergo.

Ad 6, sunt à Deo æqualiter infusæ, ergo equales. Resp. q̃ non valet. Quoniam licet sint equaliter infusæ non sunt tamen æqualiter receptę.

2. licet sint equales quo ad dantem, non sunt tamen equales quo ad datum. Nam alia aliam in spetie excedit, Hęc pro presenti. In sequenti examinabo alios articulos.

LECTIO

Centesima sexta super art. 2. et 3. Ioannis Carmelitæ. In quibus disserit. An vna sit prudentia Domini, & serui? 2. An sit vna Monastica; æconomica, & Polytica?

In qua lectione ponam conclusionem, Probationem, & deniq; soluam difficultates.

Conclusio igitur erit hęc. Prudentia serui & Domini vna est. 2. Prudentia Monastica; œconomica, & Polytica vna est. Probatur.

1 Probatio. Eadem virtutes quę sunt in Domino, & seruo (vt iustitia fortitudo & temperantia) connectuntur prudentię, ergo vna erit domini & serui prudentia. Antecedens patet in precedentibus. Consequentia autem patet ex Phil. 5. diui. tex. & com. 8. & 9. Nam sicuti vnum est punctum ad quod omnes lineę; & cor ad quod omnes venę, & truncus ad quem omnes rami, sic certe vna est prudentia in Domino & seruo ad quã omnes virtutes Domini & serui connectuntur.

2. Probatio. Vbi est potentia, & obiectum eiusdem rationis ibi est habitus, mensura & regula eiusdem rationis. Sed sic est q̃ in Domino, seruo, viro & muliere est potentia, & obiectum eiusdem rationis, ergo erit idem habitus, regula & mensura. Maior est clarissima. Quoniam eadem potentia quæ respicit idem obiectum cum alia si debet habere finem suum indiget eodem medio, & mensura per quam illum adipiscitur. Minor patet. Quoniam in seruo, & domino sunt ista tria eodem modo. Videlicet.

Intellectus vel ratio } Ergo si omnia sunt eadem in seruo & Domino, erit idem habitus, ergo unus.
Appetitus & } Ergo cum prudentia iudicat ea quæ pro sequi debet temperantia circa delectabilia gustus & tactus terribilia vitę; vel defendentia vitę vt fortitudo, &
Obiectum quod est } iustitia: oportet q̃ cum hęc omnia sint in Domino & seruo; q̃ etiam eadem
Delectabile, vel } sit inutrisq; una & eadem.
arduum bonum. }

Quo ad 2. Prudentia monasti. œconomica & Polytica est vna. Probatur.

Primum arg. Hominis finis est totũ bene uiuere, ergo una erit prudentia Monastica œco. & polytica Antecedens patet qm̃ homo est animal ciuile, quod viuit in se, in domo, & in ciuitate cum uxore. filijs, seruis, & ciuibus. Patet conseq. quoniam vita ciuilis tota pendet ex prudentia monastica: œconomica & Polytica Monastica viuit recte sibi; œcono. familię, & Polytica. Ciuitati. Id annuit Phil. 1. Poly. dum inquit q̃ homo nõ est sibi satis, & sufficiens; sed indiget conuictu aliorum vt possit cõmunicare artem, uim ingenium, & alia huiuscemodi per necessaria. Hinc ex domibus pagus, & uicus; ex uicu oppidum; & ex oppido ciuitas, consurgit.

Argumentum 3. Quando actus primus & essentialis alicuius virtutis est vnus & vnius rationis tunc virtus est vna eadem in quocunque reperiatur. Sed sic est quod idem est actus principalis prudentię monasticę; œconomicæ, & polyticæ, ergo erit eadem prudentia Monastica œconomica, & polytica. Maior probatur. Quoniam virtus attenditur talis propter suum actum primarium, & non secundum actus remissos, diminutos, ac imperfectos. Minor patet. Nam cum actus principalis prudentię sit dirigere se & alios in bonum virtutis, ille actus apparet in omnibus gradibus prudentię S. Mouasticę œcono. & polyticę. Nam eandem prudentiam, fortitudinem temperantiam & iustitiam precipit legislator quam habet Monastica, & œconomus, ergo. Addit Doctor, q̃ differunt solum quo ad extensionẽ non quo ad essentiam. Nam sicuti ad plura se extendit œconomica supra monasticam; sic polytica supra œconomicam; sed extensio non uariat naturam; nec essentiam.

Argumentum 4. Eadem est felicitas vnius hominis & ciuitatis, ergo erit eadem ptudentia. Antecedens Com-

munis 6. Ethy. cap. 15. Quoniam fælicitas est prudentiæ præmium: Cons. probatur. Quoniam præmium merito, & meritum virtuti respondet.

Arg. 5. Omnis virtus perfecta & absoluta suis partibus omnibus constat; sed prudentia est virtus absoluta, ergo suis partibus omnibus constat. Maior patet ex diffinitione perfecti. Minor patet. Quoniam partes subiectiuæ prudentiæ politicæ sunt monastica & æco. ergo sicuti genus est vnum cum suis spetiebus. sic & prudentia uniuersalis cum particularibus.

Confirmatur à simili. Certum est q̃ scientia de cęlo & eius prima passio est eadem quomodocumq; sumatur tamen in vno intellectu perspicaci per numerosissimas aggenerat conclusiones; in alio vero hebeti per plures. Sic eadem est prudentia spetie, in Monastico: polytico, & æconomo. At in Monastico aggenerat vnum actum solum; in ęconomo multos; & in polytico plures. Tamen isti actus non variant essentiam, nec naturam.

Confirmatur magis adhuc ex Phil. asserente iniustum esse quod æquales semper equalibus dominentur, sed oportet assumere subditos ad principandum.

Confirmatur ex Phil. 6. Ethi. cap. 17. Asserit q̃ virtutes inter se sunt annexę vni prudentiæ. Igitur cum in æconomo & monastico sit fortitudo, temperantia, & iustitia, erit & prudentia. Igitur erit vna, & eadem Monastica; æcono. ac polytica. Quoniam sicuti Monastica est quædam ratio quæ inuenit media conuenientia ad gubernandum seipsum & æcono. inuenit media apta ad gubernandam familiam, sic Princeps & ipse sua inuenit media. Igitur cum idem sit finis; mediaq; ac leges ad gubernandum erit eadem virtus Monastica. ęco. & Polytica Hęc quo ad probationem.

DIFICVLTATES

quòd non sint vna prudentia. Monastica: æco. ac Polytica.

Arg. 1. Phil. 1. Polyticorum dicit q̃ in seruo à natura est defectus à natura in ratione. Vnde expedit vt à prudentia domini dirigatur ne propter timiditatem, aut intemperantiam vel audaciam in operibus deficiat ergo non erit eadem domini & serui prudentia.

Idem asserit in 3. Poly. Vbi concludit q̃ virtus prudentię est solius Principis, subditorum autem non est prudentia sed opinio, ergo.

Addit q̃ non sit etiam eadem virtus viriet vxoris. Nam viri est acquirere; vxoris est conseruare.

2. Illę virtutes differunt abinuicem quorum fines siue sint practici, siue speculatiui differunt abinuicem. At fines istarum prudentiarum differunt abinuicem, ergo & illæ. Maior est clarissima quoniam finis diuersus arguit media diuersa, ergo. Minor probatur. Nam singulare: minus vniuersale, & magis vniuersale differunt abinuicem. Sed prudentia est circa vniuersale dico Polytica ęcono. circa minus vniuersale: & Monastica circa singulare, ergo.

3. Præterea. Dicit Phil. 3. Poly. prudentia est uirtus soli Principi conueniens, ergo cum spetes principatus sint diuersę in spetiæ, sic & virtutes erunt diuersæ. Quod autem sint diuersę patet in precedenti argumento. Et patet ex phil. 5. Ethi. cap. 3. dicente q̃ multi bene regunt seipsos, at ciuitatem, nec prouintiam, vel domos proprias regere nesciunt. Nam inquit. In his quę sunt ad alterum non bene utuntur.

Idem asserit sapientissimus Bias dum inquit q̃ principatus virum ostendit, ergo cum vna prudentia possit esse sine alia, non erunt vna prudentia Monastica, æco. & Polytica.

4. Quorum subiecta differunt ab inuicem & illa differunt. Sed sic est q̃ aliud est subiectum prudentiæ Monasticæ; Aliud æco. & aliud Polyticę, ergo & virtutes. Maior est phil. Nam quæ differunt subiecto differunt & forma; & quæ differunt forma differunt natura, ergo quæ differunt subiecto differunt ab inuicem. Nam diuersitas subiectorum diuersas ostendunt formas. Materia ligni cum diuersa sit à materia Animalis aliam requirit formam. Ideo cum subiectum monasticæ sit homo singularis, & polytica sit princeps, necesse est vt differant abinuicem.

5. Arg. Quę differunt nomine differunt & natura: sed istæ prudentię differunt nomine, ergo & natura differunt. Minor clara. Probo maiorem. Cęlum & Ang. differunt nomine, & natura. Sic homo & lapis, ergo cum aliud sit Monastica, & aliud æcono. & polytica nomine; erunt aliæ & natura.

6. Illa sunt eadem quorum generatio simul, ergo istę non sunt eadem. Probatur. Nam monastica præcedit æconomicam: œconomica polyticas. Vnde una est alterius causa, ergo.

RESPONSIONES

Ad 1. quando dicitur q̃ in seruo sit defectus & in muliere. Resp. q̃ defectus est duplex.

Alter quo ad intellectum } Si sumatur primo modo non est defectus. Quoniam eadem est anima.
Alter quo ad potestatem. } Ideo & prudentia, si sumatur secundo modo prout defectus dicit subiectionem & sic concedo q̃ sit defectus, quia non regit sed regitur.

Ad 2. Fines diuersi, ergo & media, ergo prudentię. Resp. q̃ diuersitas sumitur dupl.

Vel pęnes gradus } Si sumatur pęnes gradus, siccerte differunt abinuicem istæ prudentiæ. Nam
Vel pęnes naturam. } sicuti monastica ad vnum tantum gradum se extendit; œco. ad plures, sic polytica. Si vero sumatur quo ad naturam, essentiam & diffinitionem nullo modo differunt, sed sunt vna prudentia.

Ad 3. prudentia sola principi conuenit. Resp. q̃ prudentia sumitur trip.

Prudentia triplex.

Politice & } Prudentia primo modo soli principi, ac Regi conuenit quo ad exercitium, & non
œco. & Mona. } conuenit alteri ne falcem in alienam messem ferat; aliæ uero conueniunt principi, & reliquis.

Ad 4. aliud est subiectum politice & aliud æco. Resp. quòd subiectum sumitur, dupl.
Vel quo ad substantiam, Vel quo ad dignitatem. } Si quo ad substantiam negatur ꝙ sit aliud: cum sit idem animus & intellectus. Si vero sumatur quo ad dignitatem; dico quod est aliud. Nam alius est Princeps; alius Pater familias, & alius singularis homo.

Ad 5. quæ differ. nomine & natura. Resp. ꝙ differre nomine stat dupl. Nam nomen dicitur.
Significare naturam & Significare officium. } Si significat naturam certum est quòd nomen facit differentiam essentialem, sed hoc modo nón differunt nomine Monasti. æcon. & Polytica Si uero nomen significat dignitatem sic dico ꝙ non arguit differentiam in natura sed solum ingradu. Hoc modo differunt nomine ab inuicem istæ prudentiæ. Monasti. æcon. & Polytica.

Ad 6. illa sunt eadem & una virtus quorum generatio simul vt homo & risibile. Respo. ꝙ prudentia sumi potest dupliciter.
Vel absolute Vel secundum quid. } Si sumatur absolute dico ꝙ habet omnes actus simul. Nam prudens perfectus, & absolutus potest simul regere seipsum, quia potest sibi ipsi viuere; potest etiam uti medijs debitis ad familiam regendam. Nam non potest præcipere parsimoniam: modestiam: exercitia; & alia huiuscemodi; Potest deniq; regere ciuitatem. Nam potest inuenire leges: decreta; & commoditates, pro uictu: bello; pace: amicitia, & tuitione ciuitatis. Hoc sumitur ex Phil. 6. Ethi. cap. 6. quando dicit ꝙ formalis ratio prudentiæ est se bene habere secundum totum uiuere. Totum bene uiuere dicitur esse in seipso; in familia, & in ciuitate. Idcirco uarij & diuersi actus non arguunt uarietatem uirtutum, cum ab una possint diuersa procedere. Patet ex solis operatione, sol vnus uarios producit effectus ignis pariter: radix; & alia similia. Sunt igitur diuersi secundùm numerum non autem secundum causam. Hinc concludo de mente phil. 4. Ethi. in fine, ꝙ sicut reperitur una scientia naturalis in multis diuisa libris, & tractatibus: Vna de anima. Vna de meterologicis; Vna de moralibus; de legibus, & methodus medicinæ ac omnium artium; sic reperitur vna prudentia quæ de omnibus per tractat prudentijs, quæ solum secundum maiorem & minorem extensionem differunt, non autem natura. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar Distinctionem 37. in ordi. Magist. senten.

LECTIO

Centesima septima super Distin. 37. Mag. sent. In qua Mag. agit de præceptis, quæ uocantur Decachordum; Vel lex tabularum. Vbi tria facit. Primum ante ponit quædam generalia de præceptis. 2. determinat quædam spetialia de præceptis ordinantia in Deum. 3. ostendit qualia sint præcepta ad proximum tendentia. Vbi quatuor potiss. consideranda propono.

Primũ erit circa quidditatẽ præcepti: 2. circa numerũ præceptorũ 3. circa difficultates, & 4. circa solutiones.

Præceptum quid. Quo ad 1. quid sit præceptum? Respondet omnis Theologorum Academia, quod præceptum sit iussio, vel Imperium faciendi aliquid vel non faciendi. In qua diffinitione quæ sumitur à Diuo Aug. in lib. de Virginibus quando inquit. Præceptum est cui non obedire est peccare. Ex qua diffinitione summuntur quatuor potissima.

Primum dicitur iussio,	Dicitur iussio propter ordinantem,	Iussio propter necessitatem,
2. Imperium	Imperium, propter legitime ordinantem	Imperium propter auctoritatẽ.
3. Faciendi	Faciendi, propter bonum &	Faciendi propter utilitatem, &
4. Non faciendi.	Non faciendi propter malum.	Non faciendi propter damnũ.

Iussio propter Deum; Imperium propter Christum faciendi propter euangelium. Non faciendi propter rebellionem. Nam rebellis est ille qui quod non est faciendum facit.

Præcepta ecclesiastica sint nouem. Quo ad 2. de multiplicitate præceptorum. Præcepta sunt in dup. seric. Ecclesiastica & diuina. Dicam 1. de præceptis ecclesiasticis, quia sunt minoris dignitatis: & intentio nostra non est de illis agere sed de præceptis Decalogi. Ista autem præcepta sunt octo videlicet.

Confessio	Confessio peccatorum.	Confessio saltem semel in anno sic pœnitentia, & Eucharistia, ut dicit Canon in cap. Omnis de pœnitentia, & Remissione.
Pœnitentia	Pœnitentia iniuncta,	
Eucharistia	Eucharistia sacramentalis,	
Obseruatio	Obseruatio festiuitatum.	De obseruatione festiuitatum Domini: Mariæ, & sanctorum. Vt festa spiritus sancti: Festa corporis domini; Trinitatis; Sic omnes Beatæ Marię Vt conceptio; Purificatio; Præsentatio, & alię huiusmodi: De ijs extat Canon de consecrati. Dist. tertia. Et Cap. 1. de Feri.
Missa.	Missæ auditio	
Voluntas,	Voluntas ultima defuncti,	
Festiuitas,	Festiuitas sanctorum,	
Ieiunium.	Ieiunium Quadragesimale.	
Vigiliæ.	Vigiliæ sanctorum, & 4 tẽpora	

De Missæ præcepti habemus in Cap. Missa, & in cap Omnes fideles. De Conse. dist. 1. cap. vt Dominicis extra de Parro.

De uoluntate ultima ꝙ debeut exequi. Cap. ultimo 13. q. 2.

De Ieiunio quòd per totam quadragesimam de Conse. Distinct. 3. capitolo non licet, & Capit. non oportet.

De

De vigilijs sanctorum. habetur Cap. Consilium de obseruatione Ieiunij. Omnes qui possunt tenetur sub peccato mortali obseruare dicente Christo si te non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Matth. 8.

Hæc quo ad ista præcepta Ecclesiæ.

Quo ad diuina præcepta scripta in tabulis lapideis scire oportet quòd in numero sunt decem. Videlicet.
Vnum crede Deum, nec iures vana per ipsum, Sabbatha sanctifices; & venerare parentes, } Non sis occisor, fur, mœchus testis iniquus, Viciniq; Thorum, resq; caueto suas.

Quod autem sint tantum decem patet auctoritate, & ratione. Auctoritas est Diuina; Ratioq; est conformis diuinitati. Quo ad auctoritatem patet. Nam quæ a Deo sunt ordinata sunt teste Diuo Paulo Roma. 2. Præcepta sunt ordinata a Deo, & sunt tantum decem & non plura, nec pauciora, ergo non debent numerum illum excedere.

Præterea. In Deo nullus potest esse defectus neque quo ad scientiam, neq; quo ad bonitatem; At præcepta respiciunt scientiam, & diuinam bonitatem, ergo si sunt decem non poterit numerus augeri, uel diminui.

Idem asseritur. Deutero. 4. Nam dicitur quod ostenditur pactum quod Dominus præcepit, & decem uerba quæ in duabus tabulis lapideis scripsit, ergo.

Ostenditur ratione. Nam præceptorum tria cum sint in genere, videlicet.

Præceptorum genera, tria sunt.

Iudicialia	Iudicialia præcepta ordinant homines ad inuicem: & non habent uim obligandi ex ipso dictamine rationis, sed solum ex institutione diuina, ut homines adinuicem obtineant iustitiam; æquitatem ac pacem. Idcirco quatuor ordines inspiciebant. videlicet.	
Ceremonialia & Moralia.		
Principum,	Ordo principum erat circa officium illorum: & circa reuerentiam quam debebat populus Principi. Ordo conciuium respiciebat emptiones & uenditiones; præmia & pœnas populorum. Ordo extraneorum intendebat susceptionem aduenarum, peregrinorum, belli, & ea quę ad bellum pertinebant. Ordo domesticorum disponebat præcepta circa vxores, filios, ac seruos. De illis præceptis extat illud Exodi. 21. Qui percusserit hominem uolens Occidere eum, morte moriatur & reddat animam pro anima.	*Exo. 21.*
Conciuium,		
Extraneorum, &		
Domesticorum.		

Præcepta ceremonialia determinant præcepta moralia circa cultum diuinum, uti iudicialia determinant moralia circa modum uiuendi cum proximo. Ceremonialia habent triplicem considerationem vt inquit omnes Doctores & præcipue diuus Tho. in 1.2. Q. 101. *1.2.q.101.*

Prima relatio respicit cultum diuinum,	Quo ad cultum diuinum; dicimus ꝙ positus erat in sacrificijs, oblationibus, decimisq; maxima cum reuerentia, & honore, Deo oblatis.	
2. respicit colentes Deum, & 3. respicit instrumenta quibus Deus colitur.	Quo ad colentes, & ministros sacrorum, debebant esse in corpore recti, & pfecti. Nõ cęci. Nõ claudi; Nõ leprosi, Nõ immundi: Nõ affecti aliqua macula. Hinc debebãt se purgare à contractu morticini. In uestimentis debebant esse distincti a populo, & similiter in conuersatione. Quoad instrumenta pariter, habebant vasa nobilissima sacrorum Tabernacula, & in his amplectabantur cam delabra; lampades; lucernę, oleum, & similia.	

Præcepta vero moralia, vt redeam ad propositũ nostrũ in quo concludebatur ꝙ sunt tm decem, nec plura nec pauciora, cuius finis est nos in Deum, proximum, & animam propriam ordinare ad seipsam; sunt principalissima. Fuerunt; in lege mosayce, & nunc data sunt in lege euangelica, alia uero præcepta cessarunt, 5. cæremonialia, & iudicialia.

Quod sint decem probatur. Homo debet ordinari in Deum & in proximum, & in seipsum.

Si ordinatur in Deum: cum in diuina essentia sint tres personę Pater Filius: & Spiritus Sanctus debet in omnes personas ordinari. Hinc per adorationem ordinatur in Deum patrem. Per prohibitionem nominis Dei in uanum ordinatur in filium: & per sanctificationem Sabbathi ordinatur in spiritum sanctum. Pater creat, ideo debet adorari; Filius dat imaginem, ideo debet laudari; & Spiritus sanctus dat bonitatem creaturæ; Idcirco debet sanctificari. Hinc memoria Deus pater recordatur. Filius intellectu meditatur, & spiritus sanctus voluntate amatur. Hinc Deo patri cor assignatur Filio lingua, & spiritui sancto opus. Vnde ex his apparet ꝙ 1. tabula tantum debeat habere tria mandata cum tantum sint tres personæ; & ꝙ unus sit in tribus honor, cum sint tres in vna diuinitate. Tum etiam quoniam obiectum est triplex: potentię animæ tres: & media quibus obsequimur Deo tria. *Exo. 20.*

Idem apparet in 2. Tabula ꝙ non plura quam septem continet præcepta. In proximo relucent omnia quæ sunt in Deo, & à Deo. Idcirco ut recte obseruentur debent esse præcepta ad hæc ordinantia. Nam certum est ꝙ in Deo sunt ista attributa. Videlicet.

Principium,	Quod autem sint in proximo patet.	Nam	*Attributa diuina.*
Vita,	Principium est in patre carnali.	Hinc quia principio essendi debetur reuerẽtia, posuit illud præceptum. Honora parentes. Cum vitę opponatur mors posuit illud non occides; cum Thesauro inimicetur latrocinium, posuit illud. Non furtum facies; cum puritati opponatur luxuria, posuit illud. Non mœchaberis: cum ueritati opponatur mendacium posuit illud. Non eris testis iniquus. Et cum quieti ac possessioni reluctetur mala concupiscentia, posuit illa. Non concupisces rem nec uxorem proximi tui. Et cum modus offensionis in proximum non excedat numerum istum, nec sit minus isto; merito præcepta non erunt nec plura, nec pauciora his septem.	
Thesaurus	Vita in persona suppositali,		
Puritas,	Thesaurus in diuitijs,		
Veritas,	Puritas in matrimonio,		
Quies &	Veritas in mente,		
Possessio.	Quies in uxore, &		
Sed omnia ista in quocũq; subiecto reperiantur debent obseruari, ergo cum sint in proximo obseruari debent.	Possessio in bonis. Idcirco cum in his proximus offendi, damnificariq; possit, Deus ipse posuit præcepta ne offendatur, & damnificetur.		

Præterea. Sufficientia adhuc potest sic percipi, Cum in homine sint istę facultates, quibus delinquere potest. Videlicet.

Ratio Irascibilis; } Tactus Concupiscibilis. } Intellectus. cor, & oculus. } Ne error sit in ratione posuit præceptum de uenerationc parentum;

Ne sit in Irascibili posuit. Non occides: Ne sit in tactu dixit. Non furtum facies, Ne sit in concupiscibili dixit. Non mœchaberis: Ne sit in intellectu dixit. Non eris testis iniquus. Ne sit in corde dixit. Non concupisces uxorem proximi tui. Et denique ne sit in oculo. Non concupisces rem proximi tui. Et sic satis manifestum apparet, ꝙ non possint esse nec plura, nec pauciora his decem, præceptis. Modo oportet uidere difficultates contra ista.

DIFFICVLTATES

Circa numerum præceptorum quòd sit male assignatus.

Arg. primum Finis præceptorum est salus nostra, ergo sufficit unum præceptum. Patet antecedens. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Patet conseq. Nam dicit Paulus Roma. 13. Qui diligit proximum legem ad impleuit, ergo in dilectione sola sufficit nostra salus, ergo non in decem præceptis. *Rom. 13.*

Arg. 2. Vnum est bonum, ergo unum erit malum, ergo cum præceptum sit propter malum, vnum tantum erit præceptum. Quod autem sit tantum bonum & malum patet. Nam bonum & malum sunt oppositа priuatiue: sed oppositа priuatiue sunt extrema, & extrema sunt solũ duo, ergo cum alterum extremorum sit malum; sequitur ꝙ præceptum erit solum unum, cùm malum sit vnum.

Arg. 3. Omnis culpa ex tribus pendet ex concupiscentia: loquutione, & facto, ergo tria tantum erunt præcepta. Antecedens est clarissimum ex diffinitione peccati. Nam peccatum est dictum uel factum, uel concupitum contra legem domini. Consequentia patet. Quoniam præcepti finis est cohibere hominem à peccato, ergo cum modus sit triplex in culpa, sic & præceptum triplex, ergo non decem.

Argumentũ quartum. lex euangelica est finis & perfectio omnium legum: sed euangelium, & omnis lex in in duobus tantum præceptis constituta est, ergo non sunt multiplicanda: quo ad decennium. Maior est clarissima dicente domino. Prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, ergo, Minor patet Dicit Seruator. Diliges dominum Deum tuum & proximum tuum. In his duobus mandatis pendet omnis lex. *Matth. 22. Rom. 13.*

Confirmatur ex Diuo Paulo. Si quod est aliud mandatum; in hoc uero instauratur.

Argumentum 5. Tres sunt uirtutes Theologales, ergo tria precepta. Patet cons. Nam precepta diriguntur à uirtutibus, cum sint perfectiones uirtutum. Igitur cum sint tres uirtutes & præcepta tria. Vel saltem quatuor propter quatuor uirtutes cardinales, ergo non decem.

Argumentum 6. Lex est mandatum & præceptum, ergo cum sint tantum tres leges, erunt tantum tria precepta. Quod lex sit præceptum patet ex omnibus Theologis, & legistis. Nam inquiunt. Lex est ratio summa insita in natura quæ iubet ea quæ facienda sunt & prohibet contraria, ergo præceptum. Quod autem sint tantum tres patet. Quoniam legimus solum legem naturalem descriptam à Mattheo 7. ubi inquit. Omnia quæcunque uultis faciant uobis homines: & uos facite illis. Legimus denique mosaycam, & euangelicam, ergo cum sint tres & precepta erunt tria.

RESPONSIONES

Quod præcepta sunt decem, & non plura, nec pauciora, & loquor de moralibus: quoniam cæremonialia erant sexcenta, vt dicit Rabi Salomon & iudicialia per multa.

Ad 1. Qñ dr. Qui diligit prox. legem adimpleuit, ergo in unico precepto. Resp. ꝙ preceptũm dr 2. unum.

Vel generice / Vel specifice. } Generice, & sic est tantum unum. Nam sicuti datur vna prima qualitas generica sic & vnus amor generalis datur quod continet omnes gradus amoris, diuini & humani. Specifice uero sunt plures amores, & per consequens plura precepta.

Vnde sicuti nec unitas generis spetierum multitudinem non excludit: nec vnitas finis principalis plura media, vel fines secundarios: sit præceptum amoris non excludit alia præcepta.

Idem ad 2. Vnum est malum, ergo unum præceptum. Resp. vnum malum in genere, plura in spetie, ergo plura debent esse pharmaca, & præcepta.

Ad 3. Tria sunt principia mali & peccati, ergo Tria præcepta. Resp.

Licet sint tria principia quo ad naturam, sunt tamen multa quo ad modum peccandi: & ideo plura debent esse præcepta.

Ad 4. lex vna, ergo & præceptum. Resp. ꝙ lex sumitur dupl. *Lex dupl. sumitur.*

Vel ut respicit finem ultimum, / Vel ut respicit media ad finem. } Si sumatur primo modo. prout est relata ad finem ultimum quod est Deus; sic est una tantum: si uero summatur. quo ad media attinentia ad illum finem, sic dicitur multiplex; & per consequens multa precepta. Exemplum in arte. Nam ars certe si sumatur penes finem ultimum sic dicitur una, quoniam scopus eius est tantum ad domum confi ciendam; si uero sumatur quo ad fines subordinatos ad istum finem sic est multiplex. Ita de lege.

Ad 5. Tres sunt virtutes Theologicæ, ergo tria præcepta. Resp. ergo tria præcepta primæ Tabulæ; sed remanet alia tabula in qua sunt ea quæ spectant ad proximum, & sic non ualet.

Ad 6.

Ad 6. eodem modo. Tres sunt leges, ergo tria præcepta. Resp. quod lex sumitur dupli.

Vel vt respicit legislatorem / Vel vt respicit populum. } Si sumatur quatenus respicit legislatorem sic sunt tantum tres; si vero sumatur quatenus respicit populum, & modum regendi sic sunt plures & per consequens plura præcepta. Ideo pro conclusione pono hanc vniuersalem distinctionem quod omnia præcepta implicite sunt in prima lege naturæ in primo præcepto de Dei dilectione; explicite sunt in decem modis. Dicit Paulus. Finis præcepti est Charitas. Ideſt. Qui sunt in charitate, Deum venerantur, nomen eius: sabbatha: Parentes: non occidunt & reliqua. Idem asserit philosophus. 9. Ethic. Inquit eo loci. Amicabilia ad alterum venerunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum. Nam cur quis est amicus cum populo? Quoniam ita se habet ad populum Veronensem sicuti se habet ad seipsum. Vnde vides quomodo implicite amor amicorum: & populi, implicite est in proprio amore. Hæc pro præsenti. In sequenti aggrediar circa dispensationem præceptorum.

LECTIO

Centesima Octaua super dispensatione. In qua quæritur. An Pontifex Maximus Sistus Quintus possit dispensare in moralibus præceptis, Vbi quatuor videbimus.

Primum quid dispensatio. 2. ponam conclusionem. 3. causam. 4. difficultates cum solutione. Quo ad 1 quid sit dispensatio? Respondet Glossa 1. q. 7. §. multorum quod Dispensatio est iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo qui ius habet dispensandi. Ex qua diffinitione quinque potissima colligo discutienda. *Dispensatio quid.*

Primum dicitur relaxatio, / 2. dicitur iuris / 3. communis / 4. cognitio causæ, & / 5. ab eo qui habet ius dispensandi. } Primũ dicitur relaxactio, quòd significat id quod erat intensum maxime remittere. Sic chordæ cimbæ, citharæ, & instrumentorum relaxantur. 1. remittuntur. Sic rei, vel captiui quandoque aliqua de causa relaxantur pro nunc. 1. ponuntur in libertatem à Principe. Secunda Dicitur relaxatio iuris. 1. legis, vel præcepti, statuti, decreti quæ reuocatio, vel interprætatio. Hinc semper in constitutione legum solet assignari exceptio. Nam si legislator prudens adesset faceret exceptionem, cum casus, & occasiones sint multæ in quibus iura vel reuocantur, Vel interprætantur.

3. Dicitur Communis. Quoniam ius illud omnes obligat ad obseruantiam, & executionem.

4. Dicitur cognitio causæ. Quoniam si aderit causa rationalis debet Papa dispensare. Exemplum datur de dispensatione in nobili puella quæ uouerat castitatem; & hoc fit vt tollatur discordia regni. Fit ratione dignitatis, vt patet in sororibus Austriacis, quæ datæ fuere in matrimonium Duci Ferrariæ: Florentiæ: Mantuæ: & Filiæ consobrinis.

5. Dicitur ab eo qui habet ius dispensandi I. ab eo qui habet facultatem, & potestatem dispensandi. Ideo uota illa continentiæ: Religionis: & Crucis solus Papa dispensat. Episcopi possunt dispensare in uotis minoribus. Vt sunt. Abstinentiæ: peregrinationes; & similia. Prelati Religionum dispensare possunt in votis suorum subditorum vt dicit Dominus Rich. lib. 4. Dist. 38. ar. 9. q. 1.

Addit Petrus de Paul. lib. 4. Dist. 38. q. 4. Quod ad dispensationem legitimam duo requiruntur. *Dispensatio legima.*

Primum est auctoritas / 2. Vtilitas, vel necessitas. } Auctoritas dispensantis. Ideo nec contra ius diuinum; nec contra ius naturale potest fieri dispensatio: cum nullus sit supra Deum, nec supra naturam.

Vtilitas Ecclesiæ, vel Reipublicæ vt pax conseruetur, & Regis vita. Necessitas. Ideo Dominus Papa cum bigamis nunquàm dispensat nisi maxima occurrat necessitas. Hinc si pontifex dispensaret contra vtilitatem, necessitatem & causam rationabilem maximum Ecclesiæ damnum inferret, & ad destructionem tenderet ecclesiæ. Idcirco sapientissime se gerentes, soluũ in rationali causa dispensant. Hæc quo ad diffinitionem.

Quo ad 2. de conclusione. In præceptis Decalogi nulla fieri potest dispensatio. Probatur Nullus potest dispensare contra bonum commune: iustitiæ: virtutis & pacis. Præcepta decalogi sunt huiusmodi, ergo nullo modo possunt dispensari.

Præterea Sicuti nullus potest dispensare super his præceptis à legislatore humano productis. Nam si dicat. Nullus destruat Rempublicam: Nullus prodat amicum: Nullus iniusteagat. Quis dispensare reuocareque audebit? Nullus æquidem, ergo per argumentum à maiori, quis audebit diuina dispensare præcepta; Hinc accedo ad 3. propositum quòd cum præcepta sint in numero decem propono decem casus, & probo quòd in nullo præceptorum dispensari potest.

In Primo præcepto quod est. Vnum crede Deum Papa non potest dispensare cum consultoribus Dæmonum: nec cum Astrologis: Nec cum Idolatris: sortilegisque. Patet & primo quod non possit cum consultoribus Dæmonum, dicente Deutero nomio 18. Non inueniatur in te, qui consulat Phytones, & diuinos; & qui quærat à mortuis veritatem. *Casus primus* *Deut. 18.*

Idem asserit Augustinus. 4. lib. Confessio. Nam veritas chrismata repellit, & damnat planetaria, quos mathematicos vocant. *4. Confess.*

Idem leo Papa 26. q. 5. statuit contra sortes, & maleficos. Idem Paulus aduersus corinth.

Fugite ab Idolorum cultura neque Idolatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis. *1. Corinth. 10.*

Ratione. Qui consulit Dæmonium & alia duo potissima committit.

Alterum est proditio / Alterum est hæresis. } Proditio contra baptismum, cum renuuciauerit Dyabolo & pompis eius. Hæresis. Quoniam qui consulit Dæmonium facit quodãmodo illud creatorem

torem. Nam qui consulit aliquid agere, quodammodo est creator illius actus, teste Damasce. libro.
Damasce. 2. li. Astrologi etiam sunt hæretici, dico multi quoniam asserunt corpora celestia habere necessariam influentiam in animam: Tunc si in animam, ergo & in operationem, cum operatio in sequitur animam, ergo sequeretur quòd tolleretur liberum arbitrium, ergo opera nostra nullum haberent meritum, sed hoc falsum, ergo Astrologi, non sunt consulendi, nec in sequendi.

Idem asseritur de sortilegis, & maleficis, quoniam seruiunt Dæmonijs, illisque sacrificant, vota faciunt fœdera, suspensaque multa collo tenent. Quæ omnia 1.præcepto reluctari videtur. Sunt Idolatræ. Et idolatria 1.oppugnat præcepto. Nullo igitur modo potest fieri dispensatio.

Secundus Casus. Papa non potest dispensare, super 2.præcepto in quo dicitur. Non assumes nomen Dei in vanum. Hoc autem intelligitur quo ad formalitatem. Formalitas est. Quando nomen Dei assumitur in uanum. Vt quando blasphematur. Quando quis falsum testificatur. Potest autem dispensare materialiter.

Iuramentum materialiter est id quod iuratur. Vnde in iuramento non includitur iuratum. Exemplum Quis iurat velle occidere amicum: adulterari: Furari: & religionem non ingredi: repugnat iustitiæ chatitati, & paci: Ideo sunt dispensabilia, & reuocabilia à Pontifice. Ratio est. Quoniam illud iuramẽtum est nullum. Nam dicit Gof. & Hostie. cum Archi. quod Iuramentum est assertio vel negatio de aliquo licito & possibili & honesto, sacræ rei attestatione firmata. Igitur cum in iuramento materialiter sumpto nullum honestum, licitum & dig. reperiatur caret dignitate Iuramenti & per consequens non solum dispẽsatur sed debet omnino reuocari. Apparet maxime quando mulier iurat non reddere debitum: quando clericus negat obedientiam, & filius reuerentiam.

3. Casus. In rebus necessarijs Papa dispensare potest in die Dominico. Exemplum. Dispensat bellum agere quando ciuitas aggreditur ab inimicis: & quando pauperes affliguntur à fame fit dispensatio vt possint piscari, aliaque seruilia operari. Hoc concessit Alexander Tertius pont.

4. Casus. Papa dispensat Religiosum vt subueniat parentibus in necessitate positis, cum sit munus officium, & obligatio charitatis, & naturæ. Et licet consilium sit magis bonum & magis abundans quàm pceptum: præceptum tamen est magis necessarium.

5. Casus. Papa potest dispensare aliquem occidi sine præcepti transgressione. Vt apparet in iusto bello. Nam quando dissensionis causa quis occidit hostem non transgreditur præceptum. Sic quando Abraham conduxit filium ad sacrificandum quoniam præceptum erat domini. Et quando Samson seipsum occidit, & Iepte propriam filiam, non sunt transgressi præceptum: cum Spiritus Sanctus hoc dederit consilium.

6. Casus. Papa non potest dispensare vt aliquis plures habeat vxores. Quoniam hoc repugnat diuinę
Genes 2. institutioni quę ostendit quod caro vna sint, vir & vxor, Gen. 2. Adhęrebit homo vxori suę & erunt duo in carne vna, ergo si plures haberet vxores, sequeretur quod caro esset diuisa. Repugnatur etiam naturę. Nequit fieri vt simul & semel quis pluribus reddat debitum Igitur ne committatur fornicatio, vna sit vnius. Et licet Abrahæ hoc permissum fuerit tamen non sine causa, sed in figuram, & ante legem scriptam.

7. Casus. Papa dispensare non potest in furto quod non sit mortale. Quoniam repugnat charitati: iustitiæ veritati, & paci. Et pontifex omnia ista tuetur & defendit, ergo.

8. Casus. Papa dispensare non potest contra tria alia præcepta. Quod testimonium falsum non sit mortale: nec quod concupiscentia rei, & vxoris alienæ, non repugnet charitati, & virtuti. Ex ijs modo oriũtur difficultates quas necesse est dissoluere, & enucleare.

DVBIA ADVERSVS *Praedicta. Quod Summus Pontifex dispensare potest moralia.*

Arg. Primum. Præcepta moralia sunt de iure naturali, ergo dispensari possunt. Probo consequentiam Quod habet defectum corrigi, mutari, & dispensari potest. At in natura sunt multi defectus. 5. Ethi. ergo.

Confirmatur in dispensatione præcepti Sabbathi, & in homicidio, quæ licet sint in decalogo tamen dispensantur, ergo si vnum & reliqua.

Argum. 2. Si dispensantur id quod est maius, & id quod minus: sed dispensatur primum præceptum in multis, ergo & alia dispensabuntur. Minor probatur dispensantur consultores Dæmonum quod repugnat primo præcepto. Non ne S. Iacobus præcepit Dæmonibus vt ligarent Hermogenem, & ducerent illum ante sui præsentiam, ergo vsus est auxilio eorum, ergo credidit illis. At hoc est contra primum præceptum.

Marci. 5. Confirmatur quoniam & Dominus Iesus hoc fecit quando Marci. 5. interrogauit Dæmonium dicens. Quod est tibi nomen? Et respondit. Legio. Ratio est in prõptu. Vtile est scire veritatem: ex Dæmone sciri potest veritas, ergo potest dispensare Papa, vt omnes interrogent Dæmonem.

Arg. 3. Papa potest dispensare quod Pater occidens Filiam inuentam in adulterio non incurrat pœnam
Deut. 22. homicidæ. Lex diuina Sancta est, & mandatum Sanctum, vt habetur Deut. 22. Sed parentes pro inobedientia & adulterio poterant tradi morti, ergo est dispensabile illud præceptum quintum, quod dicit. Non occides. Idem ponit Iuris consultus, quod Pater potest Filiam adulteram occidere.

1. Corinth. 9. Dicebat etiam Paulus primę Corinth. 9. Melius est mihi mori quàm vt gloriam meam quis euacuet. Hinc legimus quòd Lucretia Romana & Cato seipsos occiderunt, & ab ecclesia plurimum sunt commendati, ergo.

Arg. 4. Papa potest dispensare quod homo simul habeat plures vxores. Patet de Iacob. Gene. 29. Ratio. Dispensatio cadit in eo quod non est contra naturam: ac habere plures vxores non est contra naturam, sed propter naturæ conseruationem, ergo.

Arg. 5. Deus

Arg. 5. Deus dispensauit, ac præcepit furtum fieri contra Ægyptios à Iudeis, ergo & Papa potest. Antecedens patet Exo. 12. Spoliauerunt Filij Israel Ægyptios. Patet consequentia. Quoniam pontifex est omnium dominus, & dicit Augustinus quod potest dispensare in his omnibus quæ non repugnant iuri naturali: vel diuino. At rerum appropriatio non est de iure naturæ. Nam tolle iura Imperatoris quis audebit dicere Hæc villa, vel domus est mea? Nullus, ergo nullum furtum committi potest, eum vna res non magis vni quàm alteri assignari potest.

Arg. 6. Papa est dominus omnium, ergo potest dispensare vt res furtiuæ non restituantur, ergo non erit peccatum furari.

RESPONSIONES *Quod Summus Pontifex non possit dispensare in his quæ diuinæ naturaliq; legi reluctatur.*

Ad 1. quando inquit q̃ in iure naturali sunt multi defectus. Resp. q̃ ius naturale summi potest dupliciter. Vel vt respicit ordinem iustitiæ, Vel vt respicit determinationem iustitiæ. } Quo ad ordinem iustitiæ non potest esse error cum sit rectissimus. Quo vero ad determinationem iustitiæ potest esse error. Nam cum determinatio versetur circa actus singulares vt circa hoc vel illud homicidium, furtum, adulterium & latrocinium, sic potest esse error.

Ad 2. dispensatur consultatio Dæmonum. Respondetur quod dispensatio sumitur dupliciter. Vel vt dicit coactionem, Vel vt dicit inuocationem. } Si sumatur quatenus dicit coactionem: sic certe fieri potest dispensatio, Nam quandoque Deus, Christus & Sancti cogunt Dæmones aliquid occultum reuelare, ad manifestationem diuinæ omnipotentiæ quæ est in Sacerdotibus: & ad fidei exaltationem. Si autem sumatur quatenus dicit inuocationem Dæmonum & cum dispensatio sit vnita fœderi & pactioni, tunc est indispensabilis.

Ad 3. de homicidio quod Pater potest Filiam occiderre. Resp. quod homicidium est dupliciter. Alterum dicit coactionem, Alterum dicit admonitionem. } Primum homicidum quòd dicit coactionem & exequutionem non erat in Patre sed solum in Iudice: Secundum vero quod dicit admonitionem est in Patre. Nam quando Pater Filiam adulteram inueniebat, accusabat illã iudicibus: sic ad illud Pauli. Conceditur quod sit melius mori quàm innocentiæ nitorem perdere: Non tamen sequitur quod iste occidat seipsum.

Ad 4. Quando dicitur quòd Sancti habuerunt plures vxores. Resp. quod vxor sumitur dupliciter. Altero modo vt dicit vnionem Sacramentalem Altero modo vt dicit Supplementum vnionis Carnalis. } Si sumatur primo modo sic certe non potest esse nisi vna vxor, cum vnicum sit Sacramentum, & sic nulla cadit dispensatio. Si vero sumatur prout dicit supplementum defectus, & impotentiæ Carnalis, non inconuenit dispensationem, & multiplicationem vxorum. Hinc cum Sarra esset sterilis data fuit Agar in supplementum: sic in alijs respondendum venit.

Ad Quintum de furto. Respondetur quod res sumi potest dupliciter. Vel vt respicit dominum Vel vt respicit seruum. } Si sumatur Primo modo prout res inspicit dominum, sic certe non est furtum: si vero prout inspicit seruum, sic dicit furtum. Modo quãdo Ægyptij à Iudeis fuerunt expoliati non fuit furtum. Quoniam dominus præcepit aufferre quod suum erat. Non licet Principi aufferre Thesaurum à latronibus? Ægyptij fuerunt latrones. Ideo dixit Salomon. Iusti tulerunt spolia impiorum.

Ad 6. Quando dicitur quod Papa est omnium dominus. Resp. quod Dominium est dupliciter. Alterum conseruatiuum Alterum destructiuum. } Si sumatur Primo modo sic est dominus, sic habet potestatem plenariam.

Si vero sumatur Secundo modo, sic non est dominus. Igitur cum dispensa, in furto fit in destructionem ordinis, pacis, & quietis Idcirco non permittitur, nec dispensari potest. Hæc pro præsenti de præceptis. Quæ siue sint affirmatiua: sine negatiua. Siue obligant pro semper, sed non ad semper. i. In omni tempore: & loco. Sed non ad semper. i. Non obligant in quocunque loco, & tempore: Sed loco debito, & tempore. Hinc præcepta affirmatiua obligant ad semper, sed non pro semper. Nam habent locũ, & tempus determinatum: Vt dies sabbathi: Nam est tempus, & determinatus locus pro Sanctificatione. Negatiua vero amplectuntur vtranque circunstantiam. Nam obseruantur pro semper & ad semper. Ad semper. i. Proloco & tempore: & pro semper. i. pro omni tempore, & loco. Exemplum. Non mæchaberis obseruatur ad semper. i. quo ad locum & tempus: & pro semper. i. In quocunque loco, & tempore. In sequenti aggrediar Distin. 37. Ioan. Bacchonis.

LECTIO *Centesima Nonag. nona super Dist. Ioan. Carmelitæ in qua disputat. An perfectio præceptorũ consistat in actu interiori? Et quia continuatio est facillima cũ transit ab essentia, & nunero præceptorũ ad obseruationis fin. meritũ ac perfectionem. Idcirco qnatuor obserua. 1. ponam conclu. 2. probationẽ. 3. difficultates. 4. dilutionem. Quo ad 1. pono hanc conclu.*

Operatio interior cum exteriori est perfectior, quàm sine exteriori. Probatur.

Arg. Primum

Arg. Primum. Illè motus & operatio dicitur esse perfectior altera quæ habet principium, & finem, & altera solum principium: At operatio interior & exterior habet vtranque partem scilicet principium, & finem, ergo est perfectior.

Maior vera. Minor patet. Quoniam in opere perfecto requiritur. Cor, voluntas, intellectus vt principium, & loquutio: labor: ieiunium: oratio & Eleemosinæ vt finis.

Arg. 2. Illud est perfectius altero quod maiora includit bona: sed actus interior & exterior maiorem dicit bonitatẽ quàm vterque diuisim, ergo actus interior cũ exteriori erit perfectior q̃ solus actus interior.

Arg. 3. Omne id quod habet maius meritum est perfectius eo quod habet minus meritum: sed sic est quòd actus interior, & exterior habet maius meritum quàm interior solum, vel exterior, ergo actus interior & exterior est perfectior actu interiori, vel exteriori solum. Maior est clarissima & minor probat. Duo actus quorum alter est per modum radicis, & alter per modum floris & fructus dicunt maiorem perfectionem quàm alter solum, qui se habet per modum radicis tantum, aut per modum fructus, ergo dicũt maius meritum: Ratio est in promptu. Quoniam omne meritum est à perfectione.

Arg. 4. Omnis perfectio consistit in bono formali & finali virtutis: At bonum formale virtutis est actus interior, & bonum finale est actus exterior, ergo in his duobus vnitim consistit.

Arg. 5. Omnis perfectio est à supposito agente, & cooperante, ergo posita est in vtroque actu exteriori & interiori. Antecedens est perspicuum. Nam omnis perfectio est constituta in opere, & actione: sed suppositorum est actio & operatio, ergo. Probatur conse.

Quoniam suppositum constat ex virtute interna & externa quæ in operatione sunt vnitæ, ergo in vtroque consistit.

Arg. 6. Omnis perfectio posita est in vita contemplatiua & actiua: At contemplatiua est actus interior, & actiua exterior, ergo in vtroque.

Arg. 7. Omnis perfectio est ab actu elicito, & imperato voluntatis: sed actus elicitus voluntatis quòd est velle vel nolle est actus interior: & actus imperatus est actus exterior potentiarũ sensitiu, vt manus, linguæ, oculorum, & motiuarum facultatem, ergo semper requiruntur vnitim.

Arg. 8. Complementum voluntatis positum est in electione, & possessione rei electæ. Sed electio est actus interior, & acquisitio, siue possessio est actus exterior, ergo.

Confirmatur per Diuum Augustinum. 2. de Moribus Ecclesiæ. Dicit quod frui est habere id quod diligitur, Vnde infruitione sunt duo. Amor quo diligitur fruibile, & inhæsio ipsi fruibili. Vnde vterque apparet actus interior & exterior.

Idem desumitur ab Auerroi. 7. Ethi. super illam propositionem. Omnis prohæresis, vel electio aliquod bonum expectęre videtur. Ecce quomodo post internam electionem sequitur externa actio, motus, & exequutio. Et quomodo post appetitum sequitur vsus. Qui quidem vsus est fruitio rei amatæ. Idem sensit Augustinus. 4. de Trini. c. 26. vbi accipit vsum pro fruitione dicens. Frui est vti cum gaudio re amata. Cum fruitio sit amore inhærere alicui propter se. Nam voluntas mouetur & quiescit. Mouetur per interiorem actum, & quiescit per exteriorem: Mouetur à spetie & affectu, quiescit in obiecto.

Confirmat Philosophus 6. Ethi. c. 6. Nam inquit. Intellectualium practicarum fines, sunt operationes exteriores. Vbi apparet quod habitus, & artes, quæ sunt actus interni habent relationem ad finẽ, & adoperationem. Vt architectonica ad ædificationem: Iustitia ad iudicium: Prudentia ad gubernationem: & leges, mandataque ad obseruationem.

2. lib. Dist. 14. q. 11. Hinc Stephanus Bruleferus, & cum eo omnes ferè Theologi asserunt quod ad bonitatem, perfectionem & meritum actus requiruntur duodecim circunstantiæ. Videlicet.

Quid Quis	Quid ideſt. Quod actus sit substantialis, quod sit ad commoditatem vtilitatemque Reipublicæ Christianæ.
Quantum Modus, Quando, Vbi, Propter quid. Per quid, Cui, Gratia Intentio & Finis. Primum est	Quis ideſt quod agens sit conueniens, ac ordinatus. Exemplum. Adactum missæ non debet Laycus sed sacerdos celebrare. Id pręostensum fuit à Deo quando Oziam lepra percussit quoniam Sacerdotium vsurpauit. Quantum ideſt in actu seruanda est quantitas rei alioquin vel in excessu, vel in defectu error committitur. Exemplum habemus de Loth. Nam dum nimis bibit incestum cum filijs perpetrauit. Modus, ideſt quod actus non fiat celeriori cursu, nimisque festinando, quoniam sequitur pœnitentia. Patet in Esau, qui nimis appetens lenticulam Iacob primogenituram perdidit. Quando, ideſt. In actu requiritur tempus debitum. Idcirco qui die sabbathi ligna collegit, errauit, lapidibusque fuit punitus.

Vbi, ideſt. In actu consideratur locus. Idcirco licet orationes vbique exaudiri possint: Facilius tamen in Ecclesia ad Aram Santissimę Virginis à Spasmo exaudiuntur quàm in foro, vel in domo.

Propter quid ideſt. In actu debet esse consideratio causæ propter quàm quis operatur. Et quod causa sit nobilissima. Idcirco hypocritæ in hoc deficiunt. Quoniam operantur non propter Deum sed propter homines.

Per quid, ideſt. In actu requirenda sunt media idonea, & efficacissima. Vt medici faciunt in procuranda Sanitate. In hoc defecit Saul quando Phytonissam consuluit: sic mulierculæ malæ faciunt dum Phylas præparant pro furtis detegendis.

Cui, ideſt. In actu debemus semper Deum præoculis habere, vel obiectum dignissimum. In hoc erauit per maximę Salomon quando pro meretricibus Idola coluit.

Gratia, ideſt. In actu meritorio requiritur gratia diuina. In morali virtus. in humano amor: Ideo multi hæretici delinquunt credentes meritum habere de suis actibus sine gratia, & arrogantes sine virtute, & amore.

Intentio. ideſt. In actu requiritur actus interior Intellectus & voluntatis ad obiectum determinatum. Hinc Sacerdos si plures particulas haberet & vnam tantum vellet consacrare, sed tamen nullam seligeret singillatim, certe nullam consecraret.

Finis denique ideſt. In quocunque actu requiritur operatio exterior ex qua finis, perfectio, & meritum consurgit. Ex quibus elicitur quod vera perfectio ineretur ex vtrisque actibus ideſt ex interiori, & exteriori.

Apparet in quacunque re vbi ista tria sunt in seperabilia, scilicet. Essentia virtus & operatio: Hæc quo ad conclusionem. Videamus modo difficultates reluctantes.

OPPOSITIONES

Quod perfectio agentis pendet ex actu magis interiori solum, vel exteriori quàm ex vtrisq; actibus simul vnitis, & annexis.

Arg. 1. Sicuti se habet actus malus ad demeritum, ita se habet actus bonus ad meritum: sed actus peccati exterior non dicitur habere demeritum vt exterior, sed vt interior, ergo & actus bonus non dicitur habere meritum vt exterior, sed vt interior. Maior est vera. Quoniam oppositorum dicitur, esse eadem disciplina. Minor est communissima. Quoniam peccatum ideo dicitur peccatum, quoniam voluntarium. Ideo pueri; stulti, & prhænetici non puniuntur in percussionibus; conuitijs, & homicidiis, cum careant vsu debito rationis, & voluntatis, ergo.

Arg. 2. Ille actus non dicit perfectionem per quem agens non meretur nec laudem, nec vituperationẽ. Sed per actum exteriorem nullus meretur nec laudem, nec vituperium sed per interiorem, ergo in exteriori non datur perfectio. Maior clarissima. Quoniam laus est præmium bonitatis rei. Minor patet. Quoniam per exteriorem homo poteſt decipi, vt in actibus hypochritarum. Idem patet in actibus in peritorum. Nam licet quandoque producant actus rectos, tamen quia casu hoc faciunt. Idcirco nullam merentur laudem.

Arg. 3. Quis mittit se præcipitem in Athesim. Quæro vnde est damnatio? Ab actu præcipitandi; minime, sed est à mala, desperataque voluntate, & interiori velle. Hinc si rescipiscat non de actu sed de mala, & Dyabolica voluntate saluatur. Ecce igitur quomodo ex actu interno, & non externo stat tota perfectio, bonitas, & meritum.

Argum. 4. Quod perfectio omnis sit in exteriori, vel saltem maior perfectio. Sicuti se habet causa ad causam, sic se habet actus ad actum: Sed sic est quòd causa finalis est perfectior, & totalis rei perfectio. Quoniam omne agens, siue naturalis; siue Physicus; siue artifex; agit propter finem; propter donum; sanitatem; ac veritatem, ergo & actus exterior erit vel omnis perfectio, vel magis perfectus actu interiori. Ratio, quia est finis interioris, ergo.

Arg. 5. Actus interior est sicuti instrumentum pictoris quo effingit Simulachrum Cæsaris. At perfectio non ascribitur instrumento, & pennicillo, sed ascribitur. Imagini repræsentantis Cæsarem, aut Sororem meam VIRGINIAM, ergo sine illo continet omnem bonitatem, vti Imago sine pennicillo.

Arg. 6. Præter. Actus interior est sicuti materia & forma se iuncta: sed perfectio non à materia sed à forma vt inquit Auerois. At forma habet rationem perficientem vt est finis, ergo vt actus exterior, ergo sicuti materia nullam dicit perfectionem: sic nec actus interior.

RESPONSIONES

Quod perfectio consistit in vtrisq; actibus se iunctim, & vnitim: & quod sit maior vt sunt vniti quàm dum sunt diuisi.

Ad 1. Sicut se habet actus malus ad deme. Resp. quod ista actus triplex possunt considerari.

Primo modo vt arguunt maiorem dignitatem, Secundo modo vt dicunt maiorem vtilitatem, Tertio modo vt dicunt relationem.	Si considerẽtur Primo modo vt dicunt maiorem dignitatem, sic certe actus interior, est præstantior exteriori. Quoniam est causa, principiũ, elementi, & radix actus exterioris. Si considerentur vt dicunt maiorem vtilitatem, sic actus exterior dicitur esse dignor, ac perfectior. Nam magis proficit pauperi vnus solidus actu elargitus, quàm bona voluntas elicita. Et magis nocet furtum, & homicidium & exercitium, imperatum que quàm voluntas affecta ira vindictæ, vel cupiditate furandi. Denique si coniunctim sumantur est totalis perfectio. Quoniam sunt vti causa, & effectus principium, & finis, quæ maximam habent relationem, & hac responsio, mille solui possunt argumenta. Hæc pro præsenti. In sequenti videbimus Dist. 38. Mag. sent.

LECTIO

Centesima nona super Dist. 38. in qua Mag. agit de mendacio & facit tria potissima.

Primum quærit quid sit mendacium. Secundum quotuplex sit mendatium. Tertium concludit quod omne mendacium sit peccatum. Et quoniam Doctor eodem modo penitus tractat sicuti Mag, idcirco ad mentem Doctoris diffiniam mendacium. Secundo diuidam in suas species. Tertio ostendam quomodo sit peccatum.

Quo ad

Quid mendacium. 22.q.2. §.ille ergo.

Quo ad Primum dicit Doctor quod Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. In qua diffinitione obserua quinque.

Primum dicitur significatio,
2.dicitur falsa,
3.Vocis
4.cum intentione
5.Fallendi.

Primum mendacium dicitur esse significatio, quoniam in mendacio aliquid ostendimus iudici, homini, proximoque.
Dicitur significatio falsa. Quoniam sermo est inadæquatus intentioni & menti. Nam aliud concipit mens, aliud dicit lingua. Ideo de mente Isidori, Mendacium nil aliud est quam contra mentem ire.

Lib.2.de Doct. Christiana.

Dicitur vocis. Non quia non possit esse etiam in alijs signis. Nam dicit S. Ambrosius. Mendacium committitur etiam in scriptura in gestu: in manu: in oculo: sed dicitur vocis. Quoniam est principale instrumentum fallendi. Dicebat Aug. Verba inter signa obtinent principatum.

Idem Phylosoph.1. Perier. dicit, quod Voces sunt notæ, & significationes earum quæ sunt in animo passiones. Idcirco subuoce tanquàm sub principali instrumento dicitur esse mendacium.

Dicitur cum intentione fallendi. Vt distinguatur à verbis iocosis, vt sunt comediæ: fabulæ: & similia quæ licet audiantur tamen non creduntur ab audientibus, sed solum ad solacium fiunt. Ideo Doctor notat in primo articulo quod ad mendacium completum tria concurrunt principaliter.

Primum est formale tantum
2.est materiale tantum &
3.est materiale & formale simul.

Primum quòd concurrit in mendacio est formale, quod est intentio fallendi. Exemplum. Turcha dicit verum de Christo quod tamen credit falsum. Dicit Christus vester est filius Dei. Ista propositio est vera in se tamen est mendacium formaliter. Ratio quia non credit hoc, & dicit contra formam mentis, quæ est incredulitas.

2. Quod est in mendacio est materiale. Exemplum. Hæreticus dicit propositionem falsam, quàm credit esse veram. Vt quando legit dictum illud Euangelicum. Non quod intrat in os coinquinat hominem deducit conclusionem falsam, quam credit esse veram scilicet, quod nullus cibus possit coinquinare animam, & per consequens quòd de omni cibo, & in omni tempore possumus comedere carnes, quod est falsissimum. Et dicitur esse ibi mendacium ratione materiæ subiectæ, in qua loquitur & concludit.

3. Quod in mendacio est simul & semel falsum materialiter & formaliter, & scit esse falsum, & tamen asseritur oppositum. Et de hoc tertio proprie extat deffinitio allata in qua dicitur quòd Mendacium est vocis significatio falsa, cum intentione fallendi. Nam est ibi falsitas materiæ, quoniam repugnat rei: est etiam falsitas formæ cum menti, & intentioni reluctatur. Et de hac satis.

Quo ad 2. de multiplicitate mendacij. Ex Diuo Aug. in lib. de mendacio: ex Mag. sen. in litera: ex Raymundo in summa: Alexan. de Ales. 5. Bona. Thoma, & Doctoribus nostris Carmelitis octo genera mendaciorum collegi. Videlicet. Mendacium.

Iocosum,
Libidinosum,
Officiosum,
Medium,
Æquale,
Conseruans,
Damnosum &
Pernicioſum.

Mendacium Iocosum est sociorum,
Libidinosum, malorum,
Officiosum amicorum,
Medium prudentum,
Æquale parentum,
Conseruatiuum simplicium;
Damnosum inuidorum, &
Permitiosum hæreticorum.

Mendacium Iocosum habet pro obiecto delectabilia: iocunda, & risu digna.
Labidinosum habet pro scopo semper mentiri: nec curat si prosit, vel obsit alicui: solum cogitat mentiri.
Officiosū habet pro fine semper p-desse, vel sibi, vel amico, vel alicui.

Medium habet pro termino nulli obesse, & alicui prodesse: Æquale habet pro intentione obesse, & prodesse: obesse amico & prodesse contrario. Conseruatiuum habet pro vltimo vitam, munditiam, pacem, & honorem, quæ sine alterius damno vellet tueri, licet medium sit mendacium.

Damnosum habet cum pernitioso pro fine omnia mala, & præcipue conatur hominem totum euertere, & anihilare, non solum in bonis forrunæ sed in virtutibus animæ. Nam isti auertunt animam à recta fide dogmatizant, asserentes luxuriam peccatum non esse: Vsuram licere: & alia huiuscemodi iniqua, & maledicta. Hæc omnia genera sunt peccata, illaque fugere debemus: cum nullum mendacium sit à Deo.

Probat Mag. per dictum illud Dauid. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Idem asserit Rex Salomon. Os quod mentitur occidit animam.

Idem Diuus Aug. in lib. de mendacio confirmat. Nam inquit. Nullo pacto: nullo fine: nulla dispensatione humana, vel diuina potest licite mendacium dici. Et qui crediderit aliquod genus mendacij dari q non sit peccatum seipsum decipiet.

Idem Phylosophus. 4. Ethi. c. 14, Mendacium, inquit, secundum se prauum est & fugiendum.

Hinc Doctor facit hanc rationem. Omnis actus voluntatis cadens super indebitam materiam est malus ex suo genere. Sed omne mendacium est super indebitam materiam, ergo malum, ergo peccatum. Maior patet. Minor probatur. Quoniam mendacium cadit super materiam quam non intelligit mens, sed intelligit oppositum, ergo.

Prætcrea Illud est peccatum q opponitur Deo sed mendacium apponitur Deo, ergo peccatum est. Maior patet. Quoniam peccatum dicitur esse dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Minor probatur. Peccatum opponitur veritati immediate & mediate, ergo peccatum. Probo quod vtroque modo opponatur scilicet.

Immediate
Mediate &
Occasionaliter.

Immediate quando negatur vel sua essentia, vel potentia, bonitas, sapientia, prouidentia, lex & similia. Mediate quando negantur sacramenta, cæremoniæ, & similia. Occasionaliter. Quando à viris magnis dicitur mendacium iocosum, & ex illo simplices sumunt scandalum vnde non credunt postea rebus serijs, & maximi ponderis. Vnde fit maximum præiuditium veritati, & per consequens diuinæ legi, ergo nullo modo est admittendum mendacium.

Præt. D. Aug. Eques ad te venit quærens liberationem à Principe: sed cum non possis eum liberare fine mendacio, dimitte eum. Quoniam non habes quid agere possis. Idem subscribit S. Greg. Morali. 18. c. 2. addiicens illud Pauli. Non sunt facienda mala, vt eueniant bona.

Idem Isidorus, Omne genus mendacij summopere fuge. 22. q. 2. Capi. omne.

Prætcrea.

Prætcrea. Illud est semper peccatum quod nullo modo bono fine fieri potest: At mendacium nunquã potest fieri aliquo bono fine, vel prætextu, ergo nunquàm est committendum. Nam si est officiosum amico, erit pernicioſum Reipublica: & si erit vtile Fratri, vel delectabili socio, erit scandolosum peregrino, ergo.

Prætcrea. Verbum triplicem habeat relationem.

Prima relatio respicit rem significatam,
Secunda respicit proferentem, &
Tertia respicit audientem.

Sed cum mendacium neget rei naturam; ac dicentis mentem nec non audientem decipiat, oportet necessario concludere quod sit peccatum: cum deceptio sit peccatum, ergo. Hæc quo ad confirmationem conclusionis. Modo adducendæ sunt difficultates, & solutiones.

OPPOSITIONES

Contra prædicta. Quod mendacium non sit peccatum.

Argumentum Primum. Peccatum est voluntarium, quia à voluntate, ergo mendacium non est peccatum. Antecedens est Augustini. Consequens est clarissimum. Quoniam mendacium est ab intellectu & mente & est contra mentem ire; ergo.

Arg.2. Sancti dixerunt mendacia, & non peccarunt, ergo mendacium non est peccatum. Patet ans. Abraham vocauit Saram, quæ erat vxor, Sororem, vt mortem euaderet, ergo. *Gen. 20.*

Vlterius. Abraham sciebat quod oportebat immolare Isaac Filium, & tamen promiserat se reuersurum cum illo. Idem fecit Ioseph, simulauit se Fratribus suis. Idem Iacob, quod dixit esse Esau. *Gen. 22. Gen. 27. Gen. 44.*

Idem Iosue, qui simulauit se fugere ante habitatores. Et Dauid simulauit se esse stultum ante Archam Achis. Idem fecit Iheu, qui simulauit se esse cultorem Baal & occidit Idolatras. *Iosue. 8. 1.Reg. 21. 4.Reg. 10.*

Idem obstetrices, quæ mendacio officioso hæbreorum filios seruauerunt. Sed simulatio vt inquit S. Ambrosius est mendacium, ergo licet mendacium dicere.

Arg.3. Si maiora mala admittuntur, & dispensantur, & minora dispensationem suscipient, ergo minus malum quod est mendacium, ergo non erit peccatum. Patet assumptum. Quoniam leges iustæ & sanctæ ordinant homicidia: Deus ordinauit expoliationem Ægyptiorum, & in necessitatis occasione permittitur furari, ergo nec mendacium quod est minus malum erit peccatum. Patet contra. Quoniam minus offendit Verbum quàm factum.

Arg.4. Dicit S. Bernardus quod præcepta Secundæ Tabulæ possunt dispensare vt beneficiant, ergo non erit peccatum mendacium dicere. Patet antecedens. Probo conse. Nam quis potest menturi ex charitate vt seruetur castitas, & vita. Sed vbi charitas ibi nullum mendacium, ergo.

Arg.5. Id quod est iustum non admittit peccatum, ergo mendacium non erit peccatum, quoniam est iustum. Patet antecedens. Probo consequentiã. Quod est à Deo iustum est. At Deus tradit multos in reprobum sensum; sed sensus reprobus est pæna iusta, ergo dum Deum imitamur possumus decipere iuste illos, cum sint veluti bestiæ.

Arg.6. Lex humana iniusta non est. At lex humana per mittit vt contrahentes possint se decipere citra medietatem præcij, ergo licet mendacium dicere sine peccato.

RESPONSIONES

Quod omne mendacium sit peccatum.

Ad 1. Peccatum est voluntarium sed mendacium. Resp. quod mendacium sumitur dupliciter.

Vel vt directum
Vel vt operatum.

Vt directum est ab intellectu, quoniam dirigit voluntatem. Vt est operatum dicitur esse à voluntate.

Ad 2. Et ad omnes auctoritates, vel exempla Sanctorum dico quod illi Patriarchæ non sunt mentiri, sed in omnibus verum dixere. Nam credebat se reuersurum cum Isaac, quoniam tenebat firmissimum quod Deus illum suscitasset propter promissionem factam, quod in semine eius omnes gentes benedicerẽt.

Sic quando vocauit Saram vxorem, Sororem non est mentitus. Quoniam cognatæ dicebantur Sorores: erat enim Filia Aram Fratris Abrahæ vt dicitur Gene. 11. Idem dixit Isaac quando vocauit Vxorem suam Rebeccham cum esset cognata. Nam erat Filia Batuelis filij Nachor Fratris Abrahæ. Hoc habetur Gene. 24.

Idem dicitur de Iacob. Nam non fuit mentitus quando dicit esse Esau. Erat Esau non secundum carnem sed secundum spiritum. Non secundum ordinem humanum, sed secundum ordinem diuinum. Non secundum natiuitatem sed secundum primo genituram.

Sic respondetur quando dicitur quod erant simulationes. Simulatio dupliciter sumi potest.

1.est simulatio deceptionis
2.Fraudulentiæ,
3.Doctrinæ &
4.Prudentiæ.

1.Simulatio est hypocritarum,
2.Proditorum, vt Iudæ,
3.Christi &
4.Sanctorum.

1.Simulatio intendit verum, & profert falsum.
2.intendit falsum, & ostendit apparens verum,

3.Intendit verum, & signo sapientiæ excitat animam, intellectum, & voluntatem ad scientiam. 4. Intendit verum, sed illud sub signis veris, sed non omnibus notis, cœlat.

Ex hac

Ex hac partitione ſimulationis: dico quod ſimulatio 1.& Secundo modo ſumpta ſemper annexum, habet peccatum, quoniam eſt cum mendacio: Aliæ vero duæ ſunt ſine mendacio, quoniam ſunt in veritate, ad veritatem,& propter veritatem. Et dicitur quod obſtetrices demendatio fuerunt remuneratæ. Reſp. quod non de mendacio ſed de beneficio fuerunt remuneratæ. Sic Iehu fuit commendatus non de modo, ſed de fine quem oſtendit in occiſione Idololatrarum.

Ad 3.maius malum eſt homi. Reſp.quod maius malum ſumi poteſt dupliciter,
Vel vt dicit maius damnum / Vel vt dicit magis inordinatum. } Si ſumatur Primo modo,ſic dico quod homicidium dicit maius malum, quoniam dicit mortem, quod eſt vltimum teribiliũ: Si vero ſumatur Secundo modo ſic dico quod mendacium dicit maiorem in ordinationem. Nam in homicidio non eſt in ordinatio vt in Rege Hyſpaniarum Philippo dum præcipit rebellem iugulari. Quoniam reſpondet factum menti, mens legi: lex rationi, & ratio Deo: In mendacio vero eſt maxima in ordinatio. Nam aliud eſt factum, & dictum, & aliud eſt quod fuit cogitatum, & ſic currit argumentum Primo modo non Secundo modo.

Ad 4.Præcepta ſecundæ Tabulæ diſpenſantur. Reſp.quod diſpenſatio eſt dup.
1.reſpicit actum præcepti, / 2.reſpicit in ordinationem. } Si reſpiciunt actum præcepti: ſic diſpenſantur. Quoniam inuenitur cauſa optima. Nam licet dicatur non occides, & iſte actus ſine legitima cauſa diſpenſari non poteſt: Tamen vt ſeruetur iuſtitia & pax quæ ſunt bona vniuerſalia tollitur morte vita, iſtius Fratricidæ: ſi vero diſpenſatio reſpiciat in ordinationem nunquàm diſpenſantur. Quoniam in ordinatio eſt ſemper mala.

Ad 5.quando dicitur quod mendacium eſt iuſtum, cum ſit ex charitate. Reſp.quod in opere iuſto ſunt duo requiſita. Alterum eſt veritas: Alterum charitas; Veritas eſt ab intellectu, charitas ab affectu. In mẽdacio deeſt veritas: igitur non poteſt eſſe iuſtum.

Ad 6.Lex humana. Reſp.quod lex humana in multis recedit à Diuinà vt inquit Auguſt.& ſic non currit argumentum Secundo Deceptio non arguit negationem veritatis, ſed dicit cautionem mentis. Nam ſicuti vtitur cautela vendens, ſic & emens. Hæc de præſenti. In ſequenti videbimus Diſt.39. Mag.

LECTIO

Centeſima Decima ſuper Diſtin.39. Mag.ſent in qua poſtquàm egit de mendacio tractat materiam de periurio, quæ ſimul ſe conſequuntur. Nam admendacium ſæpiſſime periurium auditur. Quoniam ſunt vti fratres, vel vt Vxor, ac coniux. Tria igitur proponit diſcutienda. 1.eſt circa periurium ſpecialiter. 2.eſt de periurio generaliter, & 3.de periurij queſt. Ex qua Diſtin. aſſumam quatuor.

1.quid periurium. / 2.quot. / 3.Statuam concluſionem. / 4.proponam difficultates cum ſolutionibus. } In diffinitione inſpiciemus naturam & eſſentiam periurij. In numero cognoſcemus ſpecies periurij. In concluſione, grauitatem periurij, & In difficultatibus audiemus ingenium eorum qui loquuntur de periurio.

Quo ad diffinitionem ſcire eſt neceſſe ſecundum Theologos & canoniſtas, legiſtarumque Imperium, quod periurium nil aliud eſt quàm mendacium iuramento firmatum: quo Deum: Chriſtum: Beatiſſim Virginem: Sanctos: Crucem: Euangelium: & creaturas in teſtimonium vocantur ante Principem. In qua diffinitione obſeruo quinque potiſſima.

1.periurium dr̃ Mendacium / 2.Iuramentum, / 3.Firmatum. / 4.Quo Deum Chr.B.V.& reliqua. / 5.ante Principem.Dicitur. } Mendacium oſtendit genus. Iuramentum differentiam, Firmatum,malignitatem, Quo Deum & Chr.fidem, & Ante Principem, publicationem ac notationem. } Dicitur mendaciũ propter mentis facultatem, Iuramentum, propter intenſionem falſitatis. Firmatum, propter pertinaciam, obſtinationem, & duritiem falſitatis.

Quo Deum,Xp̃m,& Beatiſſ.Virg.cum creaturis,in teſtimoniũ vocantur propter teneratiã falſitatẽ. Ante principem propter impudentiam,& infamiam falſitatis. Adhuc dicitur.

Mendacium,quoniam eſt mortale. Iuramentum, quoniam eſt aſſertiuum, vel negatiuum. / Firmatum,quoniam vult eſſe perpetuum, / Quo Deum,vel Sanctos. Quoniam iurans non ſolum eſt iniquus,ſed alios facit iniquos. / Ante Principem. Quoniam de periurio quærit vel iuſtificationem,vel præmium,vel fidem, vel aliud ſimile. Hæc quo ad 1.de diffinitione. } Quo ad 2.de multiplici periurio. Periurium igitur ſumitur nouem modis.Nam dicitur, Periurium extra iudiciale. Iudiciale, Ignorans. { Doloſum. / Indiſcretum, & / Familiare. Debile / Stabile, / Malitioſum, {

Periurium

Periurium extraiudiciale dicit mendacium voluntarium,quo quis iurat, & promittit ſponte aliquid facere,vel non facere,vt poteſt elici ex cap.ſi verò.de iureiur.

Periurium iudiciale eſt, quando iniquus homo citatus à Rege peierat propter euitandam pœnam, infamiam,vel alia huiuſcemodi.

Periurium ignorans dicitur mendacium ex inſcientia factum, quod aliquo modo excuſare videtur, vt inquit Gerſon. & Gabriel Biel in diſt.præſenti.Et ratio eſt in promptu.Audi Bachonũ. Nihil impuratur homini ad mortale,niſi id quod facit ſciens,& volens.Nam actus dicitur culpabilis,vel meritorius,aut inculpabilis, vel demeritorius, quando eſt deliberario mentis, & voluntatis. At ignorans eſt indeliberatus in ſuis actibus. Quoniam non cognoſcit quid bonum, vel malum, vtile, vel inutile. Idcircò à iuramento, pueri, ſtulti, furioſi, amici, affines, & ignorantes expellendi ſunt. 22. quæſtio. 5. cap. paruuli, nec furioſi. 15.quæſt.1.

Periurium debile eſt,quando quis dicit mendacium,& firmat ad complacentiam ſociorum.

Periurium ſtabile dicitur mendacium,quod dum profertur à notario ſcribitur, & conſeruatur.

Periurium malitioſum eſt quãdo,quis ante Principem iurat, & ſcit ſe falſum iurare: Vnde eſt in illo deliberatio mentis, & plenus voluntatis conſenſus.

Periurium doloſum:Eſt quando iurans ſcit quòd Princeps decipitur,& pauper occiditur.

Periurium indiſcretum:Eſt quando iurans dicit falſum,& credit eſſe verum. Hoc ſentit quandam excuſationem de mente S.Aug.dum iurauit, ſed non fuit negligens: at maxima vius eſt diligentia vt verum dignoſceret.Idem ſentit Scotus. *Ser.28. verbis Apoſtoli.*

Periurium familiare, ſunt mendacia quæ mala quadam cõſuetudine fiunt à multis incautis hominibus, in foro, domo, menſa, & ludo. Iſtud nullo modo à mortali excuſatur. Tum quia aburuntur mẽbris Chriſti,& Sanctorum: cum etiam ſunt alijs in ſcandalum. Hæc quò ad ſecundum. Quò ad tertium pono hanc concluſionem.

Inter omnia peccata periurium eſt grauiſſimum ſcelus. Probatur.

Argumentum primum.Periurium excedit homicidium,ergo eſt inter omnia ſcelera grauiſſimum. Probatur à doctore noſtro hoc pacto.Illud eſt grauiſſimum ſcelus,quòd immediatius offendit Deum: At periurium immediatius offendit Deum,& non homicidium: quoniam homicidium fit immediatè in creaturam,& non in Deum,ergo periurium eſt grauius homicidio.

Argumentum ſecundum Præterea inquit doctor.Illud peccatum dicitur eſſe grauius altero pro ſe,& ex ſuo genere quod cadit ſuper materiam magis indebitam: ſed ſic eſt quod periurium cadit ſuper materiam magis indebitam,quàm homicidium,ergo grauius erit homicidio.Maior apparet in naturalibus. Nam error maior, & minor apparet quando forma magis repugnat ipſi materiæ: & minor videtur quando forma magis accedit ad materiam. Minor probatur. Nam cum magis teneamur ipſi Deo, maior iniuria dicitur eſſe illa quæ committitur in Deum, quàm illa quæ in proximum cui minus debemur, ergo periurium in Deum eſt grauius homicidio, quod in proximum fit.

Argumentum tertium. Dicit doctor, quòd peccatum licet habeat grauitatem à malitia,ignorantia,& obiecto,& fragilitate,tamen principalis ratio grauitatis penſatur à materia, & ab obiecto: cum igitur inter Deum,& proximum nulla ſit proportio,& Deus in infinitum hominem excedat: ſequitur,quòd periuriũ ſit grauius homicidio: ſed in infinitum excedit,ergo.

Argumentum quartum. Periurium eſt peccatum contra præcepta primæ tabulæ: Homicidium eſt contra ſecundam tabulam,ergo grauius eſt periurium homicidio.Nam periurium eſt contra illud præceptum. Non aſſumes nomen Dei in vanum, ergo.

Idem aſſerit S.Thomas.Nam inquit doctor iſte. Illud eſt peccatum grauius altero quod ſtatim ponitur grauiſſimum.At periurium ponitur poſt idololatriam quæ eſt grauiſſima inter omnia peccata: ergo dicitur eſſe grauiſſimum.

Argumentum quintum. Illud eſt grauius peccatum altero quod aufert bonum communius: At homicidium aufert bonum ſingulare, nempè hominem indiuiduum, & periurium tollit Deum bonum vniuerſaliſſimum, ergo dicitur eſſe grauius homicidio.Maior apertiſſima. Minor probatur. Quoniam periurium negat omnem veritatem: & Deus eſt omnis ſummaq; veritas, ergo grauius peccat peierando, quàm occidendo.

Argumentum ſextum.Illud dicit grauiorem culpam quod nunquam poteſt benefieri, & alterũ aliquando poteſt rectè fieri. At periurium nunquam poteſt benefieri, homicidium, autem quandoque poteſt rectè fieri, ergo periurium homicidio eſt grauius. Maior patet. Nam ſemper periurium fuit prohibitum cum in Deo nullus cadere poſſit defectus. Minor patet etiam. Quoniam Deus præcepit Iudicibus deferre gladium ad malorum vindictam,ergo diſpenſatur in homicidio. Igitur minus graue periurio. Hæc pro probatione concluſionis. Modo videre eſt neceſſe difficultates quibus oppoſitum tenetur.

DIFFICVLTATES QVIBVS OSTENDITVR, quòd periurium non ſit grauius homicidio, nec ſit mortale.

Argumentum primum. Illud peccatum eſt grauius quòd maiori apponitur bono: ſed homicidium opponitur maiori bono, quàm periurium, ergo homicidium eſt grauius periurio. Maior patet. Probat minorem Richard. de media Villa in 3. diſt. 39. Periurium opponitur latriæ, & homicidium apponitur charitati ratione ſecundi actus, quòd eſt diligere proximum: ſed charitas excedit latriam. Nam maioris perfectionis eſt Deum amare, & proximum quàm venerari, cum & dæmones Deum venerentur, non tamen illum amant, ergo, & homicidium excedet periurium.

Argumentum ſecundum. Maior eſt iniuria facto quàm verbo: ſed homicidium eſt iniuria facto, periurium eſt iniuria verbo, ergo maius ſcelus homicidium, quàm periurium. Maior vera. Quoniam iniuria cui factum eſt annexum tollit rem: Iniuria verò cui verbum eſt annexum non tollit rem: Periurium non tollit Deum: homicidium autem tollit hominem, ergo.

Argumentum tertium. Illud eſt grauius peccatum quod nullam habet medicinam, & quàm illud quod habet medicinam. At homicidium nullam habet medicinam ex parte delinquentis, quoniam non poteſt illi vitam reſtituere: periurium verò habet medicinam, quoniam peierans poteſt pœnitere, & denuò Deum iterum manifeſtare, & confiteri, ergo.

Argumentum quartum. Illud eſt maius peccatum, quod aufert ſubſtantiam: quàm illud quod aufert accidens: At periurium aufert accidens, quoniam tollit veritatem: homicidium verò aufert ſubſtantiam, quoniam tollit vitam, ergo grauius eſt occidere, quàm peierare.

Argumentum quintum. Illud eſt maius peccatum quod committitur in obiectum, quod eſt maximè notum, proportionatum, & familiare. At homo eſt magis notus, familiaris, & proportionatus ipſi homini, quàm ſit Deus homini, cum ſit ignotus, immenſus, ac improportionatus, ergo homicidium grauius erit periurio. Maior patet. Quoniam peccatum commiſſum in rem magis cognitam arguit maiorem malitiam: ſed vbi maior malitia, & peccatum dicitur maius. Minor eſt clariſſima. Nam Deus infinitus, immenſus, ignotus, ergo.

Argumentum ſextum. Illud non dicitur maius peccatum altero quod non eſt peccatum. Sed periurium non eſt peccatum mortale, ergo non eſt maius homicidio. Maior patet. Quoniam maius ſupponit magnũ. Minor probatur. Nam ſicuti contingit aliquem iocosè mentiri: ita contingit peierare, ergo non eſt mortale, ergo non eſt maius homicidio, quod eſt mortale.

RESPONSIONES, QVO'D SIT MORTALE, Ex maius homicidio.

Ad primum, quando dicitur homicidium opponitur maiori bono. Reſpondetur, quòd perfectio dupliciter ſumitur.

Altera reſpectu meriti, Altera reſpectu obiecti. } Si perfectio reſpicit meritum, nulli dubium eſt quòd magis attenditur penes amorem, & dilectum, quàm penès latriam. Nam dæmones licet Deum adorent contremiſcendo: Non tamen merentur aliquid, quia non amant Deum. Si verò ſumatur penes obiectum diuinum: dico quòd eſt maioris perfectionis latria, quàm dilectio. Ratio. Quoniam ſicuti latria ponit Deum eſſe omnium creatorem: ſic amor ſupponit Deum bonum: ſed magis eſt Deum eſſe, quàm bonum eſſe, licet in Deo idem ſint Deum bonum, iuſtum, & ſimilia. Argumentum ergo currit primo modo, concluſio tenet ſecundo modo.

Ad ſecundum. Maior eſt iniuria quæ factum amplectitur, quàm ſolum dictum. Maior eſt vulnerare ciuem, quàm detrahere Principi. Reſpondetur, quòd iſtud argumentum valet cæteris paribus. Quando iniuriatum, & vulneratum ſunt paria. Quando duo homines ſunt affecti iniurijs, & conuitijs, & alter ſolùm affectus fuit conuitio, alter verò vulnere: maius eſt vulnere affici, quàm verbo: At inter Deum, & hominẽ nulla paritas: nulla ſimilitudo æqualitatis. Idcircò minimum periurium in Deo eſt maius quocunq; peſſimo in homine. Ita reſpondet doctor.

Idem ad tertium, licet nullam habet medicinam quò ad occiſum, tamen magis deliquit in Deum. Ratione infiniti obiecti. Idem etiam diceremus de Deo. Nam reſpectu Dei non habet medicinam pœnitentiæ, niſi Deus gratiam illi conferat.

Ad quartum, & quintum eodem modo ſatisfaciendum eſt.

Ad ſextum. Dico, quòd licet mendacium ſit veniale, quando fit iocosè: De periurio autem eorum qui deliberatam habent voluntatem, cum conſenſu pleno, difficile eſt credere, ꝙ non ſit ſemper peccatum. Hinc licet S. Bonauen. diſtinxerit iurationem in duas ſpecies illas. Videlicet

In iurationem deliberatam, & ſolennizatam. Quæ ſit quando in præſentiæ iudicis ſuper Euangelia Ieſu Chriſti teſtes iurant.

In iurationem deliberatam, ſed non ſolennizatam. Quæ ſit in occulto. Intendens quòd ſuum votum ſit à Deo teſte confirmatum.

In iurationem, nec ſolennizatam, nec deliberatam. Quæ ſit quando iurans non attendit nec locum, nec tempus, nec obiectum. Et concluſit quòd ſola tertia ſpecies iurationis ſit mortale. Tamen in calce dicit. Illud veniale eſt periculoſum.

Doctor autem meus in fine concludit. Omne periurium ſciẽter factum eſt mortale. Et illi me ſubſcribo. In ſequenti. Aggrediar Diſt. Michaelis noſtri Bononienſis in qua diſputat an liceat iurare?

LECTIO CENTESIMA VNDECIMA super Distinct. 39. Noſtri Bononienſis in qua quærit. An liceat iurare? Ponit duas concluſiones.

Prima eſt iſta. Licet homini per Deum iurare. Secunda. Non licet homini per creaturas iurare. Quas concluſiones probabat cum omnibus Doctoribus præcipuis.

Quò ergo ad primam concluſionem in qua aſſeritur, quòd poſſumus per Deum iurare, patet ex multis argumentis.

Argumentum primum. Deum amare, & venerari eſt congruum, ergo licitum erit per Deum iurare. Patet conſequentia. Quoniam iurare per Deum eſt Deum amare, & venerari. Id aſſerit Gloſſa ſuper illud Matth. 5. Ego autem dico vobis. Nolite iurare omnino. Inquit Gloſſa. Per quod quis iurat, veneratur, & amat, ergo. Confirmatur. Nam Deus iurat. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, inquit Dauid. Idem Geneſis 22. Per memetipſum iurauit dicit dominus, ergo cum homo aſſimiletur Deo in operatione iurare poterit.

Argumentum ſecundum. Illud eſt operandum quod eſt bonum. Igitur poſſumus iurare, quoniam eſt bonum. Nam bonum eſt Deum in teſtem vocare: ſed quid eſt iuramentum. Niſi Deum in teſtimonium fidei vocare? Idem Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & per nomen eius iurabis.

Idem fecit Paulus. Rom. 1. Teſtis eſt mihi Deus cui ſeruio in ſpiritu meo.

Idem Paulus. Hebr. 12. Omnis controuerſiæ finis, eſt iuramentum.

Idem Auguſt. multis in locis. Idem Mag. ſent. in litera, ergo poſſumus iurare.

Argumentum tertium. Diuus Thomas. 2.2. quæſt. 89. art. 1.2. & 3. Sicuti ſe habent principia in ſcibilibus ſic ſe habent iuramenta in operabilibus: ſed ſic eſt quòd non datur ſcientia concluſionum ſine primis principijs neceſſarijs, notis, & clariſſimis: ſic non datur certitudo operationum noſtrarum ſine iuramento. Ratio eſt manifeſta. Certum eſt, quòd homo vult eſſe certus de tribus. Videlicet

De veritate, De occultis, & De promiſſis. } De veritate quæ dicitur. De occultis, quæ non videntur, & De promiſſis, quæ offeruntur. } Veritas eſt in lingua, Occulta in corde, & Promiſſa in ſpe. } At quia homo ſæpiſſimè poteſt decipi ignorantia, & malitia cum ea quæ ſunt intus non appareant: idcircò requiritur aliquod medium ad confirmationem quod nullo modo negari poſſit. Hoc medium efficaciſſimum dicitur eſſe Deus, Chriſtus Euangelium, & ſacra. Igitur optimè factum eſt quòd in iuramento Deus inuocetur, de quo nulla poteſt eſſe dubitatio.

Argumentum quartum. Actus latriæ debet eſſe in ſermone humano. Sed in iuramento inuocare Deum pro rei certitudine eſt actus latriæ, ergo. Debemus in teſtem inuocare. Maior eſt manifeſta. Nam omnis ſermo noſter debet eſſe cum Dei honore: At latria eſt honor Dei, ergo debet eſſe in ſermone humano. Minorem probat S. Hieronymus ſuper Matth. dicens. Qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quem iurat, ergo debemus inuocare.

Argumentum quintum. Sicuti ſe habet medicina ad infirmitatem, ita ſe habet iuramento ad incredulitatem: ſed ſic eſt quòd infirmitas curari haud poteſt ſine medicina: ergo, & incredulitas tolli non poteſt ſine iuramento. Idcirco Phil. 1. Metaph. dicit. Iuramentum eſt honorabiliſſimum.

Idem aſſerunt legiſtæ in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. de iureiur. & in ca. fi. extra de iureiurando. Nam inquit. Iuramentum datur in ſupplementum probationum. At ſi debet ſupplere defectus oportet vt credatur, ergo Deus, vel Euangelium inuocantur quibus maximè creditur.

Notatur tamen à Bart. in l. maritus. ff. de quæſtionib. & per Glo. in l. 3. ff. de iureiurando. quod iuramentum licet inuocetur Deus in cauſis criminalibus, ſed ſolùm in ciuilibus iuratur.

Argumentum ſextum à diuo Bonauen. ponit iſte doctor, quòd actus ſunt in triplici diſcrimine.

Quidam ſunt boni per ſe, & ſecundùm ſe. Quidam ſunt mali per ſe, & Quidam ſunt medio modo. } Actus per ſe boni ſunt adorare, laudare, & exaltare Deum. Per ſe ſunt boni, ideſt per ſuam naturam: & ſecundùm ſe, ideſt ſine vllo reſpectu.

Actus mali per ſe, & ſecundùm ſe: ſunt vt blaſphemare, peierare, & fidem negare.

Actus medio modo sunt vt iurare per Deum, Christum, Euang. Si fiant reuerenter tunc dicunt cultum, & reuerentiam. Et hoc modo licet iurare. Hoc modo intelligitur dictum Matth. 5. Reddas domino iuramenta tua. Hæc quo ad primam conclusionem.

Quò ad secundam. Iuramentum factum per creaturas finaliter, & voluntarium est illicitum. Probatur.

Matth. 5. Argumentum primum. Dicit Matth. 5. Noli iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quoniam scabellum pedum est.

Idem Aug. tenet, & habetur. 22. q. 1. Nam Deus prohibuit iurare per creaturas: nè more gentilium aliquod numen diuinitatis creaturis inesse crederemus.

Idem Pius Papa secundus. 22. q. 1. Si quis per capillum Dei, vel caput iurauerit. Si in ordine ecclesiastico est deponatur: si laycus anathematizetur, ergo non est iurandum.

Argumentum secundum. Si creatura irrationalis assumeretur in iuramento, ergo esset testis. Hoc falsum, ergo.

Argumentum tertium. Illud quod vocatur in testimonium obligatur illi cui iuratur. Nam qñ quis iurat per salutem meam, vel per filios meos dicit August. quòd obligat se & filios Deo. Modo si omnes creaturæ Deo sunt obligatæ, & oppignoratæ, quomodo quis iurabit per illas?

In sermone de periurio. Argumentum tertium. Iuramentum est actus latriæ, ergo creatura à iuramento expellitur. Quoniam nõ est digna latria. Nam profitetur Deum maximum testimonium. Ideo colit, ac veneratur.

Argumentum quartum. Dicit Hiere. 4. Iuramentum habet tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam: At in creaturis propriæ non reperiuntur, hæc ergo non est ascribendum iuramentum.

Hæc pro probatione vtriusque conclusionis. Modo videndæ sunt difficultates.

DVBIA CIRCA CONCLVSIONES, quòd non licet iurare per Deum, & quòd licet iurare per creaturas.

Argumentum primum. Nolite iurare omnino, ergo nullo modo est iurandum per Deum. Qui totũ negat omnia excludit, si omnino ergo penitus.

Idem asserit Aug. inde verbis Apostoli. Nam inquit, Omnis iuratio falsa, est pernicioſa: vera periculosa: nulla secura, ergo non est admittenda.

Argumentum secundum. Quod est malum simpliciter nunquam est admittendum: sed iurare est malũ simpliciter, ergo nunquam est admittendum. Maior vera. Minor probatur. Actus qui est à causa mala malus est: At iurare est propter hanc causam quòd non creditur loquenti: ergo cum dubitatio, & incredulitas, sint malæ, & iurare malum erit.

Argumentum tertium. Iũramentum fit per inuocationem testium maiorum se, ergo nullum iuramentum erit per Deum. Antecedens est Pauli Hebr. 6. Homines per maiores se iurant. Probo consequentiam. Nam Deus non est maior homine. Nam maius, & minus sunt eiusdem naturæ, & differunt solum graduliter: At Deus est alterius naturæ ab homine, cum sit æternus, infinitus, ac immensus. Igitur non potest esse testis.

Argumentum quartum. In nullo iuramento admittuntur testes domestici, ergo Deus nullo modo erit testis in iuramento. Antecedens est omnium legislatorum. C. de testib. & in c. ex literis, extra de testibus. Consequentia probatur. Nam testes domestici, sunt Pater, filius, vxor, maritus, colonus, seruus, libertus, & omnes qui habitant, & vitam ducunt in domo producentis. At Deus est pater omnium, ergo non poterit esse testis.

Argumentum quintum. Vnicus testis non sufficit ad tollendam difficultatem intellectus, ergo iuramentum non erit validum per inuocationem Dei, cum sit testis vnicus. Antecedens est omnium legum. Nam in ff. de testib. ad probationem famæ duo testes requiruntur. In confessione solutionis quinque testes sunt necessarij. eo. §. & licet. In codicillis, & in vltima voluntate sunt necessarij quinque testes. de codic. l. fi. & de donat. causa mortis. l. fin. In testamentis exiguntur septem. vt Instit. de testam. §. j. In promotione aliqua, vt inter agentes in rebus quindecim producuntur. Vnus autem nunquam sufficit. Vt C. eo. l. iuris. Nec etiam præsumptionem inducit secundùm Ia. vt arg. ff. de quæst. l. maritus. ergo Deus non erit testis.

Argumentum sextum, quòd creaturæ possint esse testes. Paulus dicit. Gloria mea hæc est testimoniũ conscientiæ meæ, ergo. Idem Canon. 11. q. 3. Idem 35. q. 6. vbi conceditur iurare per crucem sanctam: per reliquias sanctorum: & dicere Deus adiuuet me. Per sancta Dei euangelia, quæ creata sunt.

Gen. 42. Idem Ioseph fecit, quando iurauit per salutem Pharaonis. Nos per sanctos: per Beatissimam Virginem, ergo.

RESPONSIONES, QVO'D LICET PER DEVM iurare, et non per creaturas.

Ad primum, quando dicitur. Nolite iurare omnino. Respondet Michael noster, quòd iuramentum dupliciter consideratur.

Vel

Vel quò ad abusum, } Quò ad abusum, negat iuramentum omnino. } Argum. currit primo modo,
Vel quò ad naturam. } Quò ad naturam, est admittendum, qm̃ est vtile. } conclusio stat secundo modo.

Secunda Responsio. Iuramẽtum dupliciter sumitur, vel quò ad substantiam, & hoc modo non est prohibitum: vel quò ad occasionem periurij: & hoc modo est prohibitum. Quoniam ex longa iuramenti habituatione facilè quis in periurium cadit. Idcirco Bonon. explicans verba illa non iurare omnino, inquit. In his verbis sunt duo obseruanda.

Alterum est distributio, } Distributio est aduerbium omnino, } Modo inquit. Si distributio cadit super
Alterum est negatio. } Negatio, est aduerbium non. } negationem sic dicitur esse falsa. Nam hoc pacto omne tolleretur iuramentum: sic & omnis veritas: vel saltem difficillimum esset inuenire veritatem. Si verò negatio cadat super distributionem, tunc non prohibetur omnino iuramentum; sed solùm in casibus iniustis.

Idem sentit Bonauentura, quando dicit, quòd negatio sumitur dupliciter.

Præposita, & } Præposita facit æquipollere suæ particulari. Vt quando dico. Non omnis homo currit.
Postposita. } Valet ac si dicam aliquis homo non currit. Postposita æquipollet suæ contrariæ. Vt si dicam. Omnis homo non est animal, æquipollet huic. Nullus homo est animal. Modo Christi non postposuit negationem, sed præposuit. Et idcirco non negauit omne iuramentum, sed quoddam iniustum iuramentũ. Idem respondet S. Thomas. 2.2.q.89.art.2. Vbi dicit quòd Christus in illis verbis prohibuit consuetudinẽ magis iurandi, quàm iuramentum.

Idem dicitur Aug. quòd est periculosum: tamen non est prohibitum. Et bellum iustum est periculosum, non tamen prohibitum.

Ad secundum est malum simpliciter, quia à causa mala. Respondetur, q̃ iuramentũ sumitur dupliciter.

Vel respectu dantis, } Sic respectu dantis sic est à causa bona. Nam est propter hanc causam. Quo-
Vel respectu recipientis. } niam vult scire veritatem rei: si consideretur respectu recipientis: sic est à mala causa. Quoniam in recipiente inuenitur fraus, & dolus.

Argumentum, ergo currit secundo modo, conclusio stat primo modo.

Ad tertium iuramentum fit per maiores. Respondetur, quòd maius sumitur dupliciter.

Vel vt dicit quantitatem, } Si sumatur prout dicit quantitatem, falsum est quòd iuramentum sumatur
Vel vt dicit qualitatem. } ab his qui sunt eiusdem quantitatis, vel naturæ. Si verò maius dicit dignitatem, veritatem, & infallibilitatem: sic ab illis sumitur. Cum igitur Deus sit summa bonitas, ac infallibilitas: Idcirco ab illo sumitur.

Ad quartum eodem modo. Quando dicitur, quòd non sumitur à domesticis. Respondetur à domesticis generantibus in quibus caro concupiscit aduersus spiritum: tamen sumi potest à domesticis creantibus, vt sunt Deus Pater: Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus.

Ad quintum vnus testis non sufficit. Respondetur, q̃ licet testis vnicus non faciat plenam fidem, facit tamen semiplenam, & præsumptionem. Idem asserit Decius consi. 94. Idem Paul. de Cast. consi. 143. Idem Soc. consi. 242. Addunt alij, quòd si est persona nobilis potest Iudex adhiberé fidem firmam. Ratio, quia non ducitur nisi veritate, & iustitia.

Igitur cum sit infinitus in nobilitate Deus, sufficit solus ad veritatem. Hinc scribitur ego sum iudex, & testis.

Secunda Responsio. Testis dupliciter dependens, & sic vnus non sufficit. Independens & sufficit. Non sufficit vna stella ad illustrationem, sed multæ: sufficit tamen vnus sol, & est suimet testis.

Ad sextum de creaturis. Respondetur, quòd creaturæ dupliciter sumi possunt.

Vel vt dicunt finem vltimum, } Si sumantur primo modo sic certe non est iurandum per creaturas,
Vel vt respiciunt finem vltimum. } vt sunt fines veritatis vltimi. Si verò sumantur, vt sunt media ad finem vltimum, sic hoc modo iurare possumus per illas.

Idem dictus Bonauen. quando inquit quòd creatura sumitur dupliciter, vel in sui natura: & hoc modo non fit per eas iuramentum, secundo modo, vt sunt vestigium Dei. Quatenus relucet in illis bonitas diuina, & hoc modo illis vtimur in iuramento.

Idem S. Thomas. 2.2.q.89.art.6. Non iuramus per creaturas, nè credatur esse diuinitas in illis: & per consequens committatur idolatria. Idem diuus Hiero. Et hac responsione omnia soluuntur argumenta. Et si quæras. Quare magis per omne, & Euang. iuretur?

Respondetur. Quoniam per illud magis accedimus ad veritatem, cum alterum sit Dei Verbum: & alterum Mediatoris instrumentum. Hæc pro præsenti. Accedam ad vltimam Dist. Mag. sent.

LECTIO CENTESIMADVODECIMA super Dist. 40. Magistri sent. in qua tria præcipua agit.

Primum est circa sextum, & septimum præceptũ secundæ tabulæ. } Dico, quòd sextum preceptũ est illud.
Secundum est ad tollendas quasdam dubitationes de lege. } Non desiderabis vxorem proximi tui:
Tertium concludit discrimen inter legem datam Moysi, & Me- } & septimum est. Non cõcupisces rem
diatori. Ex qua distinct. in præsentiarum. } proximi tui, non domum, nõ seruum,

non

non ancillam,&c. Vnde apparet Dei Opt. Max. apertissima scientia, quòd lex vetus prohibet non solùm manum lædentem, verum etiam vetat animam.

Hanc conclusionem tenet Doctor Bachonus in 2.art. Vbi inquit. Lex vetus prohibet non solùm manum, sed animum, ideſt, prohibet non solùm operationem malam exteriorem, sed prohibet cogitationes, desideria, ac malam voluntatem. Tamen quò ad cohibitionem solùm cohibet manum, ideſt operationem externam, non autem voluntatem internam punit.

Probatur. Eiusdem est ordinare animum, & voluntatem ad bonum, & prohibere à malo. Sed lex vetus ordinabat intellectum, & voluntatem humanam ad cognitionem, & dilectionem Dei: ergo simul prohibebat illi malum. Nam nullus est amor vbi præcepti transgressio, ergo dùm manum, sic animum prohibebat à peccato.

Præterea dicit Doctor de mente Bedæ, & Henrici, & Glo. in art. 1. q. 2. quod lex vetus fuit bona. Idcircò adiungit Gl. Iustitia legis non solùm bona temporalia conferebat, sed vitam æternam.

Rom. 7. Matth. 5. 1. Timo. 1. Malach. 2.

Idem asserit Apostolus. Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & bonum. Hinc Dominus noster dixit. Non veni soluere legem, sed adimplere.

Dicebat Paulus. Scimus autem quoniam bona est lex. Lex veritatis fuit in ore eius dicebat Malachias. Qui custodit legem beatus est, scribitur Prouer. 29. Lex domini immaculata prophetauit, & cantauit Dauid. Psal. 18. ergo est bona.

Præterea obseruat Doctor in 2. art. q. 2 quod lex multis modis sumitur, & præcipuè sex modis famosissimis.

Primo modo, significat scripturam totam Testamenti veteris.
Secundo modo, significat scripturam cum quinque libris Moysis.
Tertio modo, significat decalogum scriptum in duabus tabulis lapideis.
Quarto modo, significat cæremonialia tm. i. figuratiua secundùm literam.
Quinto modo, significat literam cum intelligentia spirituali.
Sexto modo, significat obseruantiam alicuius præcepti. Exemplum. Legitur sæpissimè. Hæc lex Paschæ. Hæc lepræ. Hæc holocaustorum. Hæc aliorum. sed hæc omnia sunt bona, ergo.

} Probatur. Illud est bonum, quod communicat suas perfectiones: At per legē Deus cognoscitur, Messias expectatur; Homo regulatur, Salus figuratur, & gloria decantatur, ergo est verè bona.

Præterea. Illud dicitur esse bonum quod est à bono summo: propter summum bonū: quod bono datur, & pro bono, & ad bonum: At lex vetus est à summo bono quod est Deus: propter summum bonum, quod est Christus: data bono vt Moysi pro bono, ideſt pro ordinatione vitæ humanæ: & ad bonum, ideſt, ad operationem, ergo bona.

Præterea. Illud est bonum quod alijs profuit. Sed lex profuit populo Iudæorum, ergo. Maior vera. Probo minorem. Nam in lege erant tres species, & gradus hominum.

Primus gradus amplexabatur duros,
Secundus incipientes, &
Tertius perfectos.

} At lex duris erat in flagellum,
Incipientibus in pædagogum, &
Iustis in signum, ergo bona.

Præterea addit clarius in art. 5. quædam desumpta ex Glo. Nam lex data fuit.

Ad domandum,
Percutiendum,
Manifestandum,
Ostendendum,
Publicandum,
Instruendum, &
Significandum.

} Ad domandum superbum,
Percutiendum proteruum,
Manifestandum infirmum,
Ostendendum delictum,
Publicandum testimonium gratiæ,
Instruendum simplicem, &
Significandum bonum futurum.

} In domatione ostenditur Dei potentia,
In percussione iustitia, In manifestatione cōditio humana, In ostensione delicti, damnatio peccatoris, In publicatione testimonij gratiæ, amor Dei: In instructione populi sapientia Dei: & in significatione futuræ gloriæ benignitas Dei. Igitur cum hæc omnia sint bona, & optima: lex certè erit optima.

Præterea. Illud est bonum cuius fundamentum est bonum. At fundamentum legis est bonum: ergo & lex erit bona. Maior est clarissima probo minorem ex diuo Aug. Nam sicuti lex euangelica est radicata in amore, sic lex vetus est in timore: Sed cum timor sit bonus, ergo & lex bona.

Præterea dicit S. Thomas par. 1. 2. q. 98. art. 1. Perfectum dicit bonitatem. Tunc sic arguit. Omnis perfectio quæ ducit ad finem bonum est bona: At lex habet pro fine bonum, ergo bona. Maior vera. Quoniam inter causam agentem, vel instrumentalem datur relatio. Igitur si effectus est bonus, & medium, agens, & instrumentum. Minor probatur. Quoniā finis legis est Christus: sacramentum euangeliū & crux quæ sunt optima, ergo bona. Vnde lex est sicut syrupus: Euangelium sicuti medicina. At licet medicina sit datrix sanitatis: syrupus tamen disponit ad sanitatem, ergo sicut magna bonitas est in medicina, sic quædam licet parua, reperitur in syrupo.

Gal. 3.

Præterea. Dicit Paulus. Lex pædagogus noster fuit in Christo. At pædagogus bonus est, ergo. Præterea dicit Paulus. Lex data est per angelos. Nam inquit. Lex data est per angelos in manu mediatoris. Et Actuū 7. Dicit Stephanus. Accepistis legem in dispositione angelorum.

Idem asserit S. Dion. in 4. c. cœlest. Hierarc. Nam inquit hoc discrimen inuenitur inter Euang. & legem. Quoniam sicuti Euangelium datum fuit per Christum Deum, & hominem: sic lex vetus data fuit per angelos, qui sunt spiritus simplices: & sicuti in noua lege loquutus est nobis in filio: sic in veteri loquutus est populo Iudæorum in Angelis, & Prophetis. Modo cum Angeli, & Propheti sunt boni, certe, & lex illa erat bona.

bona. Nonne lex est Verbum domini? Nonne præcepta legis sunt à Deo? ergo bona. Hac pro conclusione oportet modo videre opiniones oppositas.

DVBITATIONES, QVO'D LEX NON SIT BONA, quòd non fuerit data per Angelos.

Argumentum primum. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent, ergo lex vetus nō est bona. Antecedens est Ezech. 20. Consequentia patet. Nam lex habet bonitatem à præceptis quæ continet, ergo.

Argumentum secundum. Illud non est bonum quod est causa delicti. At lex est causa delicti, ergo nō est bona. Maior clarissima. Minorem probat S. Paulus Rom. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictum. Idem scribit Rom. 7. Sine legē peccatum mortuum erat: Ego autem sine lege viuebam aliquando: sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit: Ego autem mortuus sum. Idem asserit 2. Cor. 2. Litera occidit, ideſt lex occidit, spiritus autem viuificat, ideſt Euangelium dat vitam. Idem 1. Cor. 15. Virtus peccati lex. Idem lex ad perfectum neminem duxit. Idem lex iram operatur.

Idem asserit S. Petrus Act. 15. Dum vocat legem onus insupportabile. Hoc onus quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerunt.

Argumentum tertium. Illa lex non est bona quæ prohibet tantum manum, & externam operationem, & non prohibet animum. At lex vetus est huiuscemodi, ergo nō est bona. Maior est apertissima. Quoniam radix omnis culpæ est animus, ergo. Minor etiam patet. Exo. 2. vbi Gl. dicit, quòd lex non prohinet animum sed manum.

Confirmatur per Isidorum dicentem, quòd lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera, & nociua, ergo non est bona.

Argumentum quartum. Quæ sunt bona sunt à Deo: sed quæ sunt à Deo sunt perfecta. Dei perfecta sunt opera, habetur Deuteron. 32. Ergo lex non erit à Deo, quoniam est imperfecta. Nam inquit Paulus Heb 7 Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem, ergo non est bona.

Argumentum quintum. Quod non fuerit data per Angelos. Dicitur Exo. 20. Loquutus est dominus sermones hos. Et postea subinfert. Ego enim sum dominus Deus tuus. Confirmatur Ioan. 1. Lex per Moysen data est. Sed Moyses accepit immediatè à Deo. Nam scribitur Exo. 35. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum, ergo à Deo, & non ab Angelo.

Argumentum sextum. Ad Imperatorem solùm pertinet legem ferre, ergo. Ad Deum solùm cum sit omnium Imperator attinebat legem ferre, & dare, ergo non fuit data per Angelos.

Confirmatur à Redemptore reprehendens Phariseos, dicens. Irritum feciſti mandatum Dei propter traditiones vestras. Nota dicit mandatum Dei, ergo.

Argumentum septimum. Ille solus dat legem qui habet vim coactiuam, & obligatiuam. Sed solus Deus habet vim coactiuam, & obligatiuam, ergo, solus Deus dabit legem. Maior est vera. Quoniam si vult cogere, vel obligare aliquem indiget ordine, moderamine, & regula, vt illum inducat in bonum, & retrahat à malo: Hoc autem fit per legem. Cum lex vt inquit Cic. 2. de natura Deorum, sit recti præceptio, prauique depulsio, ergo lex à Deo solo.

RESPONSIONES, QVO'D LEX SIT BONA, & quòd sit data per Angelos.

Ad primum, quando dicitur. Dedi eis præcepta non bona. Respondetur à doctore, quòd præcepta sunt in triplici gradu.

Iudicialia
Cæremonialia, &
Moralia.

} Iudicialia sunt bona,
Cæremonialia meliora, &
Moralia sunt optima.

} Et quando dicitur, ꝙ non sunt bona. Dico ꝙ bonum est dupliciter. Alterum est bonum gratiæ: Alterum est bonum gloriæ.

Quò ad bonum gloriæ certè non sunt bona: Quoniam ex obseruatione illorum non erat apertum cœlum. Ideo licet Abraham fuerit fidelissimus, Isaac obediens, & tot Prophetæ sancti: tamen ante Christi Aduentum nullus poteret gloriam ingredi. Quo verò ad bonum gratiæ, & potissimum in circuncisione sic erant bona. Nam licet in cæremonialibus, & iudicialibus non esset gratia: Erat tamen præparatio quædam ad ipsam gratiam. Hoc modo disponebatur populus ad Christum suscipiendum. Sic in moralibus erat collata à Deo gratia. Omnes ergo auctori currunt de gloria, non autem de gratia, saltem quò ad dispositionem.

Et quando dicitur per legem superabundauit peccatum. Respondetur superabundantia dupliciter.

Altera peccati in essentia,
Altera peccati cognitio.

} Superabundauit non quò ad essentiam, ꝙ esset mala: sed superabundauit quò ad cognitionem. Et hoc est bonum.

Et quando dicitur litera occidit, ideſt lex, ergo. Respondetur, quòd occisio est dupliciter.

Altera effectiua,
Altera inductiua.

} Occisio effectiua non est à lege, cum repugnet legi dicenti non occides. Occisio inductiua dicitur esse in lege. Nam ex lege cognoscitur peccatum: ex cognitione scitur

tur quod peccatum est inimicum vitæ: Nullus autem potest sustinere peccatum vt inimicus: Idcirco dolore, contritione, pœnitentia, armisq; spiritualibus datis à lege, occidit peccatum. Sic Paulus mortuus erat per legem, idest cognoscebat se ratione peccati mortuum: & postea reuixit quoniam per pœnitẽtiam occidit peccatum.

Et quando dicitur, quòd erat iugum insupportabile. Respondetur, quòd verum est sine Dei gratiæ: tamen cum gratia sit supportabile. Sic quando dicitur, quòd lex iram operatur. Respondetur est verum in homine perfecto. Nam quando bonus, & prudens cognoscit malum conscientiæ: statim accendit seipsum ira, & zelo contra peccatum, & gladio pœnitentiæ illud vulnerat dolore, & ostendit confessione.

Ad tertium. Lex non est bona quæ tantum prohibet manum, & animum. Respondetur, quòd prohibitio est dupliciter.

Prima implicita, Secunda explicita. } Lex vetus explicitè non prohibebat animum, sed solùm implicitè. Euangelium verò explicitè prohibet. Secundò dicit doctor. Quòd quando fit prohibitio alicui qui minus peccat intelligitur facta ei qui magis peccat. Igitur cum sit facta prohibitio manuum, & oculorum quanto magis erit facta animo? Si de quo minus videtur non inesse, & inest, ergo & de quo magis.

Sic ad Isidorum. Erant mortifera, quoniam mortificabant peccatores.

Ad quartum. Non erat perfecta. Respondetur. Nõ erat simpliciter: erat secundùm quid & hoc sufficit.

Ad quintum. Fuit data à Deo, & non ab Angelo. Respondetur. Quod aliquid esse à Deo dupliciter sumi potest.

Originatiuè, & effectiuè, Vel distributiuè, vel ministratiuè. } Fuit à Deo originaliter, & effectiuè: Tamen ministratiuè, & distributiuè ab Angelo. Qui dedit illam Moysi.

Ad sextum. Princeps solus fert legem. Respondetur, quòd ferre legem Principem stat dupliciter.

Vel instituendo, Vel promulgando. } Imperator fert legem, & Pontifex solus instituendo: Angelus verò: Ministri, & Iudices legem promulgant. Deus instituit: Angelus tulit: Moyses promulgauit: & populus adimpleuit.

Eodem modo dicimus ad vltimum argumẽtum, quòd solus Deus instituit; sed per Angelos publicauit, & sic erit finis lectionis: terminus libri: & gaudium mihi. Et tanto magis, quanto quòd in die sancti Christophori quem ardentissimè diligo, & quotidiè commemorationem de eo facio in meis orationibus, sumpserit complementum. Hinc Gloria sit Trinitati sanctissimæ. Laus Beatissimæ Virgini à Spasmo, necnon magno, Diuoq; Christophoro honor.

Addo, quòd in omnibus his humiliter me submitto ad pedes sanctæ Ecclesiæ Romanæ cui seruio, seruiui, seruiam, & pro illa, in illaq; viuo, & viuam. Et tibi Sanctiss. PATRI XISTO PEDES deosculor. Paduæ die VIII. mensis Ianuarij. M D LXXXVIIII.

FINIS.